¶ In hac quinta parte ſuperius diuiſa Aui.ponit quintam diuerſitatē paroxiſmoꝛū febꝛiū.nam paroxiſmi quandoꝙ feſtināt quādoꝙ tardant. Cauſa aute; tarditatis eſt.quia materia eſt pauca aut tardi motus ad minera; putredinis pꝛopter groſſitiem ſuam.quare tarde expellitur ad locu; minere putredinis ſicut materia quartane. Uelocitas autem ſiue feſtinatio eſt: quoniā ipſa eſt multa ſicut flegma niſi ſit flegma vitreū: quoniam paroxiſmi eius quādoꝙ tardātur pꝛopter vehemente; groſſitiem eius:aut ſubtilis ſicut colera eſt cauſa feſtinationis. ¶ Hic nota:ꝙ dicimus paroxiſmos tardare quando multū tempus cadit inter pꝛincipium vnius et pꝛincipiū alterius: ⁊ econtra feſtinare. Et eſt hic intentio Auic.ponere cauſas cuiuſcunꝙ tarditatis et cuiuſcūꝙ feſtinationis ſiue varientur dies ſiue varietur ſolum hoꝛa diei vt patere poteſt exēplis ſuis:ſc; de melancolia et de colera ⁊ flegmate. ¶ Unde ſciendū ꝙ multitudo ⁊ ſubtilitas faciunt ad accelerationē paroxiſmoꝝ:ſicut econtra paucitas groſſities et viſcoſitas faciūt ad tarditatem:verum iſte diſpoſitiones niſi multum excreſcant variant ſolūmodo hoꝛam et non diem faciendo paroxiſmu; anticipare aut poſtponere. Sed variatio ſcōm ſpēm per quā diuerſificat tam foꝛma ſubſtāntialis ꝙ pꝛopꝛietas occulta: et modus mixtionis eſt cauſa pꝛincipalis variatiōis ſꝫ diem.inſequitur enim motus determinatꝰ humoris ſiue periodicatio ipſius ſm determinatū diem pꝛopoꝛtionē virtutis mouentis ad humoꝛem reſiſtentem per foꝛmā ſubſtātialē ꝓpꝛietatem occultā et modum mixtionis que ſunt pꝛincipales cauſe reſiſtētes:ſed minus pꝛicipales ſunt diſpōnes manifeſte iam dicte.ſc; quātitas modus ſube ⁊ ſiles.

¶ Et deterioꝛes quidem febꝛes ſunt inſeparabiles in quibus putredo eſt intra venas.deinde ille q̄ eradicant in qbꝰ eſt putredo in toto coꝛpe aut in partibus coꝛdis.

Primusꝰ canō.

¶ Hic ponuntur canones.pꝛimus ꝙ deterioꝛes febꝛes ſunt continue in quibus putredo eſt ad intra venas.in ſecundo gradu ſunt ille que ſunt interpolate in quibus putredo eſt in toto coꝛpoꝛe.i.in ambitu totius coꝛpoꝛis extra venas. aut in partibus coꝛpoꝛis:ideſt in partibus ambitus coꝛpoꝛis extra venas. Si dicat textus in coꝛdis partibus iunge cum particula ſuperioꝛi:vt ſit ſenſus deterioꝛes feb.ſunt ille in quibus putredo eſt intra venas aut in partibus coꝛdis.

¶ Et parum quidē accidit ſenibus febꝛis valde accenſa ꝓpter frigus cōplexionis eorum et paucitatem carnis ipſoꝛum.

Scōs canon

¶ Scōs canon: ꝙ parū ideſt raro accidit ſenibus febꝛis accenſa valde ꝓpter frigus cōplexiōis coꝝ qꝛ habent caloꝛē naturalē remiſſum ⁊ paucitatem carnis.i.qꝛ habent parū de humido:⁊ ſic paru; de multitudine caloꝛis. ¶ Ubi nota ꝙ ea que ſunt calida cū inflāmantur efficiunt calidioꝛa. Et hoc eſt qͦ dicit Auerrois.iiij. colliget:ꝙ caloꝛ ꝑter naturam menſurat menſura caloꝛis naturalis. Et eſt hic canon poſitus in affoꝛiſmo pꝛime ꝑticule. quicunꝙ creſcunt plurimū habent ⁊c.

¶ Pulſus vero diſpoſitiones diuerſificantur in febꝛibus putridis ſecūdum diuerſitatem earum in generibus ſuis et ſecundū diuerſitatem ſpeciei vnius earum in vehemētia et debilitate eoꝛum et in foꝛtitudine accidentium et debilitate eoꝛum.

Diuerſitates pulſuum.

¶ Hic ponit quaſdam diuerſitates pulſuum⁊ ſunt quattuoꝛ. Pꝛia:ꝙ diſpōnes pulſuū diuerſificātur in febꝛibꝰ.puta ſm diuerſitatē earū in gn̄ibꝰ ſuis: vt qꝛ aliꝰ eſt pulſus flegmatice: alius colerice ⁊c. Et diuerſificat etiā ſm diuerſitatē ſpeciei vnius in vehementia ⁊ debilitate.i.in intēſione ⁊ remiſſiōe et foꝛtitudīe accidentiū ⁊ debilitate eoꝛū:vt qꝛ pulſus in vna colerica diuerſificabit a pulſu alteriꝰ.

¶ Et quandoꝙ accidit ei durities aut pꝛopter apoſtema calidum vehementis extenſionis : aut pꝛopter apoſtema calidum in membꝛo duro:aut pꝛopter vehementiā ſiccitatis:aut cū dominat frigus in pꝛicipijs.

Cāe duritiei pulſus.

¶ Hic ponit.iiij.cās duritiei pulſus.vna ē apa calidū vehemētis tēſionis.ꝑꝑ qͦ tēdūt arterie ⁊ ſiūt dure.ſcōa eſt apa calīn in membꝛo duro ſicut ſunt nerui pānicuīi:⁊ ſilīa.accidit eīn ex hoc tēſio arteriaru;.tertia ē vehemētia ſiccitatis q̄ acq̄rit coꝛpi ꝓpter quā arteria indurat.quarta ē frigus accn̄s in ꝑncipijs ꝑoriſmoꝝ.nā ꝑꝑ tale frigꝰ induratur arteria.

¶ Et quandoꝙ fit lenis pꝛopter materiā lenem flegmaticam et ſanguineam: et pꝛopterea ꝙ apoſtema eſt in membꝛo leni ſicut illud qͦ eſt in epate et ꝑipleumonia⁊ litargia: aut pꝛopter humoꝛoſitatē cū expectabatur quando vult vt ſudet.

Cāe lenitatis pulſus.

¶ Hic ponit tres cās lenitatis pulſus. Pꝛia ē materia fluida hūida ſicut flegma⁊ ſanguis.ſunt eīn in febꝛibꝰ flegmaticis ⁊ ſanguineis pulſusꝰ molles.ſcōa eſt apa in mēbꝛo molli ſicut apa epis ⁊ litargia qͦ eſt apa ſrm in cerebꝛo:⁊ maxime intelligit de litargia flegmatica ⁊ nō melācolica ⁊ peripleumonia qͦ eſt apa pulmonis ⁊ maxie qn̄ pendet a flegmate facit pulſu; mollem.tertia eſt cum natura vult expellere humiditates ſub foꝛma ſudoꝛis.vnde medici experti per mollitiē pulſus et vndoſitatē eius ꝓnoſticātur ſudoꝛē futurū.

¶ Et pulſus quidem fit in pꝛincipio paroxiſmoꝛum debilis coartationis pꝛopter aduentum virtutis ſupꝛa materiam et occupationem

pationem eius in mundando et euētando.

Quarta diſpoſitio pulſus.

¶ Ponit quartam diſpoſitionem pulſus. et eſt ꝙ pulſus in principijs paroxiſmorū fit debilis: cuius debilitas arguit̄ ex paruitate ⁊ diuerſitate cū debilitate impreſſionis in digitum tangētis. nō em̄ pulſat fortiter conſtanter et perſeuerāter que tres conditiones requiruntur ad pulſum fortem. ⁊ eſt coartatus. coartatio em̄ pulſus eſt paruitas eius cum diuerſitate a materia ſuffocante ⁊ tegēte. ideo ſubdit propter aduentum virtutis ſupra materiā. pugnat em̄ virtus cōtra materiam ſubtiliando ipſam reſoluendo et quātum poteſt expellēdo. et ecōtra materia cōtra v̄rutem ſuffocando: ſicut ignis ſub lignis ſuffocatur et occupationes eius in mundando fumos putridos ⁊ euentando calidum membrorum et ſpirituū. Eſt em̄ his operationib⁹ tunc temporis multum intenta. ſed forte melius eſt vt aliter exponatur propter occupationem eius. ſ. virtutis ad reſiſtendū materie duꝫ ſuffocat̄ ab ipſa in mundando et euentando. ſ. dū mundat fumos putridos et euentat calidum ſuffocatum ita vt li. mundando et euentādo ſtent tēporaliter: et non cauſaliter. nā mundando ⁊ euentando non eſt cauſa cur pulſus fiat debilis coartatus: immo potius eſt cauſa magnificandi pulſum tam ſm ſiſtolem q̄ ſm dyaſtolem. ſic em̄ melius fiet mundificatio et euentatio. et ſic cum dei gratia ſit finis huius expoſitionis difficilis capituli. ¶ Sed pro completa declaratione dictorum in preſenti capitulo ſupereſt vt ventilemus duas materias difficiles. vna eſt de putrefactiōe. alia eſt de periodicatione.

Notatu dignū

**Utrum ex** indebito regimine ſex rerū nō naturalium poſſit in humano corpe accidere putrefactio. Qō ſic declarat Auic. prima q̄rti. tractatu. ij. cap. ⁊. 13. tertij. necnō Gal. primo de differentijs febrium. et experientia facile comprobatur cū ex huiuſmodi inordinato regimine frequenter accidāt febres putride. ¶ Pro ſolutione hui⁹ dubij primo videbitur quid ſit putrefactio. quid putredo: quid cōbuſtio. et quomodo putrefactio differt a combuſtione reſolutione cruditate digeſtione. In ſecundo articulo videbitur de queſito.

**Quantum ad** primum omiſſis aliorꝫ opinionibus dicam ea que videntur mihi magis ꝓbabilia et ſententie Ariſto. ceterorumqꝫ philoſophorum et medicorū illuſtrium magis conformia. Ariſto. oīm philoſophorum ṗnceps. iiij. metaurorū diffinit putrefactionē dicens. ꝙ eſt corruptio quedā in vnoquoqꝫ humido proprie ſm naturam caliditatis ab aliena caliditate. hic autem eſt que ambientis. Que diffinitio ſic intelligēda eſt. putrefactio eſt corruptio quedam. i. via vel motus in corruptione mixti inquātuꝫ mixtum in vnoquoqꝫ humido proprie ſm naturam caliditatis. id eſt per corruptionem caliditatis proprie inquātum naturalis in vnoquoqꝫ humido complexionali mixti ab aliqua caliditate caliditatē propriam extraneāte: cōnotādo ꝙ per caliditatem propriam extraneatam et caliditatē alienam qualis eſt ambientis fiat vel ſit apta fieri ipſius humidi eductio et elemētorꝫ ſeparatio: ita ꝙ vtraqꝫ notabiliter concurrit ad mixti corruptionem: humidi eductionē: et elemētorum ſeparationē. Corruptio in hac diffinitione poſita eſt genus. nam putrefactio eſt cōtraria generationi ſimplici mixtorū apud philoſophū in eodē. iiij. metau. Sed corruptio adequate opponitur generationi. primo de generatione. ergo putrefactio ē corruptio: nō tamē omnis corruptio ē putrefactio: vt patet. Et corruptio hic poſita pro genere dicit cauſam formalem putrefactionis. Intelligit autem Ariſto. putrefactioneꝫ opponi generationi ſimplici mixtoruꝫ. quia terminus a quo putrefactionis eſt terminus ad quē generationis mixti ex elemētis. Et econtra terminus ad quem putrefactionis eſt terminus a quo generationis. et ſicut generatio mixti ex elementis fit a calore naturali et celeſti ꝑmiſcēte et viniente elemēta ſm exigentiā alicui⁹ ſpeciei mixtorꝫ ita putrefactio ē a calore intrinſeco p̄ternaturali ⁊ extrīſeco agētib⁹ elemētaliter ⁊ ſoluētib⁹ mixtū in elemēta. Dicit̄ q̄dā. quia putrefactio nō ē corruptio ꝓprie ſumpta que eſt mutatio ſubita de eſſe ad non eſſe. ſed eſt via vel motus in hanc corruptionem proprie ſumptā. vt eſt apud Auicen. prima quarti cap. de feb. ſanguis. nec eſt quicūqꝫ talis motus: ſed limitatus circunſtantijs in diffinitione poſitis ⁊ exprimendis. non em̄ corruptio elementorū eſt putrefactio. neqꝫ combuſtio. neqꝫ tranſmutatio vnius mixti in aliqua dicitur putrefactio. per hanc particulaꝫ in vnoquoqꝫ humido intellectaꝫ: vt ſupra declaratur cauſa materialis in qua ſiue ſubiectum ipſius putrefactiōis qō eſt mixtū ſm ipſius humidū. tum quia humidum mixti eſt propriū ſubiectū caloris mixti qui inquātum naturalis ⁊ proportionatus forme mixti tenet et conſeruat mixtionem que in putrefactione corrumpitur inquātū naturalis et agit ad demixtionem. quia humidum mixti ſeparatur a partibus terreis in putrefactione ⁊ ducitur ad circūferentiam ipſius mixti. ¶ Per hanc particulam ꝓprie ſm naturam caliditatis tangitur agens ꝓximum putrefactionis qō eſt caliditas propria ipſius mixti que facta preternaturalis ipſi mixto coagit caliditati continētis ad ipſius corruptionem et humidi eius eductionē. que caliditas continentis aliena a caliditate ipſius mixti. q: contrariatur ipſi inquātū ipſa eſt naturalis et nō inquātum caliditas eſt agens remotum in putrefactione. quapropter hec diffinitio eſt proprie naturalis. quia in ipſa ponitur genus exprimēs formam et ſubiectū di. materiam et agens propinquū et remotum. et tangitur cauſa finalis que ē elementorum ſeparatio. cum dicitur. ꝙ eſt corruptio mixti inquātum mixtum. Modus autē putrefactionis penes Alb. ma. eſt iſte. nam calidum extrinſecum trahit ad ſe calidum intrinſecum. qō quia non poteſt educi ſine humido proprio ſimul ad ſe trahit humidum proprium: qō eſt ipſi⁹ ſubiectum ad cuius eductionem ipſum calidū intrinſecum adiuuat ſubtiliando. et ipſum educendo ꝑ poros quos dilatauit calor extrinſecus. et ad huius humidi eductioneꝫ coadiuuat frigiditas intrinſeca mixti exprimens humidum ſimul cū calore. Et hoc eſt qō dicit Ariſto. in littera. putrefactio eſt communis paſſio frigiditatis proprie et caliditatis aliene ita ꝙ ad putrefactionem tria agentia concurrunt. primū caliditas intrinſeca. ſcḋm caliditas extrinſeca. tertium frigiditas propria. frigiditas autem extrinſeca: licet poſſit corrumpere calorem naturalem mixti ipſum remittendo paucificando et facere ipſum improportionatū forme mixti ⁊ hūido regulādo tn̄ nō pōt eē imediata cauſa eductiōis hūidi mixti. imo ipſi

eductioni contrariatur claudendo poros et calo/
rem mixti fugando interius niſi ſit adeo vehemēs
vt ſe ꝓfundādo exprimat humidū cum calore ſuo
verū hec non eſt putrefactio licet ducat ad incine
rationē mixti.q: hanc non ꝯſequūt accñtia putre
factionis.ſ.fetor.et quia qđ tunc incinerat eſt ma
gis humidū interius ꝗ̃ exterius.cuius cōtrarium
eſt eo qđ putrefit.frigiditas tamē extrinſeca de ꝑ
accñs pōt eſſe cauſa putrefactionis faciendo ca
lorem mixti preternaturalem qui factus preter/
naturalis et agēs ꝑternaturaliter facit ad mixti
corruptionē et humidi eductionē.¶Putredo autē

Quid putredo.

eſt caliditas putredinalis intrinſeca mixto. ſicut
voluit Auicē.ſcđa ꝑmi ca.j.vbi exēplificans de cā
cōiuncta de feb.dixit ꝙ eius cā cōiuncta eſt putre
do licet ꝑma q̄rti tractatu.ij.ca.j.et in pleriſq; pu
tredo accipiat pro humore putrido.humor autē
putridus et ſimiliter vapor eſt cauſa cōiūcta feb.
per caliditatem ſuā putredinalem. ¶Combuſtio
aūt deſcriptiue ē corruptio velox in vnoquoq; mi
xto cū humidi ipſi⁹ ſublimatiōe et ꝑtiū terreſtriū
deſcenſu a caliditate extrinſeca abſq; notabili cō
curſu alicuius principij actiui ipſius mixti. Et ex
his patēt dr̄ie.viij.īter putrefactionē et cōbuſtio

Differētia cō/
buſtionis ⁊ pu
trefactionis.

nem.¶Prima q: putrefactio eſt naturalis. Cōbu
ſtio aūt violēta iuxta philoſophum.nam in putre
factione ad corruptionē mixti et hūidi eductionē
coadiuuat notabiliter aliqđ principiū intrinſecū:
immo plura.ſ.caliditas propria facta extranea ⁊
frigiditas ꝓpria exprimens humidū ſimul cū ca/
lore.ſed nihil tale adiuuat in cōbuſtione ſaltē ad
iutorio notabili:immo vt pl'm fit reſiſtente calore
intrinſeco.¶Scđa differētia: q: qđ putrefit ē ma
gis humidū ⁊ calidū exterius ꝗ̃ interius: interius
eñi exiccatur et friget.et qđ cōburit eſt exteri⁹ma/
gis cal'm et ſiccū quā iterius.Cū eñi cōburit a ca
liditate extrinſeca forti humidū ſublimāte forti⁹
agēte in partes ꝓpinquas ꝗ̃ in partes remotas
eſt neceſſariū vt exterius magis calefiat et exicce
tur ꝗ̃ interius.¶Tertia differētia eſt.quia putre/
factio eſt tarda ad incinerationē: ſed ꝯbuſtio ve/
lox.fit eñi a fortiori caliditate.ſed in putrefactio/
ne caliditas innata eſt debilis reſpectu ꝓprij hu/
midi regulandi ⁊ tarde ducens ad incinerationē.
¶Quarta ꝙ putrefactio facit mixtū fetere: cōbu/
ſtio vero non:imo aufert fetorem. ¶Quinta q: ꝑ
putrefactionē generātur quedā alia imperfecta ꝑ
cōbuſtionē minime. ¶Sexta q: putrefactionē im
pedit caliditas feruens:ſed cōbuſtionē minime.
¶Septima q: cōbuſtio facit ceſſare putrefactio/
nem.ſed putrefactio nō facit ceſſare cōbuſtionē.
Vtrū autē ſit poſſibile putrefactionē ⁊ cōbuſtio/
nē per certū tēpus ſimul intendi videbitur infra.
¶Octaua differētia.q: difficilius ceteris parib⁹
prohibetur putrefactio ꝗ̃ cōbuſtio: qđ arguit ca/
liditatē magis eſſe fixam in eo qđ putrefit ꝗ̃ i eo
qđ cōburit:immo ſtat in eo qđ cōburit calidita/
tem nō eſſe fixā.¶Conueniūt aūt q: vtraq; fit a ca
liditate extrinſeca. ſcđo q: vtraq; eſt paſſio mixti
ſimplicia eñi nō cōburunt neq; putrent.nō tamē
omne mixtū poteſt putrere. licet omne poſſit cō/
buri.nam flāma ignis pōt cōburi: nō tamen pu/
trefieri.tertio q: vtriuſq; finis eſt incineratio et
elementorū ſeparatio. Ex quo ſequitur ꝙ neutra
ipſarū eſt tranſmutatio mixti in aliud mixtum.
¶Differt autē putrefactio a reſolutione. q: reſo/

Differētia pu/
trefactionis et
reſolutionis.

lutio eſt cōuerſio humidi in vaporē:que licet poſ/
ſit fieri a caliditate tam itrinſeca ꝗ̃ extrinſeca:nō
tamen exigit caliditatē innatā debilem reſpectu
proprij humidi regulādi neq; corruptionē mixti
inquātū mixti aut elementoꝝ ſeparationē a dige
ſtione que deſcriptiue eſt completio a proprio et
naturali cal'o ex paſſionibus cōtraiacentibus hu
moꝝ que ſunt propria materia corporū mixtoꝝ.
Vel clarius et in idem redit ē perfectio a proprio
et naturali calido ex oppoſitis paſſiuis. Nam di
geſtio tendit in generationē mixti aut cōpletionē
eius.Putrefactio vero tēdit in corruptionē mixti
et eius demixtionem. Item illa fit a proprio ⁊ na
turali calido:hec autē a caliditate propria corru/
pta.Item in illa ꝑmiſcet humidū cū ſicco: in pu/
trefactione autem demiſcentur. Differt autē pu/

Cruditas a pu
trefactione dif
fert.

trefactio a cruditate.quia cruditas ē diminutio a
complemento caloris digerentis aut putrefacie/
tis in humido aut ipſarum operationū priuatio.
putrefactio vero non eſt huiuſmodi operationū
priuatio:immo putrefactio dicit operationē ca/
loris ꝑternaturalis putrefacientis ſicut digeſtio
dicit operationem caloris naturalis digerentis.

**Quantum ad** ſcđm articulum ꝑmit/
tendū eſt primo ꝙ per
debitum regimē ſex rerum non naturalium debe/
mus intelligere debitā ipſarū adminiſtrationē
tam ſm quātitatē et qualitatem ipſarū ꝗ̃ ſm de
bitam proportionem ipſarum inter ſe in compa/

Res nō natura
les neceſſarie.

ratione ad corpus regendū. Sunt autem res non
naturales deſcriptiue que neceſſario occurrētes
corpori humano poſſunt cōuenīēter et incōueniē
ter applicari.et ſunt ſex aer cibus et potus. ſom/
nus et vigilia:motus et quies inanitio ⁊ repletio
⁊ accñtia animi.¶Ex quo patet ꝙ per indebitum
regimen rerum non naturalium debemus intelli
gere indebitam adminiſtrationē ipſarum ſm q̄li
tatem aut quātitatē.aut indebitam proportionē
inter ſe in comparatione ad corpus regendum.
¶Scđo notandū ꝙ humores corporis noſtri nō
tantū cōſeruant per propriū eorum calorem ſed
maxime et principalius per calorem naturalem
eis debite proportionatū.patet. q: aliter nō poſ
ſet aſſignari cauſa cur ſanguis in venis diu ſine
putredine ſeruetur.ſed extra venas cito putrefit.
¶Notandum tertio humorē indebite qualitatis
aut quātitatis aut non debite calori noſtro pro/
portionatum a caliditate noſtra non debite regu
lari.hoc patet ex precedenti notato. ¶Ex quo ſe/
quitur tales humores facilius quā alios ceteris
parib⁹ a calore extraneo putrefieri. ¶Et ex his
patet cōcluſio reſponſiua ad queſitum.ſ.pars af/
firmatiua queſtiōis que auctoritatib⁹ante oppo
ſitum inductis et quotidiana experientia cōpro/
batur.Quotidie eñi ex indebito regimine in hu/
iuſmodi rebus corpora etiam ſaniſſima feb. pu/
tridas incurrunt.

**Ad partē** negatiuā dubij argr̄.ſi ex idebi/
to regimie i ſex reb⁹ nō naturali

Argumēta
partem neg
uam.

bus poſſet ⁊c.hoc maxīe eēt qñ cib⁹ idigeſt⁹ ſumi
tur ſupra cibū ꝑtē digeſtū.ſ; hoc non ſufficit neq;
facit ad putredinē:imo potius īpedit.q: ſi cib⁹ ꝑ/
mo aſſūpt⁹nullo mō eēt digeſt⁹ nō fieret putredo
ſ; ꝑexñt cibi digō poti⁹ iuuat ad digeſtionē ꝗ̃ i/
pediat:cū totū min⁹ reſiſtit ꝟtuti digerēti ꝗ̃ ſi to/
tū eēt idigeſtū.¶Et ꝯfirmat.ponat ꝙ ſeq̄ns cib⁹
ſit in ea proportione facilius digeſtibilis in qua
proportione digeſtio cibi precedentis excedit di
geſtionē cibi ſequentis.et ſequitur ꝙ ambo erūt
in eodem tempore digeſti. ¶Preterea ſi requiri/
tur hoc maxime eſſet quando cibus groſſus diffi/
cilis digeſtionis ꝑponeretur ſubtili: ſed hec non
eſt cauſa

eſt cauſa putrefactionis. quia ponamus ꝙ in ea
proportione in qua pars inferior ſtõi eſt fortioris
digeſtionis quã pars ſuperior cibus ſequẽs ſit fa
cilioris digeſtionis quã precedẽs. ⁊ ſequitur ꝙ to
tum erit in eodẽ tẽpore digeſtum. ¶ Preterea. ſi ex
indebito ⁊c. maxime eſſet quãdo quis vteret̃ cibis
groſſis difficilis digeſtionis ſicut carne buffali:
ſed hec nõ eſt cauſa putrefactiõis ſed cruditatis
que opponitur putrefactioni. quia aliter in mor/
bo materiali mortali non diſtingueretur ſtatus a
principio. ¶ Ad primũ dicitur negando minorez.
et dicitur aggregatũ ex cibo ſemidigeſto et ex ci/
bo nullo modo digeſto magis ĩpedit digeſtionez
quã ſi totus cibus eſſet indigeſtus. eo ꝙ indigeſt⁹
miſcet̃ cum ſemidigeſto. Et ſequitur alterũ duorũ
aut ꝙ ſemidigeſtũ corrũpit̃ aut cum ſemidigeſto
pars indigeſta permixta attrahit̃ ad epar ex qua
generãtur humores indigeſti. Et ad confirmatio
nem admiſſo caſu negatur ꝙ in eodez tẽpore erũt
digeſti: immo potius in eodẽ tẽpore erunt corru/
pti. ¶ Sed cõtra ſicut in lebete primo ponitur ca/
ro difficilior. et poſtea caro facilior ad hoc vt ſint
in eodem tẽpore cocte. ita debet eſſe in ſtomacho
quare nõ videt̃ eſſe cauſa diuerſitatis. Similiter
ſic fit in decoquẽdo medicinas. q: que parum ſu/
ſtinent de decoctione ponunt̃ in fine et que me/
diocriter in medio. et que multũ in principio. Di
citur negando ſimilitudinẽ. q: cũ ſtomachus inci
pit digerere primũ cibuz clauditur os ei⁹ et opti
me ipſum amplexatur: ita vt nõ cadat mediũ in/
ter partes ſtõi et cibum. Cũ autẽ ſumitur ſcõs ci/
bus primo nõ digeſto ſtat per certum tempus ſu
pra illum anteꝗ̃ ſecum miſceat̃. Et interim cum
non bene digeratur a calore naturali: cum non ſit
ĩ loco idoneo: capitur a calore extraneo. et poſtea
deſcendens eſt cauſa corruptionis illius. ¶ Ad ſe
cundũ dicitur ꝙ ratio cõcludit ſi poſſet ꝓportio/
nari ſm̃ ꝙ ponitur in caſu. ſed q: hoc eſt difficile
laudatur ꝑmiſſio cibi ſubtilis. q: cũ digeſtus eſt
paulatim poteſt trahi per meſeraicas: ⁊ iterũ ali⁹
digerit̃. Non eſt tamen bonũ vt cibi ſint multum
driſtes. quia cũ aperitur pilerõ deſcendẽte ſubti/
li facile ſecum deſcendit groſſus. ¶ Ad tertiuz di/
citur. ꝙ cibi groſſi difficilis digeſtionis ſunt cau/
ſa cruditatis que opponitur putrefactioni: atta/
men cũ generatur humor crudus et cum ſanguĩe
permiſcetur eſt cauſa ꝙ ſanguis ille tarde cõuer
titur in humiditates ſcõas. et in fine non potens
bene regulari a calore naturali capitur ab extra/
neo et putrens eſt cauſa egritudinũ cronicarũ. Et
ſic breuiter ſit expedita hec queſtio per me Joãnẽ
de arculis. qui autem vult videre hanc materiam
prolixe legat queſtionem meaz generalem de pu
trefactione.

**Utrum pro** aſſignandis cauſis periodi
cationis preter cauſas ma
nifeſtas ſit neceſſariũ in vnoquoq̃ humore pone/
re proprietatẽ occultam indiuidualem: aut ſpeci/
ficam que determinata periodo moueatur. vtpu/
ta flegma quotidie. colera de tertio in tertiũ. me/
lancolia de quarto in quartum. ſanguis cõtinue.
Nõ enim hi humores moueãtur periodis de qb⁹
ſupra docet quotidiana experientia. Et pro hoc
maxime quãtũ ad febrem eſt auctoritas Auicen.
prima quarti tractatu. ij. cap. j. Et putredo colere
facit tertianã: et putredo ſanguinis facit cõtinuã
et putredo melancolie facit quartanã et que cur/
runt curſu eius. et putredo flegmatis facit quoti/
dianam et que currũt curſu eius. Idẽ aſſerit Gal.
ſcõo d driſtijs fe. et Raſis. 10 Almanſoris. ⁊ Auer
rois. iij. colligz. et Aliabbas. viij. theorice. ¶ Pro
ĩtellectu tituli queſtionis eſt ſciẽdũ primo ꝙ ꝑio
dus cõiter ſumpta eſt reditus morbi vnius poſt
tẽporez: aut quietẽ ad diſpoſitionẽ ſimilem ꝑme.
ſic eñ deſcripta conuenit recidiue: q: ex ea et ſua
radice efficitur morbus vnus. Et differt a reditu
alicuius morbi ex quo ⁊ precedente nõ conſtituit̃
morbus vnus ſicut ſi quis vulneratus in brachio
poſt conſolidationẽ iterum in eodẽ loco ſimiliter
vulneraretur. ¶ Periodus aũt proprie ſumpta ẽ
reditus vnius morbi poſt tẽporem aut quietẽ ad
diſpoſitionẽ ſimilez precise ꝓpter cauſam primi
paroxiſmi aut exacerbationis diſponentẽ ad cau
ſam coniunctã ſcõi propter veſtigiuz derelictum
in loco in quo ꝑma cã coniũcta facit primũ paro
xiſmũ attrahens ſimilem cauſam coniunctam ad
eundẽ locuz. et ſic deſcripta cõuenit putride. non
ethice neq̃ effimere. Sed cõiter ſumpta conuenit
effimere. non ethice. quia non eſt dependẽs ab ali
qua cauſa ſpeciali dependentia. ¶ Paroxiſm⁹ au
tem ſm̃ cõem acceptionẽ medicorũ noſtri tempo
ris eſt reditus febris aut alteri⁹ egritudinis poſt
quietẽ. Excreſcẽtia autẽ ſiue exacerbatio eſt redi/
tus eius poſt tẽporẽ. ¶ Eſt ſcõo ſciendũ ꝙ cauſe
periodicationis ab auctoribus et doctorib⁹ aſſi/
gnate ſunt duplices. quedam manifeſte. quedã oc
culte. Manifeſte ſunt duplices. quedã extrinſece
⁊ ex malitia regiminis egri: necnon influxus ſup/
celeſtis vt placet aſtrologis: ꝑcipue Cõciliatori
dĩa. 88. licet huiuſmodi cauſe ſint ĩproprie ⁊ mul
tũ longĩq̃. q̃dã ſunt ĩtrinſece: et iſtaꝝ q̃dã ſe tenẽt
ex ꝑte mẽbrorũ q̃ ſũt diſpões mẽbroꝝ mittẽtiũ di
ſpoſitiões mẽbroꝝ ſuſcipiẽtiũ et attrahẽtiũ. nec/
non mẽbrorũ materias generãtiũ. Et ponunt̃ he
a Gal. ij. de dĩntijs febriũ. ad quas reducit̃ acui/
tas aut obtuſio ſenſus membrorũ. Item egri for/
titudo aut debilitas. quedã ſe tenẽt ex parte hũo/
rum et ſunt eorũ cõplexiones multitudo aut pau
citas. aut groſſities. aut ſubtilitas. viſcoſitas aut
eius oppoſitum. Et iſte colligũtur ab oĩbus au/
ctoribus: ꝑcipue ab Auicẽ. prima quarti. ij. tracta
tu. cap. j. Et iſte quidẽ febres quibus ſunt ꝑoxiſ/
mi eradicatiõis ⁊ tẽporis q̃ñq̃ dimittũt ordinez
ſuũ ꝑꝑ diuerſitatẽ materierũ in multitudine pau
citate groſſitie ⁊ tenuitate et ꝑꝑ diuerſitatẽ i eis
in gñe ita vt ꝑmutent̃ q̃dã materie et fiãt de gñe
materie alterius q̃ diuerſificat̃ in eis in ſpecie nõ
in multitudine aut paucitate tenuitate et groſſi/
tie tantum. Et q̃ñq̃ fit ex malitia regiminis egri.
aut ꝓpter debilitatẽ eius. aut ꝑꝑ multitudinem
ſenſus eius. Et infra in cap. de febribus aꝑatuz. Alyabbas.
Unicuiq̃ humori ineſt periodus que ſibi ꝯuenit.
Item Alyabbas. viij. theorice. ¶ Ex quibus autẽ
cauſis ꝑiodi varie ſunt circulariũ febriũ. Si q̃ras
ſcias tres eſſe cauſas. ꝑma eſt cõgregatiõis velo
citas et mora eius. ſcõa eſt facilitas putrefactio/
nis humoris et difficultas. tertia eſt eñonis eius
acceleratio aut mora. flegma nãq̃ febrem excitat
que ſingulis accẽdit̃ diebus: eo ꝙ cito ad putrefa
ctionis currit loca in corpore multitudine quãti/
tatis ſue et putrefactionis accelerationis humi/
ditatis cã eñoniſq̃ mora ꝑꝑ ſuã viſcoſitatẽ. Col'a
aũt nigra febrem facit q̃ vno die accẽdit̃: duobus
ṽo nõ: eo ꝙ tarde aduna t̃ propter ſue paucitatis
quãtitatẽ. Difficile aũt putreſcit propter ſuã fri/
giditatem et ſiccitatem. celeriſq̃ eſt eñonis quare
minime eſt viſcoſa. Colera autem rubea febres
generat que vno die fit et alio die nõ: quoniã inter

flegma et coleram nigram media eſt in huiuſmo-
di quas diximus habitudinibus. Occulte autem
ſunt forme ſubſtantiales ipſorum humorū:necnō
ꝓprietates ſpecifice que ſunt qualitates toti ſpe
ciei cōes attribute mixtis in ſue generationis pn
cipio per influxus particulares ſm exigentiā ſue
forme ſubſtātialis et complexionis. et de his fe-
cit Auicē. mentionē loco ſuperius allegato. Et ex
hoc genere ſunt ꝓprietates indiuiduales ſiue cō-
ſequētes materiā:que vt patebit infra neceſſario
ſunt ponende. Dicuntur autē huiuſmodi occulte:
quia nō ſubiacēt ſenſibus: nec facile diſcernunẗ.
Alie autē que dicuntur manifeſte ſubiacent ſenſi-
bus:aut ſaltē facilius diſcernūtur. ¶ Tertio ſcien
dum ꝙ non poteſt fieri nouus paroxiſmus aut ex-
creſcentia feb. niſi noua ebulitio ſupueniat in ali
qua materia. Hoc aūt dupliciter erit: aut quia in
vna ⁊ eadem materia que prius fecit fe. noua fiat
ebulitio:ſicut ſi ſanguis ebulitēs ṗus fecerit ſino-
cham ſiue putredine qua extincta:vtputa per po-
tum aque frigide propter opilationē: aut malam
membroꝝ diſpoſitionem hic ſanguis incipiat pu
trere:et facere ſinochā putridam. Similiter ſi ſan-
guis aut alius humor prius putruiſſet leui putre
dine:iterum incipiat putrere putredine intenſio-
ri. Aut fiat nouus paroxiſm⁹: quia noua materia
ebuliat qđ erit dupliciter:aut quia de nouo gene-
retur:et poſtea putreat ſiue ſit generatio propria
ſicut humores ex chilo:et ſanguis ex flegmate ge-
nerantur ꝑ vlteriorem digeſtionē ſiue generetur ꝑ
corruptionē: ſicut ſanguis corrumpitur in coleraȝ
vel melancoliā. et ſimiliter reliqui humores ꝑ pu
tredinē aut aduſtionē in melācoliā: aut quia ṗus
erit genita:ſed nunc nuper ebuliat. Et hoc contin
git dupliciter. aut q: mouetur de loco ad locū:ſic-
ut cū materia emittitur de venis maiorib⁹ ad mi-
nores in quibus putret:quomodo fiunt continue
proportionabiles:aut q: mittiẗ de itra venas ad
extra venas quomodo fiunt interpolate. Aut ſcđo
quia ipſa exiſtens in eodē loco incipit putrefieri:
ſicut ſi. x. ȝ. colere ſint in eodē loco:⁊ due. ȝ. ṗmo pu
trefacte faciūt vnā febrem. deinde alie due faciūt
aliam:et ſic deinceps. et huic modo paroxiſman-
di exēplum Gal. de cumulo ſtercoꝝ optime accō-
modatur. et ſimiliter poſt putredinē colere poſſet
flegma aut alius humor in eodē loco exiſtens pu-
trefieri:⁊ facere feb. alterius ſpeciei. Et que dicta
ſunt de modo periodicandi febriū poſſunt accom
modari non periodicandi doloris:⁊ multaꝝ alia
rum egritudinum:ſaltem in parte.

In hac materia ſūt due famoſe opi
niones. altera ⁊ ṗ-
ma fuit Gentilis de fulgineo doctoris excellētiſſi
mi quā ſequūtur oēs fere moderni:qui tenent par
tem affirmatiuā queſtionis. Altera vero et poſte-
rior huic fuit Ugonis ſenēſis doctoris ſubtiliſſi- Ugo ſenenſis.
mi qui tenet partē negatiuā. primo ergo ponā ra
tiones vtriuſqȝ partis vt videamus quātum vna
pars cōtra aliā militet. ſcđo ponā opinionem q̄
vt mihi videẗ eſt veritati conformior. et reſponde
bo ad rationes que contra illam poſſent adduci.
¶ Prima ergo ratio pro parte affirmatiua ⁊ opi-
nione Gentilis eſt hec. omnis effect⁹ eueniens cir
ca determiatā ſpeciē omni tēpore. ſ. eſtate hyeme
et temporibus medijs:⁊ in omni etate complexio
ne et ſexu. ⁊c. ſemper vel vt plurimū qui nō poteſt
reduci in cauſas manifeſtas:de quibus ſupra de-
bet reduci in formas ſpecificas ſiue proprietates
occultas. ſed flegma periodicare quotidie. colerā
de tertio in tertiūm. melancoliā de quarto in quar
tum. ſanguinē facere febrem continuam non po-
teſt reduci in cauſas manifeſtas. ergo opus eſt vt
reducatur in cauſas ſpecificas ⁊ proprietates oc
cultas. tenet cōſequētia. et maior eſt manifeſta:cū
non ſit aliquod genus cauſarum. minor probaẗ.
nam quātumcūqȝ ſanguis eſſet eque mult⁹: eque
groſſus:ſicut eſt colera. et cuȝ alijs paribus: tamē
colera ſemper vel vtplurimum moueretur de ter-
tio in tertium. et ſanguis faceret continuā. ſimili-
ter quamtumcumqȝ flegma eſſet ſimiliter diſpoſi
tū ſicut melancolia cum alijs paribus ⁊c. tamen
flegma faceret quotidianā et melancolia quarta-
nam. Cum ergo iſti effectus non poſſint reduci in
cauſas manifeſtas:opus ē vt in cauſas occultas
de quibus ſupra reducantur. ¶ Secūda menſure
rerum non poſſunt eſſe cauſa determinatoꝝ effe-
ctuum niſi inquātum determinētur formis rerum
naturalium:ſed iſte paroxiſmationes ſunt deter-
minati effectus. ergo non poterunt ꝓcedere a mē
ſura vel quātitate humorū niſi pro quāto illi hu-
mores determinantur per formas rerum natura
liū:ſed iſte forme ſunt ſpecifice. ego ipſe ſunt cau
ſe periodoꝝ. maior autē eſt Auer. iij. celi. cōmēto. Auerrois ter- tio celi.
lxxij. di. Cauſa non eſt cauſa alicuius propter ſuā
quātitatem niſi accidentaliter. quātitas eñ non
eſt terminata:cauſe autem agentes et patientes
ſunt terminate. ꝙ. ſ. non quelibet cauſa facit qđli
bet cauſatum. cauſe autem et cauſata ſunt termi
nata propter ſuas formas. ¶ Tertia quilibet effe
ctus finitus ⁊ terminatus habet cauſam finitam
⁊ terminatā:ſed paroxiſmatio colere de tertio in
tertium:flegmatis quotidie eſt effectus determi-
natus et finitus. ergo habet cauſam immediataȝ
determiatā et finitā. ſed diſpoſitiones mēbri mit-
tentis ⁊ accipientis ſunt variabiles in infinitum
et ſimiliter diſpoſitiōes humorum. ergo tales di-
ſpoſitiones manifeſte non ſunt illius effectus cā
immediata ⁊ adequata:ſed preter illas nulla po-
teſt poni niſi occulta proprietas illorum humoꝝ
quare ipſa erit illius periodicationis cauſa. ma-
ior eſt manifeſta. et minor ꝓbatur: quia in infini-
tum poteſt virtus membri debilitari:⁊ in infinitū
pōt materia paucificari. ¶ Quarta in feb. tertia-
na continua eſt ꝑiodicatio: ſed iſta non ſequitur
diſpoſitiones particule mittētis aut recipientis.
ergo aliqñ ē ꝑiodus ⁊ nō illa cā. Et cū alia cā da
ri nō poſſit ṗter ꝓꝑetateȝ ſeq̄ẗ ꝙ ꝑiodicatio ſeq̄ẗ
ꝓprietatē hūoris. maior ē manifeſta. et minor ꝓ-
baẗ: q: in tali tertiana materia putrefit intra ve-
nas:⁊ ibi erat ante putredinē. nō ergo fit trāſmiſ
ſio de vna ꝑte i aliā. ¶ Quinta rō. poſſe ē i aliquo
fieri duas t̄tianas īterpolatas ſic ſe hñtes ꝙ po-
xiſmi ṗme q̄ incipit die lune ſibijnuicē corrñdēt in
hora iuaſiōis ī īteſiōe duratiōe ⁊ accñtib⁹. ⁊ ſilr
poxiſmi ſcđe q̄ icipit die martis ſibijnuicē corrñ-
dēt in oib⁹. nō tñ poxiſmi ſcđe corrñdēt poxiſmis
ṗme:imo ſint m̄lū diſſiles. ſȝ hmōi cā nō pōt aſſi
gnari niſi ponēdo ꝓꝑetatē occultā īdiuidualē re-
lictā ī ṗmo poxiſmo q̄ reſpicit materiā ṗme t̄tia-
ne:⁊ aliā ꝓꝑetatē relictā i ṗmo poxiſmo ſcđe ter-
tiane. q̄re ſequiẗ ꝙ hmōi ꝓꝑetates ſūt cā ꝑiodo-
rū. Caſus eñ ē poſſis. ⁊ quotidie accidit. ¶ Sexta
ratio. ſequiẗ ſanguinē poſſe ꝑiodicare q̄cūqȝ ꝑio
do ſi nō ponātur cauſe ꝑiodoꝝ hmōi ꝓprietates
nam pōt ſanguis ad aliā partē mitti ⁊ ibi putre-
fieri. ⁊ poſtea ipſo per putredinē cōſumpto: mit-
ti aliam partem ſanguinis ad eundem locum in
tempore determinato et reſolui. ⁊ ſic deinceps
fieri paroxiſmos

fieri paroxiſmos ex cauſis ſimilibus qui paroxiſmi poterunt eſſe de tertio in tertium. de quarto in quartū. de quinto in quintū. et ſic de ſingulis ſm ꝙ periodus ſanguis mittit. et hoc ꝓpter varias diſpoſitiones tā mēbri mittētis ꝙ̄ accipiētis. Qđ autē ſanguis poſſit mitti ſm varias et diuerſas periodos declarat quotidiana experiētia ī fluxu epatico emoroydali. in fluxu ſanguinis nariū et menſtruali. ſi ergo hic ſanguis putrefieret fierēt diuerſe et diſtincte periodi pro diuerſitate tēporis in quo mitteret. et ꝙ eodē fundamento poſſit probari quecūq; humorem poſſe multis ⁊ varijs modis periodicare ſi ſolūmodo periodicatiōes in diſpoſitione membroꝝ mittentiū et ſuſcipientium reſoluant. ¶ Septima ratio. ſi nō ponantur huiuſmodi proprietates cauſe periodorū ſequit ꝙ vltimus paroxiſmus flegmatice ſalubris deberet tardius redire. poſt penultimū ꝙ̄ tertiane ſcđs poſt primū. probat. q: poſita paritate in fortitudine virtutis reſpectu vtriuſq; febrientis tam ex parte mittētis ꝙ̄ recipientis humor colericus debet citius ad putredinē moueri. q: amplior calidior et ſubtilior ⁊ magis ſtimulans virtutē ꝙ̄ flegmaticus. conſequens tamen eſt falſum. q: videm⁹ ꝙ flegmaticus redit ſcđa die. ſed colericus tertia die. ꝙ nō prouenit niſi propter proprietatē motiuam colere de tertio in tertiū. et proprietatē motiuam flegmatis de die in diem ſiue quotidie. ¶ Ultimo arguit ratiōe excellētiſſimi philoſophi dn̄i Nicolai varij. Quicūq; effectus reperitur in oib⁹ indiuiduis alicuius ſpeciei niſi in aliquo ſit notabile accidentale impedimentū debet habere cauſam cōmunē oibus illis indiuiduis. ſed periodicatio de tertio in tertium eſt effectus cōis oibus indiuiduis colere niſi adſit in aliquo eoꝝ aliquod impedimentū accidētale valde notabile. ergo debet habere aliquā cauſam cōmunē oibus huiuſmodi indiuiduis: ſed nulla cauſa poteſt eſſe oib⁹ his cōis niſi ſit de eſſētia ſpeciei colere aut fluat ab ipſa: quare talis cauſa erit aut forma ſubſtantialis colere: aut proprietas inſequens eam. ¶ Et ꝯfirmatur: q: eligere colerā eſt effect⁹ cōis cuicūq; īdiuiduo ſpeciei reubarbari: niſi ſit accidētaliter impeditum per antiquitatem aut putredinē: et huic effectui correſpōdet cauſa cōis. ſ. proprietas ſpecifica illius. ¶ Similiter attrahere ferruꝫ eſt effectus cōis cuicūq; indiuiduo magnetis niſi ſit accidentaliter impeditū: vt puta per inunctionem allij. ⁊ huic correſpōdet cā cōmunis. ſ. ꝓprietas ſpecifica illius. ¶ Similiter poteſt explicari in ijs in quibus eſt proprietas paſſiua: ſicut in ferro ⁊ ſimilibus. quare ſimile eſt in colera ⁊ reliquis humoribus. et hec ratio eſt efficaciſſima pro parte affirmatiua q̄ſtionis.

Nicolai varij ratio.

**Ad partem autem** negatiuā q̄ſtionis: et ꝓ opinione Ugonis arguit ratiōibus infraſcriptis: quaꝝ ipſe fuit inuētor ꝓbando ꝙ hmōi ꝓprietates nō ſunt cauſa ꝑiodicationis. Quia aut iſte proprietates ponūtur in hūore: aut in membris. ſed nullo iſtoꝝ modorū poteſt dici. quare ⁊c. ¶ Et primo arguitur ꝙ non poſſint poni in humore: q: iſta proprietas poſita in humore: aut eſt virtus agēdi: aut patiendi tale motum. Si ſit virtus agendi: aut eſt virtus que vno tempore intendit mouere et non alio: aut eſt virtus oibus alijs poſitis parib⁹ ſemper ſimiliter mouetur: tamen q: oportet inter vnū paroxiſmum et alium coleram que debet moueri aliquo modo diſponi ad hoc: vt ſit apta moueri ad putredinem. et iſta virtus limitato gradu velocitatis intendit agere: et agendo gradu illo in coleram remanentem nō eſt colera diſpoſita niſi in tertio die. In flegmate autem eſt alia ꝓprietas ꝑ quam ſit iſta ꝓportio velocior: et accidit hoc mouendo et preparando flegma: qđ ſit preparatum in ſecunda die. et ideo colera mouebitur de tertio in tertium. flegma quotidie. proportionabiliter loquendo de melancolia mouebitur de quarto in quartum. et hoc modo dicem⁹ ꝙ ſit periodicatio propter proprietatem: non ꝙ illa intendat plus vno tempore mouere ꝙ̄ alio. ſed quia intendit certo gradu mouere. ad qđ ſequit ꝙ in colera eſt ꝑfecta preparatio in tertio die: et in flegmate in ſecūda: et in colera nigra in die quarta. Alius modus non videtur quo proprietas actiua ſit cauſa ꝑiodicationis: ſed nullum iſtorū poteſt dici. ergo opinio non poteſt ſtare. Et primo incipiamus a primo modo: probatur ꝙ non ſit poſſibile poni huiuſmodi virtutem actiuam ī humore que moueat et intendat mouere in vno tempore: et nō in alio. Nam dato iſto ſequuntur tria impoſſibilia. Primum ꝙ nō eſt vniuerſaliter verum: ꝙ cauſa quare motor non mouet. eſt: quia non habet ſufficienteꝫ diſpoſitionem ad mouendum: intelligendo ꝑ talem diſpoſitionem ſufficientem totum qđ requiritur ex parte diſpoſitionis agentis et paſſi ⁊ applicationis vnius ad alterum: cōſequens falſum. quia cum iſta ponūtur oportet ꝙ agens aut agat aut incipiat agere. Et eſt contra Auer. viij. phiſicoꝝ ꝯmento. vſ. conſequentia tamen arguitur. q: in die quietis tertiane etiam ſi omnia alia cōcurrant ad motum: tamen quia proprietas non intēdit mouere talis proprietas non mouet: nec incipit mouere: et tamen pro tūc nulla res deficit de requiſitis ad mouendum ſicut nulla deficiet die ſequenti: et cetera erunt paria. ſi igitur in ſecunda die nulla res deficit: nec in agente: nec in patiēte: nec in applicatis: et tamen non mouent ſequit ꝙ mouens nō mouet: et tamen cauſa non mouendi non eſt: quia non habeat ſufficientem diſpoſitionem ad mouendum. ꝙ ſi dicatur ꝙ deficiat intentio ad motum: tunc oportet aſſignare cauſam: q: tunc deficit intentio: et nō deficiet in ſequēti die cum omnia ſint paria nunc et in ſequenti die.

Auerrois.

¶ Secundo ſequitur ꝙ ab agente mere naturali poteſt prouenire motus nou⁹ abſq; cauſa noua. conſequens falſum: et contra ſententiam Ariſto. ⁊ Auer. in eodem cōmento. viij. phiſicorū. Nam ſm Ariſto. ſi motor non mouet nec incipit mouere: et poſt mouebit: tunc cum non mouet eſt in potētia. et quando mouet erit in actu. ſed hoc non poteſt eſſe abſq; cauſa noua. aut in mouente: aut in moto: aut in remotione impedimenti: aut in appropinquatione vnius ad alterum propter que fiat ī actu vbi plus erat in potentia. ergo impoſſibile eſt ꝙ ſit motus nou⁹ poſt quietem abſq; noua cā illius motus. ¶ Sed ꝙ hoc ſequatur ex poſitione patet. quia proprietate manente eadem et alijs diſpoſitionibus ex parte agentis et patientis: et applicatione motoris ad mobile et remotiōe impedimēti proprietas colere mouet in tertia: quia ita appetit et non mouet in ſecunda: quia nō appetit etiam omnibus exiſtentibus paribus. motus igitur in tertia die erit de nouo et nulla cauſa motus erit noua. Qđ ſi dicatur ꝙ apppetit⁹ proprietatis erit cā noua. patet ꝙ hic appetit⁹ cum ꝑus nō eēt eſt oportunū ꝙ ꝓducat. et iđ erit aliq̄ cā appetit⁹: quā oꝫ eē de nouo: ⁊ ꝓduceꝫ ī īfinitū.

Ariſtotelis ſententia.

Ugonis rationes et argumē[ta].

aut dabiẗ aliquid qḋ fit de nouo abſq̧ cā noua.
¶ Tertio ex poſitione ponēte huiuſmodi ꝓprie
tates ſequiẗ ꝙ ſtat agens naturale eſſe in diſpoſi
tione in qua aptum ē mouere: et habeat quicquid
ex parte ſui requiritur ad motum. ⁊ paſſum eſſe in
diſpoſitiōe in qua aptū eſt moueri habens q̇cq̇d
requiritur ad hoc vt moueatur et deductū eſſe ipe
dimentū: et agens ſufficienter eſſe applicitū paſ/
ſo: ⁊ tamē mobile nō moueri: nec incipere moueri.
ponaẗ eñi ꝙ ꝓprietas colere ſit motiua craſti/
na die que eſt in tertia: et nō hodie que eſt in ſcd̄a
tunc coł̄a mouebiẗ cras: et habebit oīa req̇ſita ad
motū: et tamē non mouebiẗ hodie: cū tamē hodie
habeat oīa que habebit cras. quare ſequiẗ cōcł̄o
Auerrois. q̄ repugnat Auerroy cōmēto. viij. octaui phiſ. di/
centi. Cum ergo vtrumq̧ coꝝ fuerit in diſpoſitio/
ne qua hoc mouet: et hoc moueẗ et fuerit ꝓpin/
quū vnū alteri: et nō fuerit illic impediēs neceſſe
eſt vt hoc moueat: et hoc moueatur. ¶ Quarto ex
hac poſitione ſequiẗ ꝙ non oportet ſi aliquid mo
ueẗ qḋ pri⁹ nō mouebaẗ ꝙ auferaẗ cauſa quietis:
vt patet ex dictis. ¶ Quinto ſequitur ꝙ non eſt ve
rum qḋ dicit Cōmētator infra ī eodē ꝯmēto. viij.
ꝙ res naturales que nate ſunt mouere aut moueri
nō mouent et nō moueñẗ: niſi q: diminuta eſt di/
ſpoſitio per quā hoc mouet et hoc moueẗ aut q:
diſtant a ſeinuicē. aut q: eſt illic aliqḋ impedimē
tum. ¶ Ex his tandē manifeſtū eſt ꝙ nō poteſt da
ri ꝓprietas in humore vel in mēbris vel in aliquo
naturali q̄ habeat ꝟtutē mouendi vno tp̄e et non
alio ſi cetera ſint paria. Quapropter ex parte ta/
lis ꝓprietatis actiue nō poteſt ꝓuenire ꝑiodica/
tio. et ꝑ ſimiles rationes ꝓbaẗ ꝙ non poteſt dari
virtus paſſiua que alijs paribus faciat ꝙ humor
ſit mobilis vno tēpore et non in alio. ſicut in ferro
nō poteſt repiri virtus paſſiua inclināſ ipſū ad
obediendū virtuti attractiue magnetis. Et dicit
Ugo in gētilē. Ugo ꝙ ſi bene ꝑſpiciatur mens Gentilis ipſe vo
luit hanc ſniam q̄ hic eſt impugnata. nā dicit ꝙ ſi
colera mouetur in die ſcd̄a vel quarta ipſa nō mo
uetur ſm naturā ſue ꝓpꝑetatis: ſed hoc pōt eſſe
ex alio accidente. q: hec ꝓprietas hoc nō appetit
¶ Poſtea Ugo reprobat alios duos modos reſol
Ugonis ip̄ro/batio. uentes ꝑiodicationeſ in huiuſmodi ꝓprietates.
¶ Primus modus eſt ꝙ ꝓprietas ſiue actiua ſi/
ue paſſiua propter quā colera moueẗ de tertio ī
tertiū eſt virtus que alijs paribus ſemꝑ ſimiliter
moueẗ. ſed ꝓprietas illa ꝓpter quā mouetur co/
lera anteq̄ ipſa colera tranſeat in putredineſ aut
in p̄parādo eam: aut in generando eā aut in reag
gregando eam poſt primū paroxiſmū habet limi
tatam velocitatē quā intēdit. aut in agendo: aut ī
patiendo propter quā accidit ꝙ colera nō eſt pre/
parata niſi in tertio die: et tunc moueẗ ad putre/
dinē. flegma aūt citius propter ſuā ꝓprietateſ
preparatur aliquo trium modorū dictorū merito
ſue ꝓprietatis actiue vel paſſiue hoc intenden/
tis. ideo mouetur ſcd̄a die. et ꝓportionabiliter di
citur de melācolia. ¶ Secūdus modus eſt ꝙ iſte
ꝓprietates acquiruñẗ in his tēporibus in coł̄a
in tēpore medio inter primū et tertiū diem. et non
eſt acquiſita niſi in tertia. et in flegmate eſt acq̇ſi/
ta in ſcd̄a. in melancolia in quarta. ⁊ cū ſunt acq̇ſi
te: tūc mouetur materia ſiue fuerint ꝓprietates
actiue ſiue paſſiue. ¶ Sed hunc ſm modum dicit
eſſe oīno vanū. nam oportet aſſignare cauſam pe
riodice acq̇ſitionis ꝓprietatis: et illa erit cauſa
periodicatiōis de qua nihil habēt ꝑ hunc modū
dicere niſi redeant ad aliquē modū de dictis. Qḋ
autē dicit Gentilis ꝙ ꝓprietas acquiratur in
humore cū certis circunſtantijs. ſ. loci quātitatis
et virtutis corꝑis et nō aliter: ſicut etiā medicine
ſolutiue acq̇runt ꝓprietatē non in quolibet mē
bro nec in qualibet quātitate non ē ꝙ dicat taleſ
ꝓprietatē acquiri et acquiſitā eſſe ſolū quando
incepit humor moueri: nam tūc oporteret ꝙ ipſe
daret cauſam quare in tertia die acq̇riẗ colere et
non flegmati. Sed vult exempli grā. ꝙ in tp̄e pri
mi paroxiſmi tertiane acquiriẗ aut in colera: aut
in mēbris ꝓprietas que nō habet mouere de ſe
ſcd̄a die. ſed in tertia. et hoc prius eſt improbatū.
¶ Preterea ſi moueretur colera ſcd̄a die non eſſet
cōtra inclinationē ꝓprietatis: cū tunc nō eſſet ta
lis ꝓprietas: cuius oppoſitū dicit Gētilis. Pri
mo ergo patet ex dictis ꝙ hec nō eſt mens gentił:
cū dicat hāc ꝓprietatē nō appetere mouere die
ſcd̄a. Hec aūt poſitio dicit ꝙ ſi alia eſſent paria:
ita moueret in ſcd̄a die ſicut in tertia. ¶ Alia vero
poſitio ſupponit falſū ꝙ ꝟtutes naturaliter mo
tiue appetant mouere certa velocitate nō maio/
ri. nam tunc ſine dubio non ſequeretur ꝙ dato va
cuo ſimpliciter poſitū in illo moueretur in nō tē/ Auerrois.
pore. cōtra Ariſto. iiij. phiſicoꝝ. ⁊ Auer. cōmento.
vij. et patet cōſequētia. q: ſi virtus grauis aut le/
uis ſimplicis nō appeteret niſi terminatā veloci
tatem: et nō maiorem: tunc non oportet ꝙ vbi nō
eſt reſiſtentia infinita velocitate moueatur. ¶ Se/
quitur ſcd̄o ꝙ velocitas motus non ſequitur ꝓ/
portionē potentie ad reſiſtentiā ſcd̄m exceſſum. ⁊
ꝙ proportio velocitatis in motibus non eſt ſicut
proportio proportionū. Et ꝙ mouēs manēs ideſ
et reſiſtentia minor non eſt cauſa diuerſitatis ve/
locitatis et tarditatis. et in ſumma doctrina Ari Ariſto.
ſto. de velocitate ⁊ tarditate motus periret. ¶ Ter
tio hoc dato ſequeretur ꝙ ab eadē ꝓprietate il
la colera citius mouebitur ad putredinem que eſt
magis propinqua termino diſpoſitiōis prius po
ſitis cauſis ſufficientibus ad hūc motū. Cum er/
go cōtingat vnam colerā in duplo plus ꝓpin/
quare q̄ aliam ſtabit facilius vnam moueri in du
plo: citius alia ad paroxiſmandū: ⁊ ſic in die ſecū
da: et non in tertia. ¶ Quarto ſequiẗ ꝙ totalis co
lera inuenta in corpore tēpore primi paroxiſmi q̄
nō fuit mota ad putredinem in primo paroxiſmo
moueẗ in ſcd̄o: q: in tota acq̇riẗ hec ꝓprietas q̄
hoc modo p̄parat: vt in tertio die moueaẗ ad pu/
tredinē. ſed hoc eſt falſum: q: tunc nunq̄ tertiana
vel quartana de colera vel melācolia naturali du
raret vltra paroxiſmos duos: niſi ꝓpter noue ma
terie regenerationē cum tota materia reſidua in
ſcd̄o paroxiſmo remoueaẗ. ¶ Forte diciẗ ꝙ nō to/
ta materia reſidua ē vniformis: nec eque vicina il
li diſpoſitioni: cū qua moueẗ ad putredinem: ſed
aliqua magis vicina aliqua minus. ideo illa que
magis parata eſt citius mouebiẗ: vt puta in ſcd̄o
paroxiſmo que vero min⁹ tardius: vt puta in ter/
tio. ¶ Contra ſequitur ꝙ multotiens in talibus
caſibus non remaneret materia poſt primaſ que
mouetur vel pauciſſima: ⁊ ſic ſepe poſt primū pa
roxiſmū nullus ſeq̇retur. et ſepe ſecundus eſſet mi
nor primo cuius oppoſitū notat experientia vſq̧
ad paroxiſmum ſtatus. et conſequentia patet: q:
ſepe materia eſt vniformis. aut ſaltem non tante
diuerſitatis quin poſſit eſſe facta preparatio in
tertio aut quarto paroxiſmo. ¶ Et ſi dicatur di/
uerſitatem eſſe tantam vt non poſſit eſſe facta p̄/
paratio niſi in plurimis paroxiſmis: tunc ſe/
quitur quod ſecundum varietatem diſſormitatis
materie erit

materie erit varietas tẽporis mot⁹. Et ɔñr ꝙ hec
difformitas eſt cauſa periodicationis nõ ꝓprie/
tas per quã ɔtinue fiet mot⁹ ſtãtis alijs deductis.
¶ Uerum quia credo has duas opiniones a ve/
ritate declinare: et vtriuſqꝫ rationes cõtra alterã
militare ſequar opinionẽ infraſcriptã: q̃ vt mihi
videt̃: eſt ṽitati et mentibus auctorũ cõformior.

Preſuppoſita.

**Premitto ergo** ṗmo ꝙ hũori vnicui/
qꝫ immo vnicuiqꝫ mi/
xto ſunt a natura tributa ad ſui tutelam conſerua
tionẽ: ⁊ ad reſiſtendũ cauſis corrũpentibus. natu
ra eñ ſicut dat eſſe: ita dat conſeruantia eſſe. hec
autẽ mixtis attributa ſunt forma ſubſtãtialis cõ/
plexio et proprietas ſpecifica. ¶ Ex quibus infer
tur ꝙ proprietas ſpecifica humoribus attributa
non eſt ordinata ad motũ hũoris extra locum ſuũ
naturalem. neqꝫ ad ipſorum putrefactionez. ſicut
nec cõplexio nec forma ſua. Cui⁹ tamẽ oppoſitũ
Gentilis affirmat: cũ dicat colere ineſſe proprie/
tatẽ qua mouetur ad periodicandum de tertio in
tertiũ. et flegmati proprietatẽ qua mouetur quo/
tidie: et melancolie de quarto in quartũ. ¶ Ex qb⁹
ſequit̃ his humorib⁹ eſſe datas ꝓprietates q̇bus
moueant̃ ad putredinẽ: ⁊ extra locũ ſuũ naturalẽ.
¶ Sequitur ſcḋo. formas ſubſtãtiales eorũ ſimi/
liter ordinari in ſui corruptionẽ: cũ forma ſubſtã/
tialis vtat̃ propetate ſpecifica: et ſimiliter ɔple/
xione tãq̃ inſtrumẽtis. Si ergo inſtrumẽta q̇bus
forma vtitur tendãt in humorũ corruptionẽ vide
tur multo magis formã ſubſtãtialem eorũ tende/
re in ipſorum corruptionẽ: cũ inſtrumẽta illa agãt
a forma directa. hoc autem eſt oĩno abſurdum.
¶ Et hoc premiſſo ſequit̃ ꝙ ꝓprietates ſpecifice:
ſicut et ɔplexiones ſunt reſiſtẽtes ꝑiodicationib⁹
humorũ: cum nõ poſſint ꝑiodicare niſi moueant̃
ad putredinẽ et extra locũ ſuũ naturalẽ: quorum
vtrũqꝫ prohibet forma ſubſtãtialis cũ inſtrumen
tis ſuis intẽdens hũorũ cõſeruationez. ¶ Premit
to ſcḋo. ꝙ velocitas motus et actionis inſequitur
proportionẽ agentis ad paſſum. vij. phiſicoꝝ. cõ/
mento. xxxiij. vbi inquit Cõmẽ. Uelocitas ꝓpria
vnicuiqꝫ motui ſequit̃ exceſſũ potẽtie motoris ſu/
per potentiã moti. Nam ꝓportiones velocitatũ
in motibus ſunt ſicut ꝓportiones ꝓportionũ po
tentiarũ ad ſuas reſiſtẽtias. et cõmento. lvj. inq̃t.
Uelocitas motus quã habet totũ motũ ad totuz
motorẽ eſt ſm exceſſum ꝓportionis potẽtie moto
ris ſup potẽtiã moti. Ex quo ſeq̃tur ꝙ ſtãte ꝑitate
ex parte agentis ille humor citius mouebitur ad
periodicandũ: cuius reſiſtentia eſt minor. Cũ er/
go ex quotidiana experientia manifeſtuz ſit: et de
intẽtione auctoꝝ ſuperius oſtẽſum fuit ſanguinẽ
facere febrem ɔtinuã. fl'a quotidianã. colerã ter/
tianã. melancoliã quartanã. ſequit̃ ꝙ ſtante ꝑita
te ex parte cauſaꝝ mouentiũ ad putredinẽ: ⁊ alio
rum paritate ſuppoſita ſanguis cũ ſua forma cõ
plexione et ꝓprietate minus reſiſtet ceteris hũo/
ribus cauſis putrefaciẽtibus. deinde fl'a. deinde
col'a. deinde melancolia: ⁊ ɔñr hi hũores ſm hũc
ordinẽ reſiſtũt fortius vnus altero cauſis mouẽti
bus ipſos ad periodicandũ. ꝓpter qḋ accidit ſm
varias ꝓportiones cauſarũ mouentiũ ad horum
humorũ reſiſtentiã: vt ſm plurimũ ſanguis faciat
cõtinuã. flegma quotidianã. colera tertianã. me/
lancolia quartanã. ¶ Dico notãter ſm plurimũ.
non eñ eſt impoſſibile: imo quandoqꝫ accidit ꝓ/
pter varias diſpoſitiones mẽbrorũ et humorum
hos humores: et quẽlibet eorũ poſſe quacũqꝫ pe/
riodo periodicare. Latitudo eñ virtutis mẽbroꝝ
eſt valde magna cum poſſit remitti ad nõ gradũ.
¶ Similiter latitudo quãtitatis humoꝝ poſſit re
mitti ad nõ quãtũ. Et certũ eſt ꝙ debilitas eſt cã
prepoſitiõis paroxiſmorum periodoꝝ. ṗma. iiij.
tractatu ſcḋo de differẽtijs febriũ. Similiter mul
titudo humorũ accelerat periodicationem pauci
tas retardat. ꝓpter qḋ accidit colerã multã quo/
tidie ꝓducere paroxiſmos omnino conſimiles vt
nõ poſſit affirmari duplicẽ eſſe tertianã. ſicut ali/
quando ꝓpter multitudinẽ et ꝓpinquitatẽ ad cor
facit cauſonẽ. Et ecõtra ꝓpter paucitatẽ cũ groſ
ſitie de quarto in quartũ. et melancoliã aliquãdo
facere quintanã et ſextanã. Et ſanguinem febres
periodicas: ſcḋm varias diſpoſitiões mẽbrorum
mittentium et recipientium: ⁊ ſic non ſolum acce
lerari aut retardare paroxiſmos colericos intra
latitudinem tertie diei. Et ſimiliter de ceteris cau
ſis tam mouẽtibus q̃ reſiſtẽtibus in colera ⁊ vno
quoqꝫ humoꝝ poſſet exemplificari. Attamẽ vt di
ctum fuit ſm plurimũ: ita eſt ꝙ ſcḋm varias diſpo
ſitiones et ꝓportiones cauſarũ mouentiũ ad hu/
mores reſiſtentes ſcḋm ſuas formas complexio/
**Dubitatur** circa predicta. qr p̄ter ſupra ſcriptas ſunt alie cauſe rigo ris: vt puta rigoris ſequētis ſubitā eradicationē materiaruʒ ſiue fiat ab arte: ſiue a natura de quo loq̄tur Aui. 2ª hui⁹ ī ca. de narratione ſignorū bo norū. ⁊ ponit ibi īter ſigna bona. ⁊ hic rigor ſequi tur infrigidationē fctām ab aere ingrediente po ros cutis q̄ occurrēs mēbris ſenſitiuis ſub cute et exñs eis frigidior eſt cā cur rigeāt etiā t̄pe eſtatis. Et ſi ſequat̄ hanc cām reducit̄ ad q̄ntā cām ſupra ſcriptā. Nā ſub cibo de quo ibi loq̄tur cōp̄hendit̄ aer: ⁊ reliq̄ue res nō naturales q̄ p̄nt eſſe in cā. Al̄r poſſet dici ꝙ roride ꝑtes et flegma ſub cute infri gidant ꝑtes illas ꝑꝑ depaupationē ſpūs ſequētē eūationē. ⁊ aliqñ immediate poſt mictum accidit rigor aere frigido ſubingrediente per poros ⁊ fo ramen vrine ad veſicam.

¶ Horripilatio vero fit a cauſis paucioribus cauſis rigoris.

¶ In hac ꝑte ſupius diuiſa ponit cauſas horripi lationis dicens: ꝙ horripilatio fit a paucioribus. ſ. debilioribus cauſis rigoris. ⁊ h̄ pōt eſſe manife ſtū ex ſepe dictis. Nā hūor paucus parū acut⁹ tar de motus poterit cauſare horripilationē: q̄ ſi au geatur in quātitate: aut acuitate: aut velocius mo ueat̄ ad mēbra ſenſibilia erit cā rigoris. Pōt etiā intelligi ꝙ horripilatio fit a paucioribus cauſis numero: vt puta: ſi ad rigorē requirūtur tres dicte cauſe: due ex ipſis ſufficient ad horripilationem.

**Nota ergo** circa p̄dicta ꝙ pigritia eſt le uior īter oēs illas. maior ea eſt fractio. i. laſſitudo vlceroſa: vel extēſiua. deīde frigus: deinde horripilatio: deīde rigor. Vltio de intentiōe Ga. in li. de rigo. ⁊ eſt tremor ſequēs de bilitatē ꝑꝑ fortē ꝯcuſſionē. ¶ Nota 2° ꝙ lʒ ſint po ſite hoc ordine: nō tñ neceſſario q̄libet de priorib⁹ eſt leuior aliq̄ de poſterioribus. Qñq̄ eñ ꝯtingit frig⁹ eſſe fortius: ⁊ a fortiorib⁹ cauſis contingere aliquo certo rigore. ſil̄r fractionē aliqua certa hor ripilatiōe: nec itelligas ꝙ ſemꝑ ſit manifeſta gra datio de leuioribus ad maiorē: cū qñq̄ ꝑꝑ fortitu dinē cauſe velociter occurrentis nō ꝑcipiatur ab egro prioritas aut poſterioritas in iſtis. Sʒ bene dico ꝙ ſi oēs iſte diſpoſitiones deberēt cōtingere ab eiſdeʒ cāis paulatim ⁊ ſucceſſiue actis ꝑcipe tur manifeſtus tranſit⁹ de minorib⁹ ad maiores.

¶ Et cōmotio aīe periodi indicat ꝑiodū. Sex canones de virtute imaginatiua.

¶ In ꝑte iſta Aui. ponit quoſdā canones. ⁊ poſſet diuidi ī ſex ꝑtes ſ̄m ꝙ ſunt ſex canones. Prim⁹ ca non ē iſte. cōmotio aīe ꝑiodi. i. imaginatiōis ꝑio di idicat periodū de primo ſecuturū: qr imagina tio caſus facit caſum. Et ꝓprie apud Auic. q̄ vo luit imaginationes nō ſolū ꝓpriū corp⁹ ſed etiā alienū imutare: et ſ̄m hunc intellectū eſt hic text⁹ cōiter allegat⁹. ꝓpterea p̄cipiūt febrientes debe re diuerti a cogitatiōe ꝑxiſmi. ¶ Et nota ꝙ ima ginatio ꝑiodi indicat ꝑiodum tā per viā cauſe: vt dictū eſt q̄ꝑ viā ſigni: eo ꝙ hūores cōmoti aduen tante ꝑxiſmo mittūt vapores ad cerebrū: ⁊ cau ſant hmōi imaginationes in cerebro ꝓpter obe dientiam

dientiam virtutis inter ſe.Nā hoc modo cū aliqñ ſperma cōmouet̄ i ſomnis eſt cā cur fiat imagina tio mulieris.cū qua imaginatur coire.Alius ſen/ ſus ꝙ cōmotio aīe periodi.i.ſequens cauſas pe/ riodi indicat periodū:ꝛ tunc dicimus ꝙ cōmotio aīe.i.oris ſtomachi.naꝫ aīa ꝓ ore ſtomachi aliqñ accipit̄:ſicut inferius in.c.de quartana. cōmouet̄ nanqꝫ ſtomachus frequenter in principijs paro/ xiſmorum:ꝛ exacerbationum ꝓpter deriuationes materierū ad os ſtomachi colericarū in febribus colericis:flegmaticarū in flegmaticis:melancoli carum in quartanis ꝓpter viam que eſt a ſplene ad os ſtomachi:ꝛ ſic per has fiet iclinatio ad vo/ mitum:aut fortis dolor in ſtomacho incipit fieri. Tertius ſenſus.cōmotio aīe.i.permutatio opera tionum aīalium:vt qꝛ multū dormit male libēter loquitur et difficilis ad motū. aut forte iraſcitur aut triſtatur.iſta quidem ſequūtur cauſas perio/ di.i.motus hūorū ꝛ vaporū peruenientiū ad cere brum:ꝛ ad cor:ꝛ ad reliqua mēbra que ſunt cauſa mutationū hmōi.Propterea.cū videm⁹ has mu/ tationes in egro fieri ſm tres ſenſus ſupraſcri/ ptos iudicamus periodum de ꝓximo ſecuturū:et hoc eſt bonū ſignuꝫ:ꝛ notandū in febribus maxīe cōtinuis:in qb⁹ latēt aliqñ initia exacerbationū.

ſia aliquādo ro ore ſtoma/ ci accipitur.

¶Et ſenū quidē febres ſunt ſepulte.

¶Hic ponit ſcōm canonē di.ꝙ feb.ſenum ſunt ſe/ pulte:ꝛ per febrem ſepultā intellige feb.multū le dentem interiora:cuius tñ calor eſt mitis exterius Et nō intelligit hic per fe.ſepultā febrē remiſſam iuxta intentionē afforiſmi prime pticule.ꝓpter h̄ eīn ſenibus feb.nō fiunt ſimplr̄ acute. frigida eīn corpora habēt:ſed intelligit vt iā dixi feb.forte et valde ledentē interius:lꝫ exterius quo ad tactū le ues appareant.Qđ intelligit̄ nō ſolū in pricipijs paroxiſmorū:aut exacerbationū:ſed etiā in reli/ quis tpibus.harū cauſe ſunt humores groſſi:ꝛ ꝓ ꝓprie ingroſſati per aduſtionē:q̄ ꝓpter multitudi/ nē caliditatis cū putrent:que eſt in ſubiecto deſo multū ledūt ptes vicinas.vapores tñ eorū groſſi nō poſſunt exterius expandi.ad qđ etiā cōcurrit virtutis impoᵃ maior in ſenibus ꝙ̄ in iuuenibus aut pueris.ꝛ he ſunt male ſm plurimū ſignificā/ tes humorē multū ledentē:nec virtuti facile obe/ dientē et cū hoc ipſius v̄tutis impotentiā.Et he feb.lꝫ poſſint accidere in alijs etatibus:tñ illud rarius euenit cū nō adſit in eis tanta virtutis im potentia:nec humores ita groſſi tardi. Exēplum aūt harū feb.eſt ferrū ignitū nondū candens:qđ ſubito ledit multū tangentē:ꝛ tñ nō calefacit mul tum ad diſtantiam.Oppoſituꝫ eſt in flamma que non multum ita immediate calefacit tangentem que tamē ad maiorem calefacit diſtantiam.

De febre ſepul a que accidit ſenibus.

¶Et quandoqꝫ eſt cauſa in lōgitudine fe bris groſſitudo in viſceribus:quare reſupi netur febriēs et extendat pedes ſuos ꝛ tan gantur viſcera ſua.

¶Hic eſt tertius canon.in quo d̄r ꝙ qñqꝫ cauſa in longitudine feb.eſt groſſitudo in viſcerib⁹.Et ex iſto infert egrū debere reſupinari et extēdere cru/ ra ꝛ tangere viſcera ad pcipiendū in qua parte eſt groſſitudo.¶Pro cuius canonis declaratiōe no/ ta ꝙ per groſſitudinē in viſceribus intelligit aut apa alicuius membri intrinſeci ſicut epis ſplenis ſtomachi inteſtinorū veſice matricis meſenterij.ꝛ nō ſolū intellige apa.ſed etiā groſſitiem nō apo/ ſam ſiue ſit opilatio:ſiue ſit humor alicuius mem bri intrinſeci:in:cuius poris ſint humores colle/ cti:nō tamen ſoluentes continuum.cā canonis eſt. qꝛ per hmōi groſſitiē debilitata digeſtiua ꝛ expul ſiua horum mēbrorū multiplicant̄ ſuperfluitates que ſuggerunt materiā febri.et cū hoc ſuis malis vaporibus ledunt cor ꝛ reliqua mēbra. ¶Sed no ta ꝙ aliqñ groſſitudo iſta tactui occurrēs nō eſt in viſceribus:ſed eſt in ſiphach ꝛ mirach ventris.et cōprehendit̄.qꝛ leui cōprehenſiōe occurrit tactui nec adſunt nocumenta tanta quanta ſolent eue/ nire ꝓpter groſſitiem mēbrorū intrinſecorū nobi lium.¶Nota tertio.ꝙ licet crura egri reſupini de beant eſſe aliqualiter extenſa:non tñ oīno.ſic eīn nimium tenderet cutis ꝛ tactus viſcerū ipediret̄.

¶Et quando denigrat̄ lígua febriētis cū alleuiatiōe febris tunc feb.eius eſt ſepulta.

¶Hic ponit quartū caſum dicēs.ꝙ qñ denigrat̄ lingua ꝛ febris eſt leuis exterius tunc febris eſt ſe pulta.ſignificatur eīn per nigredinem lingue for titudinē feb.in interioribus et pūitatem ei⁹ in ex/ terioib⁹ q̄ iuxta dicta ſupius eſt feb.ſepulta.

Sed contra ſi lingua multū diſtans a minera putredinis multū patitur.qꝛ multū denigratur et areſcit ꝓpter hūo res ꝛ vapores putridos ſibi cōicatos:etiam de be rēt exteriora multū caleſieri:ſimiliter vaporibus notabiliter cōicatis.¶Rn̄detur ꝙ nō ſunt cetera paria:lꝫ ſit equalis ſubſtantia.nā vie peruenien/ tes ad linguaꝫ ab interioribus ſunt valde ample et multe ſicut canna pulmonis ꝛ arterie per quas a ſpūalibus ad linguā poſſunt facile tranſire hu/ mores ꝛ vapores.ꝛ ſimiliter meri ꝛ vene per collū aſcendentes per quas a mēbris naturalibus lin/ gue poſſunt facile vapores cōicari. ¶Et nota hic ꝙ magis mirabile videtur ꝙ quāuis pulſus nō ſit multum in his febribus a differentijs naturali/ bus permutat⁹:tamē ſm plurimū ſunt mortales. parua eīn ſit pulſus pmutatio.qꝛ cor parum cale ſit et leditur in cōparatione ad reliqua mēbra in/ trinſeca natura exiſtente magis ſolicita de eo ꝙ̄ de reliquis.Tandē tamen virtute debilitata pro/ pter longitudinē feb. ſequentis materie groſſitiē et inobedientiā opus eſt egruꝫ ſuccūbere.aut for te cauſa eſt.qꝛ materia huius feb.magis ledit cor malitia occulta ꝙ̄ manifeſta.

¶Et quandoqꝫ aſſociatur febri paraliſis: ergo curetur febris in primis:et de illiſque conueniunt eis eſt ſirupus acetoſus per/ mixtus cum geleniabim et aqua ciceris cū oleo ſit tolerat febris.

¶Hic eſt quintus canon in quo dicit ꝙ quandoqꝫ aſſociatur febri paraliſis:ꝛ tunc oportet ꝙ cura fe. ſit dignior in quo caſu cōuenit ſyrupus acetoſus permixtus eum geleniabim ideſt melle roſato. et conuenit etiam via cibi aqua ciceris cum oleo cōi ¶Nota primo ꝙ per paliſim intelligimus molli/ ficationem nō vniuerſalem:qꝛ hec eſt feb. pericu/ loſior non dans inducias niſi paruas. ſed intel/ ligimus mollificationem vnius medietatis:aut vnius membri particularis.et per febrem intelli/ git febrem fortem:ſicut cauſonem ſinocham ter/ tianam continuam:ꝛ ſimiles que ſunt periculoſe. nam de febribus leuibus nō intelligit:immo iſte pro cura paraliſis ꝓuocant̄ cū exhibitione confe ctionis anacardine.¶Nota ſcđo ꝙ lꝫ pncipalis intentio ſit ad febres:nō tamen negligēda eſt pa/ raliſis.ꝓpterea pro digeſtiuo dat ſyrupum ace/ toſum conuenientem in febre:ꝛ ſecum permiſcet

gelenia bim cōueniens in paraliſi. ſimiliter exhibet aquam cicerū cōuenientem in pluribus febribus ⁊ iuuantem in paraliſi. addit aūt oleū pro cōdimento. Eſt enim mos arabum. immo etiā hyſpanorum tēpore noſtro oīa vſq ad carnes cōdire cum oleo. Dixit aūt Auicē. ſi tolerat feb. qꝛ poſſet eſſe tanta feb. vehementia ꝙ mel roſatum noceret: loco cuius eſſet exhibendum iuleb roſ. ⁊ zuccarum optimum. et nō eſſet exhibendum ius cicerū cū oleo: ſed ptiſana ordeacea: aut aliqđ ſimile.

Nota. ¶ Et raſio capitis eſt ex eis que īſpiſſant cutem eius. quare reuertuntur vapores et fit febris fortis.

¶ Hic eſt vltimus canon in quo dicit ꝙ nō fiat raſio capitis et tu intellige etiam de raſione barbe et eſt de illis que inſpiſſant cutim capitis ⁊ barbe et opilant: quare retinentur vapores cōſueti per illas regiones tranſpirare: ita vt redeat fe. fortis nam magnificatur aut fit recidiua. ¶ Huius aūt cauſa eſt: qꝛ in raſione fit pilorum cōtractio ⁊ dolor quidam per quē humores fluunt ad poros et opilant ad qđ adiuuat maior infrigidatio aeris pilis remotis. Ex quo canone nobis cōſulitur vt nō facile egris cōcedamus abraſionē capitis aut barbe niſi forte propter magnam neceſſitatem. Quandoq enī opꝫ radere caput in febre: vt applicentur medicine capiti neceſſarie ꝓ ſedatione doloris: aut ꝓhibitione aduentus apoſtematis ⁊ ſimilium. ſed nō cōcedamus hmōi raſionē vt cōplaceamus eis dū conquerūtur a pilis noceri ⁊ faſtidiri. ſed cum forpice poſſumus concedere hmōi amotionem pilorū. ¶ Ultimo nota ꝙ ſi oporteat concedere elaborandum eſt ad tranſpirationem vaporum ne febris redeat aut fortificetur vaporādo partem faciei cū panno calido. et prohibēdo ne ſe cōmutet ad aerem frigidum.

¶ Intentio ad curationes vl'es fe. pu. Cap. vij.

Scias ꝙ intentio in medicando has febres quandoq vertitur ad partem febris: quare eſt neceſſariū vt infrigident et humectent. quādoq ad partē materiei vbi neceſſe eſt vt maturetur vel digeratur: aut neceſſe eſt vt euacuetur.

¶ Poſtꝗ Auicen. in parte precedenti poſuit cauſas et diuerſitates febrium putridarū: ⁊ ſigna earum in generali. necnō ſigna quorundā accñtium que frequenter añcedunt febres ⁊ ꝓprie interpolatas. In parte preſenti ponit curationes vniuerſales feb. putri. ¶ Habet hec pars quatuor ptes. In prima parte que eſt primū capl'm ponit duas intentiones generales ꝓ curatione vniuerſali fe. putri. necnō canonē: ⁊ inſtrumenta quibus he intentiōes perficiūtur. In ſecūda parte docet cibare febricitantes hmōi febribus putridis. In tertia parte ponit curatiōes feb. acutarum. In quarta parte curat accidentia quedā ꝗ frequenter febribus: ⁊ proprie acutis cōplicantur. ſecūda pars incipit ibi. (Scias ꝙ cōuenientiores cibi.) in pncipio capl'i immediate ſequentis. tertia ibi. (Nō dictum eſt de regimine.) in principio quarti cap. ſequētis. quarta ibi. (Loquimur itaq.) in principio quinti ca. Primum autem capitulum in quo ſicut dicit in rubrica Auic. ponit intentiones ad curationes feb. putri. diuiditur in quinq partes. In prima ponit duas intentiones generales pro cura harum feb. Poſtea notificando ⁊ comparando eas adinuicem. ſcđo ponit ea cū quibus cōplētur dicte intentiones ponendo in vſu eorum canones. In tertia parte ponit canones obſeruandos pro cura quorūdam accidentium que aliquando febribus complicātur. In quarta parte deſcribit quedam ſolutiua. In quinta parte pro cōplemento doctrine ſubdit quoſdam canones. ſecūda ibi. (Et cū tu infrigidas.) tertia ibi. (Et ſcias ꝙ quādoq aggregantur.) quarta ibi. (De ſolutiuis.) quinta ibi fere in fine capi. (Et febricitans quidem.) Prima in tres. nam primo ponit intentiones predictas. ſecūdo alteram ipſarum declarat. tertio cōparat eas quo ad vſuꝫ noſtrū. ſecūda ibi (Et digeſtio.) tertia ibi. (Et quandoq ſunt contraria.) ¶ In prima pte dicit ꝙ tu debes ſcire ꝙ intentio in medicando feb. putri. quandoq vertitur ad partem feb. ⁊ ratione huius oportet ꝙ infrigidet et humectet. quandoq ad partem materiei. ⁊ ratione huius oportet ꝙ ipſa materia maturetur aut digeratur. aut oportet ꝙ euacuetur.

Notandum primo ꝙ licꝫ in rubrica ſit mentio ſolum de feb. ꝓputridis. tamen Aui. ponit hic regulas cōmunes ꝓ curatione oīum feb. humoralium. ¶ Notandū ſecūdo ꝙ medicatio accipitur dupliciter. vno modo pro remotione morbi: ⁊ taliter nō ſumitur hic ſecundo mō ꝓ operatione per quam tandē morbus remouetur: ⁊ tal'r accipiẗ hic. ¶ Notandū tertio ꝙ ſtatim ſicut feb. cōprehenditur hūoralis. cōprehēduntur due res preter naturā abijciende. ſ. febris et hūor faciens febrē. ꝓpter qđ in oī tali feb. recte curanda occurrūt due intentiones. vna ad febreꝫ remouendā ⁊ eſt infrigidatio ⁊ humectatio. Altera cōtra hūorem ⁊ eſt digeſtio vel maturatio: per quas humor eſt ad benignū reducendus aut eūoni preparandus. ⁊ ratione reductionis ad benignum dr̄ digeſtio. ſed ratione preparationis ad euacuationeꝫ dr̄ maturatio. ꝓpter qđ in textu addit tertium ſub diſiunctione. aut neceſſe eſt vt euacuetur qꝛ non debeẗ euacuatio niſi illis que non poſſunt ad benignum reduci. ideo intētio que eſt ad humorem tripartitur in digeſtionē maturationem ⁊ eūationem. ¶ Notandum quarto ꝙ iſtarū intentionū: quarum vna vertitur ad febrem: altera ad humorē. quādoq vna eſt fortior altera. i. ꝙ ſi omittatur maius imminet periculū ⁊ medicus magis ſe cōuertet ad illam alia nō neglecta. propterea vt dicet quandoq magis ſe vertit contra febrem. quandoq magis cōtra humorem. ⁊ quādoq ſunt eque fortes. ⁊ tunc equaliter cōtra ambas ſe conuertit. de hac tamē Auic. nō facit mentionem dans ipſam per alias intelligere. ¶ Notandum ergo ꝓ cura febriuꝫ putridarū nō potuit Auic. ponere intentiones magis gn̄ales iſtis per quas medicus dirigereẗ in verā curam ipſarum: cum ſumātur a febris eſſentia et a modo eſſendi ipſaruꝫ. pendēt enī febres putride immediate ab humoribus putrentibꝫ: ſed mediate ab hūoribꝫ nō putrentibus opilationibus ⁊ ſilibus. Sed cuꝫ febris ſit formaliter calor et effectiuē ſiccitas ſibi debeẗ infrigidatio ⁊ humectatio. Sed ratiōe cauſe ſibi debetur digeſtio maturatio aut euacuatio. Omiſit auteꝫ Auicen. intentionem ad virtutem: qm̄ ſupponit ipſam eſſe notam ex canonibus generalibus. quarta primi capitulo primo.

Hic penes Gentilem ⁊ reliquos cadūt tria dubia. Primum vtrū ſit prior intentio ad cauſam ꝗ ad febreꝫ aut ecōtra. Et videẗ ꝙ prior ſit intententio ad cām ex intētiōe

Regule cōmunes febriū humoralium.

Medicatio

Digeſtio

Maturatio

Dubia tria notatu digna.

Gal.tertio tegni. Oportet prius cām abſcindere deinde venire ad eaȝ que facta eſt diſcraſiam. Idē dicit.6.terapentice.caplo.8.ꝛ.7.terapentice.ca.13. ¶ Et cōfirmatur.q: illi prius eſt intendendum ſine cuius remotione reliquū remoueri nō pōt.ſȝ ſine remotiōe cāe feb. nō pōt fe. remoueri:ḡre ꝛc.

**In oppoſitum** eſt Auic.in hoc capi. parum diſtante a pn cipio illi parato. Et ſcias ꝙ febris quandoqȝ eſt tante vehementie. Item Gale.8. terapentice.ca° vltimo vbi dicit.qꝺ indicatio a febre obumbrat omnes alias. ¶ Et.confirmatur ratione.q: prior intentio medici eſt ad id quod magis infeſtat et eſt magis preter naturam.talis autem eſt febris et non humor qui eſt cauſa febris. ¶ Pro notitia tituli huius dubij premittendum primo. qꝺ aliquid eſſe prius poteſt intelligi dupliciter vno modo prius in intentione.i.primum quod medicus intendit.et hoc modo certum eſt quod prior intentio eſt ad febrem.nam gratia curationis eius intendimus reliqua.nam primum in intentione eſt finis operis .et finis eſt prius et principalius intentus his que ſunt ad finem. Alio modo aliquid dicitur prius executione.ſcȝ a quo prius operando incipere debemus:ꝛ de priori hoc modo ſumptum eſt preſens dubium.

Galenus.

Cura febr. duplex regularis et coacta.

**Pro cuius** deciſione premittēdum ꝙ cura feb.eſt duplex.regularis et coacta. Regularis eſt aliqua cura dupliciter.vno modo.q: accepta a modo eēndi feb.ideſt ꝙ ſicut ſe hȝ febris ad eſſe:ita ſe habet ad curari.ſcꝺo modo dicitur cura regularis:q: ſine nocumento notabili.ꝛ hec a Gal.ij.terapentice vocaẗ ſine fallacia ¶ Similiter cura coacta dicit̃ dupliciter.vno modo vt opponit̃ cure regulari.primo mō ſumpte.et eſt que alio modo oppoſitionis opponitur febri q̄ ſit eius modus eſſendi a cauſis ſuis. ſecundo modo ꝺr cura coacta que opponitur ſcꝺo modo cure regularis:ꝛ eſt cura facta cum notabili nocumento:ſȝ magis ſit iuuatiuū nocumēto. ¶ Hac diſtinctione premiſſa ſit hec prima cōcluſio. Cura regulari primo mō ſumpta prior eſt intentio ad cām q̄ ad feb. ꝓbat̃:q: ſm hunc modū ſicut ſe hȝ febris ad eſſe:ita ſe hȝ ad curari.ſed feb. hȝ eſſe a cā ſua.ergo prior eſt intentio ad cauſam .modus em̄ deſtruendi febreȝ ꝺȝ eſſe proportiōalis modo producendi ipſam:ꝛ ſm hunc modū prior erit intentio ad cauſam antecedentem q̄ ad cōiunctam et hec eſt intentio Gal.14°.terapentice in principio ꝙ in febribus que habent cām antecedentem prima intētio eſt cauſa.ꝛ ſecūdo terapētice.quarto caplo.nō ceſſat febris niſi ceſſet putredo. ¶ Secūda ꝯcluſio.cura regulari ſcꝺo mō ſumpta eque prima intentio eſt febri ꝛ cauſe ſm plurimū. ꝓbatur.q: ſm plurimū nō poſſet fieri cura ſine nocumento notabili:niſi illa cura cōferret vtriqȝ. Sed illa conferente vtriqȝ eſt eque prio a cura vtriuſqȝ incboandum.ergo ꝛc. Dixit aūt ſm plurimuȝ:q: poſſibile eſt ꝙ fiat cura regularis .ſcȝ abſqȝ notabili nocumēto:que tamen nō debetur eque primo febri ꝛ cauſe. Nam poſſibile eſt ꝙ feb. ſit valde vehemens.ꝛ cauſa eius ſit colera citrina non multū groſſa:cuius tamen nocumentum per ingroſſationem factaȝ a potu aque frigide non.ſit notabile. tunc manifeſtum eſt in hoc caſu hunc potuȝ aque frigide prius deberi febri q̄ cāe:ſcȝ colere citrine. ¶ Tertia cōcluſio. cura coacta primo mō prior intentio eſt ad febrem q̄. ad cām. ꝓbatur. q: aliq̄n febris eſt tante vehementie ſicut cauſon:ꝙ addi tione aliqua facta in feb.eger ſuccumbet. Et certum eſt ꝙ in hoc caſu dimiſſa cauſa oportet attēdere ad febrem infrigidando vltima infrigidatione. Et hec cura vt manifeſtum eſt ſumitur a modo contrario modo eſſendi febris. ¶ Quarta concluſio cura coacta ſecundo modo quandoqȝ prior intentio eſt ad cauſam quandoqȝ ad febrem. probatur.nam quandoqȝ opponuntur intentio ad cauſam ꝛ intentio ad febrem:vt ſtatim dicet Auicen. quia id quod confert vni nocet alteri.prior ergo intentio erit ad illud cuius cura poteſt perfici cū maiori iuuamento et minori nocumento. ¶ Sed iam ſupereſt vt reſpondeamus ad rōnes in contrarium. ¶ Ad primas tres auctoritates Gale.ꝺr illas habere locum in cura regulari primo modo ſumpta. ¶ Ad rōnem negatur maior.nam febris aliquando eſt tante vehementie quod nō licet vti regimine cauſe:vt ſtatim dicet Auicen. verum ſicut ipſe dicet ibidem ſedata febre:et confortata virtute oportet poſtea redire ad cauſam .febris enim non poteſt perfecte ſanari niſi remota cauſa ¶ Sed ad poſitiones in oppoſitum reſpondetur primo ad auctoritates qꝺ verū dicūt.ſ.priorē eſſe aliquādo intentionē ad febrem q̄ ad cauſam:ſed nō ſemper. ¶ Ad rationem neget̃ maior ſi vniuerſaliter accipiatur.immo aliquando minus ledenti opȝ prius et potius intendere q̄ magis ledēti qm̄ minus ledēs eſt cā magis ledentis ſine cuius remotione magis ledens remoueri non poteſt.

**Dubitatur** ſcꝺo an digeſtio debeat̃ cauſe antecedenti an coniuncte. Et arguitur ꝙ cauſe coniūcte per Auicen. inferiꝰ dicentem quod ſedimen laudabile nihil aliud eſt q̄ humor faciens egritudinem:ſed humor faciēs egritudinem eſt cauſa coniuncta egritudinis. ¶ Secundo.digeſtio debetur humori putrido:ſed humor putridus eſt cauſa coniūcta. ergo ꝛc.tenet ꝯña.et aſſumptū eſt Gal.tertio tegni.dicentis:ꝙ digō facit ceſſare putredinē manente ſubſtātia.

Dubiuȝ ſingulare.

**In oppoſitum** arguitur. quia humor putridus ē qui per putredinem aduritur.ideſt incinerat̃ humido exhalante.Sed huic non debetur digeſtio:q: non poteſt ad benignum reduci.nec oportet vt preparetur ad euacuationem:cum cōtinue finiatur humidis partibus euaporantibus:ꝛ cineritio remanente.ꝛ hanc ſniam voluit Gale. primo regiminis acutorum.ſuper illo verbo. Ptiſana ordeacea.

**Pro cuius** dubij deciſione tenenduȝ eſt ꝙ tā cauſe ān̄ti q̄ cauſe cōiūcte debet̃ digō:ſȝ q̄nqȝ ſoli cauſe ān̄cedēti:ſicut in feb. interpolatis hn̄tibus materiā ꝓ pluribꝰ poxi ſmis:ſicut cōiter accidit. Aliq̄n ſoli cāe cōiucte debet̃ digō:ſicut in feb.tā iterpolatis q̄ cōtinuis q̄ nō hn̄t niſi cām cōiūctā. Aliq̄n vtriqȝ debet̃ digō:ſicut in feb.cōtinuis q̄ habēt cām cōiunctā et ān̄tem ad intra venas.4° aliq̄n in febribꝰ nec cāe ān̄ti nec cōiuncte debet̃ digeſtio. ¶ Primᵐ declaratur.nā in fe.interpolatis.exēpli grā.tertiana habēte materiā ꝓ pluribꝰ poxiſmis debet̃ digō cāe ān̄ti:vt ipſa vel ad benignū reducat̃:vel euōni preparetur faciēde:vel a natura:vel ab arte. Cāe aūt eiꝰ cōiuncte putrēti ad ex̄ venas ꝛ actu faciēti poxiſmi nō debet̃ digō ad intentionem medicorum: cum neqȝ poſſit ad benignuȝ reduci.neqȝ oportet ipſam euātioni preparari:cum in puo tempore finiat̃ ꝛ ꝑ poros cutis ſenſibilr̃ ſub forª ſudoris aut inſenſibilr̃ trāſpirādo euacuet̃. Et ſi qua digeſtio huic debetur nō eſſet, niſi ſubtiliatio quedam fa

Opinio auctoris.

cta per fricationem: aut ſimilia: vt cito euacuetur. ſed de hac non eſt ſermo impreſentiarū apud medicos. ❡Secundum autem ſcilicet quod ſoli cauſe cōiuncte debeatur digeſtio oſtenditur in febribus nō habentibus niſi cauſam coniunctā: ſicut in cōtinuis in quibus incipit tota materia putrere a principio. ita vt non remaneat cauſa antecedens in cōiunctā tráſitura. In his eñ febrib⁹ ſi hũoꝛ ille q̇ actu facit febrē nōi ſit digeſtus: ꝛ nō ſit paruo tp̄e finiendus debet digeſtio vt vel ad benignū reducat̃ ſi nōdū ſit multū infectus aut eũoni pparet̃. ❡Tertiū aūt. ſ. ꝙ vtriqꝫ d̄beat̃ digeſtio manifeſtū eſt in cōtinuis ſiue ſint cōtinue ꝓpoꝛtionabiles. ſiue ↄcluſe q̄ habēt materiā nō ſolū actu putrentē: ſed de ꝓxio putrefiendā. ❡Quartū aūt. ſ. ꝙ neutri debeat̃ digō oñditur in febꝛibus interpolatis vnius ꝑoxiſmi. ꝛ in febꝛibus interpolatis plurium paroxiſmoꝛū nō hñtibus cām añtez q̄ ſit materia. ſed ſolū malā cōplexionē epatis: ꝛ venarum gñatiuā hũoꝛū q̇ debent eſſe cauſa cōiuncta ꝑoxiſmi. Similiter hoc manifeſtū eſt ī febꝛibus incipientibus a materia ſumme digeſta.

Sed iā ſuperē vt rñdeam⁹ ad rōnes fctās ī ꝓ̄ıū. ❡Ad p̄mā cū d̄r ꝙ ſedimē laudabile ñ ē niſi hũoꝛ faciēs egritudinē d̄r ꝙ illud eſt veꝝ. Sed d̄r ꝙ hũoꝛ eſt faciēs egritudinē dupl̄r. ſ. actu: ꝛ hoc facit cā cōiuncta ꝛ aptitudine: ꝛ hoc facit cā añcedēs. ꝛ certū eſt hypoſtaſim apparentē in vrina ab vtraqꝫ poſſe decidi. ❡Ad 2ᵐ d̄r ꝙ digeſtio debet̃ humoꝛi putrido. et etiā nō putrenti q̇ de ꝓximo putrefaciēdus eſt. Et ad auctoꝛitatē Gal. rñdetur ꝙ digō facit ceſſare putredinē manēte ſuba. ſ. humoꝛe nō coꝛrupto imo remanēte cū ſua foꝛma ſubali. Intelligit eñ Gal. de digōne per quā hũoꝛ ad benignū reducit̃ ſiue ſit ſub foꝛma cāe añtis ſiue cōiuncte. Nā in illo q̇ nō eſt aptu putridus facit ceſſare putredinez futurā. ſed in illo q̇ eſt actu putridus facit ceſſare putredinē preſentē illū ad benignū reducendo ſi ſemiputridus ſit. ſ. nō valde putridus. ❡Ad rōnē aūt in oppoſitū d̄r ꝙ hũoꝛ putrid⁹ nō dꝫ digeri digeſtione reducente ipm ad benignū. q: hec reductio eſſet impoſſibilis. Nec etiā dꝫ digeri digōne p̄parante ad eũonē qñ iā eſſet digeſt⁹. aut qñ eſſet ita paucus aut tal̄r diſpoſit⁹ vt breuiſſimo tp̄e finiendus ſit. ſicut accidit in materijs febriū interpolatarū. Qñ aūt eſſet multus ꝛ nō in breui tp̄e finiendus ſicut accidit in continuis in quibus tota materia incipit putrere: tunc humoꝛ putridus digeri dꝫ. ꝛ hec eſt ſententia Gale. pꝛimo regimis acutoꝛū ſuper illo paſſu. ptiſana oꝛdeacea.

Notatu dignū

Tertiū dubiū vtrū ſint eadē digeſtiua cauſe añtis et cōiuncte

Pro cuius dubij deciſione p̄mittitur ꝙ digeſtiua ſunt cōtraria ei qd̄ digerit̃. dātur eñ digeſtiua ad remouendū ea q̇ ꝓhibent ne hũoꝛ euacuet̃ aut ne ad benignū reducat̃. Iſtoꝛū aūt que ꝓhibēt ne humoꝛ euacuetur aut ad benignū reducatur. quedā ſunt in quibus cōueniūt cā añs ꝛ cōiuncta: vt puta groſſities et viſcoſitas tam in flegmate nō putrente ſtante ſub foꝛma cauſe añcedētis in flegmatica ꝙ in flegmate putrente ſub. foꝛma cauſe coniuncte eiudem et ratione iſtoꝛum digeſtiua debēt eſſe eadez vt puta equaliter inciſiua ꝛ ſubtiliatiua Sed in quibus nō cōueniunt nō debent eſſe eadē vt puta in caliditate. Nam flegma putridū eſt factum calidum per putredinē. flegma aūt non putridum ſtans ſub foꝛma cauſe antecedentis eſt frigidum. digeſtiua itaqꝫ flegmatis putridi deberet eſſe minus calida ꝙ digeſtiua flegmatis nō putridi ſtantis ſub foꝛma cauſe antecedētis. Ex quo ſequitur ꝙ tempoꝛe quietis digeſtiua debēt eſſe magis calida ꝙ tempoꝛe paroxiſmi. vnde in flegmatica tempoꝛe paroxiſmi dabimus ſirupum acetoſum compoſitum de zuccaro. ſed tempoꝛe quietis oximel compoſitum. ſunt enim equaliter inciſiua et ſubtiliatiua. ſed oximel cōpoſitū calidius.

❡Et digeſtio quidem in groſſa eſt equatio eius cū ſubtiliatione. in ſubtili eſt equatio eius cum ingroſſatione.

❡Poſitis duabus intentionibus generalibus ꝓ curatione febꝛium putridarum. quaruz vna eſt cōtra febꝛem et eſt infrigidatio et humectatio. Alia contra humoꝛem ꝛ diuiditur in digeſtionē et euacuationem. Digeſtionem accipiendo generaliter vt eſt cōmunis tam digeſtiōi nocitiui reducibilis ad benignum ꝙ digeſtioni nocitiui pꝛeparabilis ad expulſionem: ſicut Aui. hic accipit eam notificans. Sed cum ſint tres tantū vnam illarum trium Auicen. deſcribit reliquas omittens tanꝙ notas. eſt enim ſatis notum ꝙ infrigidatio et humectatio eſt inductio frigiditatis ꝛ hũiditatis. Similiter eſt manifeſtum ꝙ euacuatio eſt humoris a coꝛpoꝛe eductio. ſed nō eſt bene notum quid ſit digeſtio de qua hic loquitur. ideo eā notificat dicens: ꝙ digeſtio eſt equatio. i. reductio verſus equalitatem ſiue mediocritatē materie groſſe cuz ſubtiliatione. et ſubtilis cum ingroſſatione. ambo enim debēt ad medium reduci in groſſitie ꝛ ſubtilitate: nō autem ad extrema ❡Pꝛo cuius deſcriptionis declaratione eſt pꝛimo ſciendum ꝙ Aui. intendit hic deſcribere digōem in nocitiuo tā reducibili ad benignum ꝙ pꝛeparabili ad expulſionem. Si enim Auicen. deſcriberet ſolum digeſtionem in nocitiuo pꝛeparantem ad expulſionem ſicut opinatur Gentilis poſſet argui de inſufficiētia. ❡Notandum ſcd̄o ꝙ hec deſcriptio nō eſt cōpleta ſed nobis eſt hoc modo ſupplenda. Digeſtio in nocitiuo eſt equatio ideſt verſus mediocritatem reductio materie nociue groſſe cum ſubtiliatione. ſubtilis cum ingroſſatione. viſcoſe cum inciſione. inciſe cum inuiſcatione: necnon ſm̄ omnem diſpoſitionem manifeſtam cuz acquiſitione pꝛopꝛietatis occulte: per quam fiat nature obediens vt expellatur aut ad benignum reducatur. ❡Pꝛo cuius notitia ſciēdum eſt: ꝙ digeſtio in nocitiuo debet remouere quaſcūqꝫ diſpoſitiones impedientes ipſius diſpoſitionem ad euacuationez aut benignum reductionem. Hec autem ſunt groſſities ſuperflua per quam ſit vt nō ſit nature cōueniens neqꝫ etiam facile poſſit expelli cum nō poſſit per meatus anguſtos tranſire. Item per ſubtilitatem ſuperfluam eſt nature inconueniens: ꝛ q: in poꝛis imbibitur non poteſt facile expelli. Item viſcoſitas facit ipſam nature inconuenientem et etiam expulſioni vt ſi materia ſit aſpera facere ipſam lenem ꝛ lubꝛicam. Idem de reliquis diſpoſitionibus manifeſtis eſt iudiciuz. Pꝛopꝛietas autē occulta eſt addēda. Videmus eñ in ſinocha pēdente a ſanguine quantuncunqꝫ temperato a natura in pꝛincipio non fieri criſim: ſed poſt aliquos dies: in quibus eſt ſanguis fctūs ſecūdū oēs eius diſpoſitiones manifeſtas deterioꝛ: fieri criſim: qd̄ nō pōt eſſe niſi per acquiſitionez alicuius ꝓpꝛietatis occulte per quam̄ facile expulſioni obedit. ❡Notandū tñ ꝙ finis ꝑ ſe intētus a virtute digerente nō eſt materie expulſio ſed ipſi⁹ ad benignū reductio

Galenus in li. de conſtitutione artis medicatiue. Lōe autez eſt in his h̄ ſcilicet qm̄ nō ē poſſibile ſolui egritudinez anteꝙ in egre diētibus ꝛ ſuperfluitatibus appareant ſigna digeſtionis ſiue aures ſeu male habeāt: ſiue oculi: ſiue aliqua particula fuerit vlcerata. Et in ſumma dicendo digeſtiōes velocitatem criſeos in fallaciam ſanatiuaz ſignāt cruda vero ꝛ indigeſta in malas apoſtaſes conuerſa acutias: vel laboꝛes: vel motus vel coꝛum reuerſiones.

reductio vt nutriat. conaꝛ enĩ virtus digeſtiua q̄ eſt in mēbris radicalibus ſibi aſſimilare materiā in quā agit ſicut eſt ꝓprium vniuſcuiuſqꝫ agētis ꝓpterea ipſam dealbat ſicut videmus in ſanie ⁊ yppoſtaſi. dat enĩ ſibi diſpoſitiones p̄cedētes actū nutricationis. Accidit aũt ꝙ preparetꝛ expulſioni vel q2 equatꝛ ſuba. vel q2 acquirit ꝓprietatē ꝑ quā ſit cōuenientius obiectū virtutis expulſiue lꝫ forte in mō ſubſtantie fiat ineptior expulſioni quapropter cū virtus nutritiua nō pōt ipſum aſſimilare ſicut intēdebat ipſa grauāte mēbra et eis nocente: virtus expulſiua mouetur ad eius expulſionem cui facile obedit propter cauſas iam dictas aut alteram earum.

**Dubitatur** vtrū digeſtio in iuuatiuo ꝓcedat ingroſſando. nā de digeſtione in nocitiuo iuxta iam dicta eſt ſatis manifeſtū ꝙ qn̄qꝫ ingroſſando qn̄qꝫ ſubtiliando ꝓcedit. Qō aũt digō in iuuatiuo igroſſando ꝓcedat eſt ſnia Ari. 4°. meteororū. ¶ In cōtrariū aũt ſunt que quottidie apparēt. Nam digeſtio in piris ficubus ſubtiliando procedit. ſubtiliora enĩ fiunt quanto digeſtiora. ſimiliter cuꝫ ſanguis in ſpūm cōuertitur ſubtiliando ꝓcedit. ¶ Pro noticia tituli queſtiōis eſt ſciendū ꝙ digeſtio accipitꝛ dupl'r. quādoqꝫ ꝓ motu quo res digeritꝛ. qn̄qꝫ ꝓ complemento eius qō digeſtum eſt: ⁊ vtriqꝫ diffinitio data per Ari. cōgruit. In dubio tñ nr̄o digeſtio accipitur ꝓ motu quo res digeritꝛ. ¶ Notandū ſcđo ꝙ digeſtio apud Ari. quarto meteororū. ſic deſcribitꝛ Digeſtio eſt ꝑfectio in vnoqꝫ hūido a ꝓprio et naturali calido ex oppoſitis paſſiuis. ꝑfectio ponitꝛ loco generis: ⁊ ſignificat idē qō cōplexio ſiue complemētū in vnoqꝫ hūido. ſ. cōplexionali mixti. i. in quo eſt ipſa cōplexio mixti poſtq̄ genituꝫ eſt. aut in quo futura eſt ipſa cōplexio mixti anteq̄ mixtū genitū ſit humidū ꝑficitꝛ ꝑ actionē calidi naturalis ꝓprij illi mixto. q2 intendentis formā illius et cōplementū diſpoſitionū eius. Nā ſi nondū genitum ſit mixtū intendit ipſius ꝓductionē. ⁊ ſi genitum eſt intendit ipſius geniti cōſeruationē et cōplementū diſpoſitionū eius quib' dꝫ ꝑfici et cōſeruari ex oppoſitis paſſiuis. vel ſm aliā tranſlationē ex ꝯiacentibus paſſiuis: ⁊ in idē redit. adinuicē debite permixtis. ſ. hūido aqueo et aereo ex vna parte. ⁊ ſicco terreo ⁊ igneo ex alia pte q̄ ſunt elementa inuicē ꝑmiſcenda ſm exigentiaꝫ forme mixti et cōplementi diſpoſitionū eius que elemēta vt paſſiua debent adinuicē agere et pati. Permiſcentur aũt debite per actionē calidi ꝓprij naturalis intendentis illius mixti eſſe ⁊ ꝑfectioneꝫ.

**Sed contra** ſequitur ꝙ per actionē huius caloris ꝑmiſcentis nō intenditur niſi cōplexio media inter paſſiuas q̄litates cum ipſa elementa nō agāt niſi vt paſſiua. ¶ Scđo ſequitur hanc digeſtionē nō reperiri niſi in mixto ex alio mixto gn̄ando. q2 nō exn̄te mixto nō eſt cōplexio. ⁊ ſic nō eſt humidū cōplexionale. ¶ Ad primū dr̄ ꝙ elemēta q̄ ꝑmiſcentꝛ debent adinuicē agere ſm qualitates actiuas ⁊ paſſiuas vt reſultet cōplexio media iter ambas cōtrarietates ꝓpterea poſſet exponi ex oppoſitis paſſiuis. i. ex elementis oppoſitis patientibus adinuicem ſm oēs qualitates. ¶ Aliter dr̄ ꝙ magis i diffinitiōe expreſſit qualitates paſſiuas. q2 id quod magis manifeſtatur poſt digōnē eſt durities ⁊ mollities et ſimiles que magis cōſurgūt ex qualitatib' paſſiuis. tertio aliter dr̄ ꝙ expreſſit qualitates paſſiuas ⁊ nō actiuas. q2 ille paſſiue ſunt materia actiuarū ſm quarū ꝓportionē ⁊ tēperamentū acquiritur tēperamentū actiuarum ſm plm̄. ¶ Ad ſcđm dr̄. ꝙ ſi volumus digeſtionē hic deſcriptā cōpetere digeſtioni cuiuſcūqꝫ mixti tā ex mixtis q̄ ex elementis immediate gn̄andi itelligamus in vnoqꝫ humido. ſ. tā aqueo q̄ aereo ex oppoſitis paſſiuis ſcꝫ ſicco terreo ⁊ igneo ſecū ꝑmiſcendis et nō ſubdamus illā particulaꝫ cōplexionali mixti. Uel ſi vis eā addere ſicut addit Alb. ma. dicamus ꝙ hūidum aereum et aqueū pōt dici cōplexionale: non q2 ſit ſubiectū cōplexiōis: ſed q2 eſt futuruꝫ ptiale ſubiectū cōplexionis. nam ly complexionale non ſolum dicit actum ſed etiā aptitudinem.

**His premiſſis** ad dubiū reſpondetꝛ ꝙ digeſtio i iuuatiuo aliquando ꝓcedit ingroſſando aliqn̄ ſubtiliādo. aliqn̄ neqꝫ ingroſſando: neqꝫ ſubtiliando. ¶ Primuꝫ manifeſtū eſt in his in quib' humidū aqueū ⁊ aereum ꝑficitur ꝑ ſiccū terreū ſibi adueniēs ſicut in amigdalis auellanis ⁊ ſimilibus. aut in quib' fit ſeꝑatio humidi aquei per digeſtionē ſicut cū vinum cōuertitur in chilum ⁊ humiditates ſcđe in carnem et oſſa. ¶ Scđm eſt manifeſtū in quib' ecōtra ſiccū terreū ꝑficitur per hūidū aqueū ⁊ aereū ſibi adueniens ſicut in piris ficubus ⁊ ſimilib' in principio duris ⁊ terreis. qō humidū attrahitur a calore digerente tanq̄ cōueniens ad ꝑfectionē et cōplementū eorū q̄ digerūtur. Similiter in quibus per digeſtionē excludunꝛ partes terree. ſicut cū panis vel caro cōuertitur in chilum et ſanguis in ſpiritū. ¶ Tertiū eſt manifeſtū in quib' per digeſtionem ſeparatꝛ tantū de partib' terreis groſſis quantū de partibus aqueis et aereis. ſicut cuꝫ ſanguis cōuertitur in primā hūiditatē aut in lac aut in ſperma. ſed tamen credā lac ſm plurimum eſſe ſanguine ſubtilius. Itē ſicut qn̄ ptiſana ꝯuertitur in chilū. Et ſimiliter pōt eſſe qn̄ per digeſtionē tātū traheretꝛ ad id qō digeritꝛ de hūido aqueo et aereo quantū attrahitur de ſicco terreo. aut qn̄ tantū excludatur de vno cōtrario quantū attrahitur de alio quorum exempla difficile eſt reperire. ¶ Scđa cōcluſio. ad intentionē Ari. qui vult ꝙ digeſtio ꝓcedat ingroſſando excluſa quacūqꝫ additione aut ſeꝑatione hūidi aquei aut aerei. ⁊ ſil'r ſicci terrei p̄ter hūidi reſolutionē q̄ fit ꝑ actionē caloris digerētis oīs digō i iuuatiuo igroſſādo ꝓcedit. ꝓbatꝛ. q2 ꝑ actionē calidi digerētis ſemꝑ hūidior ps diſſoluitur. Un̄ qō digeritꝛ cōtinuo efficitꝛ terreſtrius. ¶ Correlariū. hūidū adequatū qō digeritur ſiue digō p̄paret ad nouā formā mixti ſiue cōpleat in mixto diſpōnes ſibi cōuenientes cōtinue ingroſſatꝛ. ¶ Et nota. vt ſupra dictū fuit ꝙ digeſtio de qua fuit q̄ſtio nr̄a accipitꝛ ꝓ motu quo res digeritur. ⁊ ſimiliter ꝑfectio ſiue cōpletio poſita ꝓ genere. ꝓ motu accipitur quo mediante res ꝑficitꝛ digeritur et cōpletꝛ. Un̄ ſi queratꝛ que res ſit digeſtio. Rn̄r ꝙ eſt motus. Si v̄o digeſtio acipiatꝛ ꝓ cōplemēto et integritate ei' qō digeſtū eſt. Rn̄detur ꝙ ē termin' ⁊ finis a calore naturali ꝑ motum intent'. ⁊ illud eſt integritas et ꝑfectio mixti q̄ integratꝛ ex cōplōne ꝓpria duritie ⁊ mollitie colore ⁊ odore ſapore ⁊ ſilib' necnō ꝓprietate ⁊ forma ꝑ q̄ mixtū hꝫ eſſe et eſt perfectū in ſpecie ſua. Ariſtoteles.

¶ Et quādoqꝫ ſunt cōtraria illa q̄ req̄rit feb. de infrigidatione. ⁊ illud qō req̄rit humor de digeſtione et euacuatione et reſolutione. Quandoqꝫ enĩ eſt digeſtiuum et euacuatiuuꝫ calidū immo eſt ſm ꝓlurimū ita.

¶ In hac parte tertia prime partis cõparat Aui. has intentiones adinuicem quo ad caſum noſtrũ et hʒ tres partes. In prima oñdit iſtarũ intentionum cõtrarietatẽ: quarũ altera debet febri. altera cauſe declarans in generali cui magis vacandum ſit. in ſecũda parte oſtendit harũ conuenientiam in quadã re iuuante reſpectu vtriuſqʒ. ⁊ eſt ſirupus acetoſus ſimplex. in tertia parte oſtẽdit in ſpeciali quõ vtriqʒ vacandũ ſit. ſcđa ibi. (Et multotiens). tertia ibi. (Et ſcias ꝙ quandoqʒ). ¶ Primã partẽ diuido in tres. In pria Aui. innuens cõtrarietatem inter duas intentiones quarũ altera debetur febri altera humori: declarat quõ illud qđ cõuenit rõne humoris nocet rõne febris. In ſecũda parte oſtendit in generali cui intentioni magis vacandũ ſit. In tertia pte declarat quõ illud qđ conuenit rõne febris nocet rõne humoris. ex hoc inferens tria correlaria. ſcđa pars incipit ibi. (Et tunc opʒ). tertia ibi. (Et fortaſſe cõtrariuʒ).

¶ In prima parte dicit duo. primuʒ ꝙ quandoqʒ ſunt cõtraria illud qđ requirit febris de infrigidatione ⁊ illud qđ requirit humor de digeſtione euacuatione ⁊ reſolutione. ſcđm dictũ eſt ꝙ digeſtiuũ et euacuatiuum aliquando: immo ſm plurimum eſt calidũ. Unde hoc quod ꝯfert rõne humoris digerendo ⁊ euacuando nocet ratione febris que curatur per frigida. primũ dictũ eſt manifeſtum.

De digeſtiuis.

**Sed pro declaratione** ſcđi cadũt duo dubia. ¶ Primũ vtrũ digeſtiuum ſit ſm plurimuʒ calidum. ad partem negatiuaʒ primi dubij arguitur. q: frequenter digeſtio materie eſt ingroſſatio vt patuit ex diffinitione digeſtionis. hoc aũt fit a frigido. ¶ Item aqua frigida vt patebit inferius digerit materias calidas ſubtiles. Item feb. ſm plurimũ ſunt colerice. ſcđo de criſi. caplo ſexto. ergo materia febriũ digerẽda ſm plm eſt colera que cũ ſit calida naturaliter ⁊ per putrefactioneʒ frigido digerẽda eſt. ¶ Preterea plures febres accidũt tempore calido ꝙ̃ frigido in quibus opʒ totũ regimen rõne tpis ad frigidũ declinare. ¶ Preterea plurime febres ſunt peſtilentiales in quibus pro digeſtiuis vtimur oxizachara ſirupo de acetoſitate citri aqua frigida et ſimilibus extinguentibus cor cõfortantibus et a maligna putredine preſeruantibus. ¶ Preterea medici pro digeſtiuo in febribus vtuntur ſirupo acetoſo ſimplici. ſirupo biſantino ſiru. acetoſo cõpoſito. ⁊ aq̃ ordei endiuie que oĩa ad frigidum declinant. et plures iſtis vtũtur in feb. ꝙ in oĩbus reliquis ſimul. In oppoſitũ eſt hic Auicenna.

Triplex digeſtiuum.

**Pro ſolutione** premittit primo ꝙ digeſtiuũ eſt triplex. qđdam eſt vis aĩe et hec non eſt calida nec frigida: qđdam eſt calor naturalis quod eſt calidum ⁊ humidum ſiue per ipſum intelligamus ſpiritum ſiue complexionem naturalem. hec enim ſunt inſtrumenta anime in quacunqʒ operatione. Quoddam eſt virtus medicinarum ſiue medicine ipſe q̃ gratia digeſtiõis adhibentur. et de hoc vltimo digeſtiuo eſt queſtio noſtra. ¶ In hac parte dicit pluſqʒ Comentator tertio tegni in cõmẽto illius partis. Sed dicta quidem ſpecies alterationis. Et ſimiliter ſequentes eum quod digeſtio cauſe coniuncte ſcilicet humoris putridi que apud Ga. eſt alteratio faciens ceſſare putredinem manente ſubſtantia perficitur per frigida et ſicca: tamen quia frigida ⁊ ſicca opponuntur cauſis putrefacientibus que ſunt caliditas ⁊ humiditas: cuius ſignum q: auſter facit et conſeruat putredinem q̃ eſt calidus ⁊ humidus. Econtra boreas frigidus et ſiccus prohibet eam. ¶ Preterea om̃e quod putreſit calefit et humectatur. quare frigidis ⁊ ſiccis auferenda et prohibenda eſt putrefactio. Huius viri et ſequentium ipſum dicta ſunt vera loquendo de digeſtione putridi vt putridum eſt: per quam debet ad benignum reduci. omne enim tale vt putridum eſt calidum et humidum reſpectu ſue diſpoſitiõis naturalis. quare cũ cura fiat per contraria opus eſt per frigida et ſicca hi lapſus corrigantur. et nõ ſolum hoc verum eſt in humoribus putridis ad benignum reducendis: ſed etiaʒ ꝑ ipſorum preſeruatione a putredine huiuſmodi frigida et ſicca adhibenda ſunt. ¶ Auicenna tñ et medici nõ curantes de reduplicatiuis dicũt digeſtiua eſſe vt plurimũ calida. Nam multotiens humor putreſit ꝓpter groſſitiem ⁊ viſcoſitatem: ⁊ ꝓpter opilationem ꝓhibentem ipſius euentationẽ. Et multotiens idẽ humor factus putridus ꝓpter eaſdem cauſas nõ põt ad benignum reduci. quare multotiens opus eſt calefacientibus incidentibus ſubtiliantibus et aperientibꝰ. hec neceſſaria ſunt in hũore putrido aut nõ putrido ad expulſionem preparando. Raro eñ contingit ꝙ humores putrentes etiã leui putredine ad benignũ reducãtur. Cũ ergo diligens cõputatio facta fuerit oĩm digeſtiuorum quibus medici vtuntur tã pro hũoribus ad benignum reducẽdis ſiue putridi ſint ſiue nõ putridi ꝙ̃ in humoribus ad expulſionẽ preparandis inueniemus eſſe plura digeſtiua calida ꝙ̃ frigida. Nam digeſtiua frigidorũ humoruʒ ſemper ſunt calida: ſed digeſtiua calidorum etiã ſm plurimũ ſunt calida cum ſm plurimũ hũores calidi ſint groſſi aut viſcoſi aut opilationi coniũcti. raro eñ fiunt febres ex putredine colere naturalis. Sed plurime fiunt ex putredine colere citrine vitelline et colere minoris fame. Similiter ſanguis putrens raro peccat ſubtilitate: ſed plurimũ groſſitie. ⁊ horum putredines ſunt ſm plurimum opilationibus ꝯiuncte. ¶ Preterea humores ſiue ſint cõiuncta cauſa febrium ſiue antecedens ſm plurimum preparãtur ad expulſionem ⁊ raro ad benignum reducuntur. cuius ſignum q: ſm plurimum poſt digeſtiones fit ipſorũ euacuatio ab arte vel a natura: ſed humorum euacuatio impeditur ſm plurimum ꝓpter groſſitieʒ ⁊ viſcoſitatem faciẽtes ipſos figi ⁊ adherere: ⁊ impedientes trãſitum eorũ per vias anguſtas ſicut ſuper extremitates venarum. ⁊ raro impediuntur ꝓpter ſubtilitatem qua in membrorũ poroſitatibus imbibãtur. quare ſm plurimũ neceſſaria ſunt calida ſubtiliantia incidentia et aperientia. Et ſimiliter q̃ ad benignũ reducendi ſunt frequẽter ꝓpter tales cauſas impediũtur: quare ⁊c. Nec obſtat ꝙ inueniantur aliqua frigida aperitiua ſicut aqua endiuie. ⁊ ſimilia. Et aliqua frigida inciſiua ſicut acetum qđ adiuuat ad ſubtiliationẽ. q: iſta ſunt leuiter aperiẽtia ⁊ ſubtiliantia q̃ vt plurimũ nõ ſufficiunt: ſed opus eſt fortioribꝰ q̃ ſunt calida. quare nõ ſolũ in cauſis añcedẽtibꝰ febriũ putridarũ digerendis: ſed etiã in cõiunctis. aut ſaltẽ oĩbus cõputatis tã añtibꝰ ꝙ̃ cõiunctis ſiue ad benignũ reducendis ſiue ad expulſionẽ ꝑparandis digeſtiua ſm plurimum ſunt calida. Et hoc voluit Auicen.

Galenus.

**Ad rationes** autem in contrarium conceditur ꝙ aliquãdo digeſtio eſt ingroſſatio que fit a frigido. ⁊ ꝙ aqua frigida eſt digeſtiua humoris calidi ſubtilis: ſed hi

humores

Sed nimis ... for comentum.

humores ſubtiles taliter digerendi raro reperiū-tur in comparatione ad humores qui digerendi ſunt per ſubtiliationem. Sed ad Gale. ſecūdo de criſi reſpondetur ꝙ quocunq̄ vnico humore capto ſm ſpeciem plures accidunt febres a colera ꝙ ab alio hūore. ⁊ non ſolum hoc eſt verū ſed etiā plures accidunt febres a colera ꝙ a reliquis hūoribus ſimul vt manifeſtum eſt his qui diu verſati ſunt in practica. et hec fuit mens Gale. ex qua tamen nō concluditur contra determinationem. q2 ille colere ſm plurimum ſunt groſſe. Unde febres ſm plurimum occurrentes ſunt tertiane nō pure quarum materia ſubtiliatione indiget ⁊ ſm plurimum ſunt coniuncte opilationi quare ⁊c. ¶ Ad rationem aliam conceditur ꝙ plures febres accidūt tempore calido ꝙ frigido: cum quo tamē ſtat ꝙ pendēt ab humoribus groſſis cum maxime accidant in autūno. ¶ Ad quintā conceditur plurimas eſſe febres peſtilentiales in quibus ab initio vtimur aqua frigida et digerentibus frigidis quantuncūq̄ ſm plurimum pendeant ab humoribus groſſis. ſed illud facimus coacte nō regulariter. ſed poſtea in proceſſu procedimus cum ſubtiliantibus et aperientibus cura regulari. ¶ Ad vltimum conceditur ꝙ pluries ſirupo vtimur aceroſo ſimplici ⁊ compoſito et ſirupo biſantino. q2 valent in materia calida et frigida et aperiūt opilationes. ¶ Sed niſi eſſet auctoritas Meſue dicerem ſirupum biſſantinum et acetoſum compoſitū ad calidum declinare. Sed quicquid ſit digerunt maxime per calida ipſorum compoſitionem ingredientia que ſunt ſubtiliantia aperientia et prouocatiua. ¶ Ad rationem autem pluſq̄ Cōmentatoris que videtur vniuerſaliter concludere ꝙ digeſtiuum cauſe coniuncte eſt vniuerſaliter frigidum et ſiccum cum debeat opponi caliditati et humiditati eius quod putreſit. Reſpondetur ꝙ multotiens groſſities et viſcoſitas ſunt cauſa putredinis. et mutotiens prohibita tranſpiratio: que remouende ſunt per calida: et per frigida ⁊ ſicca fouerentur et augerentur. vnde magis nocerent ꝙ iuuarent corrumpendo caliditatem et humiditatem ſuperfluam eius quod digeritur.

**Secundum dubium** vtrū euātia ſint ſm plurimum calida. Arguitur ꝙ non quia euātia comprimēdo ſunt ſm plurimū frigida ſicut mirabolani citonia et ſimilia. ⁊ euacuantia lenīendo ſunt frigida ſicut viole. ⁊ aliquando ſunt circa tēperamentum ſicut manna caſſia. Et euacuantia labificando ſunt frigida ſicut pruna. ⁊ euacuantia eligendo quedam ſunt frigida ſicut roſe mirabolani. Item euacuantia per vomitum ſunt frigida ſicut acetum et aqua ordei ſimul mixta. Similiter euacuantia per vrinam ſicut ſemina cōmunia Item euacuantia per ſudorem ſicut aqua ordei cū pauco vino. ¶ In oppoſitum eſt Auic.

Quot modis ſolutio.

**Pro ſolutione** notandum ꝙ euacuātia ſunt ſexcuplicia q̄dam euacuant per ſeceſſum quedam per vomitū quedam per vrinam. quedam per ſudorem. quedam aperiendo orificia venarum apertione ſanguinem manare faciente. quedam euacuant membra particularia per ductus et vias ſibi proprias ſicut cerebrum per nares et colatorium. pulmonē per cānam eiuſmatricem per collum eius. ¶ Euacuantia autem per ſeceſſum. quedam euacuāt cōprimendo ideſt conſtringendo inteſtina in parte ſuperiori. ita vt per conſtrictionem fiat expreſſio obiecti expellendi ad inferiora. et ex hoc genere ſunt mirabolani: licet etiam euacuent eligendo. Item citonia pira ⁊ ſimilia ſtiptica poſt alium cibum ſumpta. ¶ Et quedam euacuant labificando ſicut pruna ideſt applanando ſuperficiem mēbri: ideſt inteſtinorum per que fit expulſio: ita vt ſuperficies ipſorum fiat plana nō aſpera et inequalis vt obiectum expellendum lubrificet per ipſam ¶ Quedam euacuant leniendo ideſt humectando et mollificando obiectum expellendum ſicut viole manna et caſſia. Euacuare autem lubricando credo ꝙ ſit idem quod euacuare labificādo vt vocabulum ſonat ant ſi differt credo quod ſimul comprehendat euacuationem labificatiuam et lenitiuam ſicut euacuatio facta per oleum et iura pinguia que ſimul obiectum mollificant et ſuperficiem applanant. ¶ Quedam autem euacuant eligendo: ideſt determinatum humorem per ſuam proprietatem ad ſe attrahendo. ¶ Et hec ſunt duplicia. quedam fortia dicta exoluentia: ⁊ hec vniuerſaliter ſunt calida. quedam ſunt debilia que dicuntur ſolutiua benedicta. ¶ Et horum quedam ſunt calida ſicut reubarbarum aloes: ⁊ ſimilia. q̄dam ſunt frigida ſicut mirabolani viole roſe. ⁊ ſimilia. licet forte huiuſmodi ſecūdum partem ſm quam eligunt ſint calida. ¶ Ordinauit nanq̄ natura vt proprietati ſpecifice attrahenti coniungeretur qualitas prima attractiua ſcʒ caliditas vt per eam iuuaretur. quapropter comprehēdimus violis: et ꝓprie ſiccis amaritudinem quandam ſignificantem caliditatem qua ſua proprietas ſpecifica iuuatur in attrahendo hoc. ¶ Quedam euacuantia per ſeceſſum euacuant diſſoluendo ſicut piper. quedam abſtergendo vt mel: quedam pungendo et ſtimulando ſicut acetum et ſimilia acuta. quapropter. 16ª. tertij. inuenies quedā antidota ſolutiua in quibus nullum eſt ſolutiuum ſcōm aliquem quatuor modorum ſupraſcriptorum. Multa tamē reperiūtur ſolutiua que multis modis ex ſupraſcriptis poſſunt euacuare ſicut mirabolani qui euacuant comprimendo et eligendo: ſicut pruna et tamarindi qui euacuāt labificando et eligendo. et māna et caſſia leniendo et eligendo. Succus autem granati acris et granati dulcis expreſſus cum cortice interiori quātitatis quatuor. ℥. cum duabus. ℥. zuccari euacuant abſtergendo per zucca. leniendo per ſuccum granati dulcis. incidendo pungendo ſtimulando per ſuccū granati acris et cōprimendo ꝑ ſtipticitatē ſuā

**Sed reſpondendo** ad queſitum dico ꝙ ſolutiua exoluentia ſunt vniuerſaliter calida. Soluentia benedicta quedam calida: quedam frigida. Soluenda cōprimendo ſunt ſm plurimū frigida Solutiua leniendo ſunt humida. quandoq̄ frigida. quandoq̄ calida. quandoq̄ temperata. Solutiua labificando. quandoq̄ frigida. quandoq̄ calida. Euacuantia autem diſſoluendo abſtergendo pungēdo et ſtimulando ſunt ſm plurimū calida. Euacuantia autem per vomitū leuia quedam ſunt frigida ſicut ſemē atriplicis et aqua tepida cum pauco aceti. quedam ſunt calida ſicut flos geneſtre agaricus. Fortia autem vomitiua ſunt vniuerſaliter calida ſicut ſuccus raphani granū regum ſiue catapucia. Elleborus autem eſt vltimus et hec vomitiua quandoq̄ prouocant per qualitates manifeſtas vt puta pungendo ſtimulando et in ſtomacho leuigando. Quedam per proprietates occultas eligendo proprios humo-

De ſolutiōib' et ſpēbus ſolutiuorum notatu dignum.

res ſm naturam vomitiui. euacuantia anteꝫ per vrinã q̄dã euacuãt per ꝓprietates hũores eligendo ſicut aſſarũ eligens coleram ⁊ flegma. Quedã a proprietate petunt vias vrine licet non eligant humores determinatos ſicut cantarides. quare tanta eſt vis vt etiam exterius applicitis prouocent vrinam et quandoqꝫ excoriant vias vrine et proprie veſicam ita vt ex ea ſanguis emanet. et he omnes ſunt calide. Quedam euacuant per qualitates manifeſtas. et hec ſunt duplicia. quedam ꝓuocant vrinam ſua aquoſitate lauãte ſicut aqua cucurbite melonis ⁊ angurie et hec ſunt frigida. Quedam ſunt diuretica ideſt prouocantia vrinaꝫ diſſoluendo humiditates in humiditatem aquoſam ſicut apium radices ſparagi et ſimilia. et hec ſunt calida. Sed dubium eſt de ſeminibus communibus frigidis quomodo prouocant vrinam. Aliqui credunt hoc eſſe ex humiditate aquoſa in ipſis derelicta. Aliqui credunt hoc eſſe propter caliditatem aliquam in ipſis exiſtentem. Aliqui dicunt hoc eſſe a proprietate et forte omnia hec ſimul concurrunt. hec autem frigida ſunt. Euacuãtia autem per ſudorẽ quedaꝫ ſunt leuia ſicut aqua ordei cum pauco vini ſubtilis. et hec ſunt frigida. Quedam ſunt prouocantia ſudorem diſſoluendo humiditates in vaporem groſſum. et hec ſunt calida et calidiora q̄ prouocantia vrinam preter cantarides. opus enim eſt maiori caliditate ad diſſoluendum humiditatem in vaporem groſſum q̄ ad ſubtiliãdum humiditates groſſas in aquoſitatem. Et medicamen de aſſa eſt de fortiter prouocantibus ſudorem. Euacuantia autem aperiẽdo extremitates venarum apertione ſanguinem manare faciente. quedam faciunt hoc a proprietate ſicut aloes necnõ multe ex medicinis exoluẽtibus. quedam faciunt illud per qualitates manifeſtas ſicut omnia apertiua. ⁊ manifeſtum eſt hec omnia eſſe notabiliter calida. Euacuantia auteꝫ membra particularia ſicut cerebrum pulmonem et matricem omnia hec ſm plurimum ſunt calida.

Concluſiones de natura ſolutiuorum valde notande.

¶ Ex quibus tandem concluditur reſponſio ad queſitum per has concluſiones. Prima concluſio. Euacuantia autem de entibus mundi per quancunqꝫ viam ex iam dictis plura ſunt calida q̄ frigida. hec cõcluſio patet ex ſupraſcriptis. ¶ Secũda cõcluſio. euacuantia quibus vtimur pro curatione febrium putridarum ſunt ſm plurimum calida. probatur. nam electiue euacuantia materias proprias febris per ſeceſſum quibus vtimur ſunt ſm plurimum calida. euacuantia autem materias communes aliquando ſunt calida. Similiter euacuantia per alias vias quibus vtimur ſm plurimum ſunt calida: vt patet diſcurrendo per ſingula. Et ex his facilis eſt reſponſio ad ratiões adductas ante oppoſitum.

**¶ Et tunc oportet vt obſeruetᷣ magis timoroſa de vna duarum.**

¶ In hac parte Auicen. oſtendit in generali que harum duarum intentionum cum adinuicem contrariantur ſit obſeruanda dicens: ꝙ oportet vt obſeruetur magis timoroſa de vna duarum reruꝫ id eſt duarum intentionum adinuicem contrariarum. Illa autem dicitur magis timoroſa que ſi omitatur maius imminet periculum. ergo ſi intẽtio ad febrem ſit magis timoroſa obſeruabimus illam et procedemus cum infrigidantibus et extinguẽtibus non neglecto tamen humore. Si vero intentio ad humorem ſit magis timoroſa digeremus ⁊ euacuabimus nõ negligendo febrem. Et hanc ſententiam vult Auicenna quarta primi vltimo capitulo.

**¶ Et fortaſſe contrariũ eſt illud quod conuenit febri de infrigidatione cum eis que ſunt ſicut melones indi: et reliqua olera ei quod conuenit materiei de minoratione.**

¶ In parte preſenti Auicen. declarat ꝙ aliquãdo illud quod conuenit ratione febris nocet ratione humoris. ſecũdo infert tria correlaria. ſecũda ibi (Quare.) ¶ De prima parte dicit. ꝙ fortaſſe. id eſt aliquando illud quod conuenit febri de infrigidatione cum eis que ſunt ſicut melones indi et reliqua olera contrariantur illi quod requirit humor de digeſtione euacuatione et reſolutione.

**¶ Quare ꝓhibet illud dare ea in potu niſi vbi nõ eſt materia. et omnino ſolicitudo ſit vt poſtponatur aqua fructuũ vſqꝫ ad hebdomadam. ⁊ ſit contentus aqua ordei. Et omnes fructus nocent febricitantibus cuꝫ ebulitiõe ſua ⁊ corruptiõe ſua ĩ ſtomacho.**

Tria correlaria.

¶ In preſenti parte infert tria correlaria. ¶ Primum ꝙ illud: ſcilicet conferre febri et nocere humori prohibet ea ſcilicet melones indos et reliqua olerea et aquam eorum dari in potu niſi vbi non eſt materia ideſt niſi in febribus immaterialibus ſicut eſt ethica et effimera. ¶ Secundum correlariũ ꝙ omnino ſolicitudo ſit ideſt medicus ſit ſollicitus ꝙ hec aqua fructuum ſcilicet melonis indi ⁊ reliquorum ſimilium ſicut cucumeris citruli et ſimilium fructuum facile putreſcibiliũ poſtponanᷣ vſqꝫ ad hebdomadam in febribus putridis et interim ſit contentus aqua ordei. ¶ Tertiũ correlarium. omnes fructus nocent febricitanti ſcilicet febre putrida cum ebulitione ſua et corruptione ſua in ſtomacho.

Quid melo indus.

¶ Nota primo. ꝙ melo indus melo magnus viridis: cucumer ſarracenicus. dualba anguria idem ſignificant. Et apud Serapionem auctoritate Raſis. eſt fortis humectationis et extinctionis. et conuenit in febribus adurentibus ⁊ eſt frigidior alijs ſpeciebus melonum.

De cucumere.

Cucumer vero aliter dictum chiar eſt dure digeſtionis generans chimum malum paratum corruptioni ſiue corrumpi et fieri materiam febrium putridarum. quanuis melo ſit citius corruptibilis et frigidus et humidus in ſecũdo. et hoc eſt illud quod vocatur cucumer in Lombardia et in marchia triuiſana et mollificat ventrem ⁊ prouocat vrinam. Citrullus autem aliter dictus gache eſt frigidior cucumere et generat chimum viſcoſum et humores crudos in venis et accidũt ex vſu eius febres antique male. nec prouocat vrinã ſicut melo: ⁊ nocet ſtomacho. aqua cucumeris et citrulli confert inflammationi febrium ⁊ ſedat ſitim et laxat ventrem laxatione bona et ſine nocumento aliquo: ⁊ debet huliri cum zuccaro albo. doſis cuiuſcunqꝫ eorum eſt ab. ℥. iiij. vſqꝫ ad. vj. non oportet tamen vt detur habenti naturam duram ad mouendum quia non laxaret. ¶ Credo ꝙ citrullus minor ſit cucumere.

De citrullo.

Melo aliter dictus bathecа apud Serapionem cuius ſubſtantia dum eſt maturus eſt ſubtilis et non perfecte maturi ſubſtãtia eſt groſſa infrigidat ⁊ humectat in ſecundo gradu. et ſecunda virtus abſtergit et incidit. ſed tertia prouocat vrinã.

Serapio.

Batheca.

¶ Credo ꝙ apõ Aui. batheca ſit termin⁹ cõis ad pluresſpẽs melonũ. dicit eñi ꝙ melo eſt melioris hũoris q̄ reliqꝫ

bathece

hathece. Concordat tñ cum Serapione in virtutibus eius. Pepo aūt eſt melo. ſed dr̄ pepo quaſi pepaſim paſſus. Et Symon Januēſis nō diſcrepat ab Auicenna. nec Serapione. dicit enim ſic. Dulla arabice melo magnus viridis. hatheca arabice melo magnꝰ viridis q̇ anguria a q̇buſdā vocatur vel alius melo qui aprecuneti vocatur ſic locutus eſt enim ſub diſiunctione. ¶ Ego tamen credo ꝙ pepo ſiue melo bene conditionatus parū tranſcendat primum gradum propter bonitateʒ ſue dulcedis. Et q2 Aui. in cap°. de q̄rtana cōparās ipm lactuce inuit ipm eſſe minꝰ frigidū lactuca. cum tamen lactuca ſecūdo canone ſit frigida in ſecūdo. Eſt tamen multum prouocans vrinam cum nō concedat ipſum in quartana ꝓpter vehementiam prouocationis ꝓ ducendis ad ingroſſationem ſanguinis. ¶ Cucurbita autem frigida et humida in ſecūdo pauci et boni nutrimenti ⁊ velocis digeſtionis ſi nō corrumpitur in ſtomacho et cōfert febribus colericis. ¶ Melongena apud Auicen. ſcdo canone capitulo ꝓprio. eſt calida et ſicca in ſecūdo: licet apud quoſdam ſit frigida generat humores melācolicos preparātes ad egritudines melancolicas. recens tamē eſt minus mala antiqua. Cum ergo hic dicat Auic. melonem indum ⁊ reliqua olera cōuenire ratione febris intelligit de oībus preterꝙ̄ de melōgena. Nocent aūt ratione humoris cum neruos infrigident et humectent ⁊ ꝓhibeant reſolutionem et generent chimos malos putreſcibiles. Cucurbita tamē eſt minus mala ceteris: immo optime confert in febribus colericis. ⁊ ꝓprie ſi debite coquat̄ ⁊ ꝑparet̄. ¶ Notandum ſcdo. ꝙ hoc vocabulum holus eſt latius apud arabes ꝙ̄ apud nos. Naʒ apud nos ſolum herbas ſignificat ſed apud Arabes ſignificat herbas ⁊ etiam fructus: qui nō naſcūtur ex plāta lignea ſicut illi de quibus ſermo preceſſit.

Cucurbita.

**Dubitatur** vtrum aqua fructuuʒ debeat poſtponi vſq; ad hebdomadam. Pro ſolutione huius notandum aquam fructuum et cuiuſcūq; alterꝰ rei tria apud medicos ſignificare. Quandoq; eñ ſignificat ſuccū. quandoq; aquam decoctionis. quandoq; aquam diſtillationis. Et de his tribus modis eſt ſermo in textu preſenti. ¶ Notandum ſecundo tres apud medicos reperiri aquas fructuum differentes ſm̄ diuerſitates eorum ex quibus fiunt. Prima eſt aqua decoctionis quorumdam fructuum ſolutiuorum ſicut prunorum tamarindorum iuiubarum ſebeſten cum quibus ad hulliendum aliquando adduntur viole. ⁊ cum horum decoctione aliquando caſſia vel manna diſtemperatur. Et hec aqua fructuum multotiens datur in principio febriū ante hebdomadam ad infrigidandum lenīendum ventrem. et quandoq; ad minorandum materias proprias et ſunt eius varie deſcriptiones apud auctores ſm̄ diuerſarum febrium exigentiam. Et Meſue ponit diſtinctione ſeptima deſcriptionem aque fructuum et multas alias decoctiones ⁊ infuſiones. et de hac aqua fructuū nō intelligit hic Aui. ¶ Secūda aqua fructuum eſt ſuccus quorundam fructuum acetoſorum ſicut granatorum limonuʒ citrullorum acetoſitas citri. ⁊ hec multotiens datur in principio febrium ante hebdomadam ad extinctionem caliditatis et prohibendam malignam putredinem aut ipſius additionem ⁊ cordis confortationem ſm̄ ꝙ multotiens eſt neceſſarium in peſtilēcialibus. ⁊ de hac nō eſt hic ſermo. ¶ Tertia aqua fructuum eſt aqua decoctiōis aut expreſſionis aut diſtilationis fructuum ſuperius memoratorum ſicut angurie melonis cucumeris citrulli cucurbite. His adde aquam pomorum pirorum perſicorum: et ſimilium facile putreſcibilium que aqua non eſt lenitiua ſicut prima licet ſit prouocatiua. nec prohibet putredinem: ſicut ſecunda: immo potius eſt parata ad inducendum aut augendum putredinem de hac eſt ſermo in textu. Et prohibetur ante ſeptimum quouſq; materia ſit manifeſte digeſta ⁊ multum minorata. tūc enim minora poteſt facere nocumenta.

**Sed contra** quia Haliabas ī pricipio tertiane concedit aquam angurie. Idem facit Auerroys ſeptimo colliget. Halyabas. ¶ Amplius Auicenna in regimine acutorum. dat aquam cucurbite cucumeris et melonis gratia extinctionis caloris putredinalis ſed neceſſitas extinctionis poteſt eſſe ante digeſtionem. ¶ Amplius Auicen. multotiens laudat melonem cucumerē et cucubitam in tertiana nō determinando tempus digeſtionis. ¶ Amplius Auicen. in cura ſincopalis minute dat panem in aqua fructuum et videtur ꝙ intelligat de aqua melonum: ⁊ ſimilium: necnon pirorum et pomorum: quod apparet. nō enim intelligit ꝙ panis detur cum aqua in qua ſit caſſia ⁊ huiuſmodi ſolutiua: nec cum aqua granatorum aranceorum. ⁊ ſimilium. quia ſtatim de his dixerat in iſto capitulo. ¶ Amplius caſſius De aqua angurie. felix in cauſone vtitur ſucco cucurbite. ¶ Preterea ſi aqua huiuſmodi diſponit ad putredinem non debet concedi ante hebdomadam nec poſt hebdomadam.

**Pro ſolutione** horum ſciendū ꝙ aq̄ angurie cucumeris et ſimilium facile putreſcibiliuʒ ex parte iuuat in febribus putridis extinguendo caliditatem febrilem propterea dixit ꝙ melones indi et reliqua olera conueniunt febri infrigidando et ſimiliter eorum aqua. Ex parte antem nocet. quia aqua huiuſmodi et ſimiliter fructus ipſi ex quibus fit ſunt parati corruptioni propter humidum aqueū aptum ebullitioni ⁊ putrefactioni. et quia a proprietate quaſi generant materias malignas vt intelligitur a doctoribus arabibꝰ omnibꝰ. vnde hec aqua eſt apta multum nocere ratione hnmoris. Uerum ſi detur poſt hebdomadam id eſt apparentibus ſignis manifeſte digeſtionis et materia minorata eſt apta minus nocere cum virtus magis dominetur materiei nec ſinit in eam malignam procedere pntredinem. verum ſm̄ diuerſitateʒ febriū putridarum eſt apta magis aut minus nocere et iuuare. In flegmaticis quidem nullo modo conuenit. quia ratione febris non eſt proportionatū infrigidans: immo nimium excedens et ratione humoris. vt manifeſtum eſt apta maxime nocere niſi forte eſſet cauſon a flegmate ſalſo. ¶ In melancolicis autem ſimiliter ratiōe febris eſt nimis exceſſiuum infrigidans. et ratione humoris non conuenit quia nimis ingroſſat et facit ineptum euacuationi. et forte ſuperflue prouocando nocet vt voluit Auicenna in capitulo de quartana loquens de melone dulci qui minus ceteris fructibus de quibus ſupra infrigidat. ¶ Uerum in quartana continua pendente a melancolia genita per aduſtionem colere fortaſſe poſſet concedi aut ſaltē minus noceret ꝙ̄ in reliquis quartanis. ¶ Sʒ in ſanguinea eſſet ꝓportionatū infrigidās ſed forte noceret ſupflue hūectādo: ſʒ rōne hūoris ſ. ſanguis putrētis eſt apta multū obeſſe ⁊ paruʒ

pꝛodeſſe:ſ; in febꝛibus colericis ⁊ ꝓpꝛie pendē
tibus a materia ſubtili eſt apta multū ꝓdeſſe.tu;
ratione febꝛis tum ratione humoꝛis. Propterea
in his auctoꝛes quidam ſicut Aliabas Auerroys.

*Auerroys.*

Aui.in caplo de tertiana.cōceſſerunt eam a pꝛin/
cipio eſtimantes ipſam plus iuuare ꝙ̄ nocere.ſed
in colericis pendentibus a colera groſſa eſt meliꝰ
expectare digeſtionem et aliqualem minoꝛationē
In colericis itaqꝫ a colera ſubtili ab initio cōceſ/
ſa poſſet magis iuuare ꝙ̄ nocere. Sed ī colericis
a colera groſſa ab initio magis noceret ꝙ̄ iuua/
ret.Sed poſt hebdomadam ad intellectum datu;
eſt apta magis iuuare ꝙ̄ nocere. In reliquis autē
putridis eſt ante hebdomadam et poſt apta mul
tum nocere et parum ꝓdeſſe.minus tamē noceret
in cauſone a flegmate ſalſo.⁊ in quartana conti/
nua a melancolia genita per aduſtionem colere.
ſed in peſtilentialibꝰ eſt multomagis apta obeſſe
ꝙ̄ ꝓdeſſe cu; in eis ſemꝑ opoꝛteat tueri coꝛ ⁊ de/
fendere a maligna putredine. quod magis facit
aqua fructuum acetoſoꝛum. In effimeris autem
eſt apta conferre.In ethicis infrigidando ⁊ hu/
mectando confert.verum ſuperflue ꝓuocando no
ceret.Uerum aqua oꝛdei eſt conuenientioꝛ ꝙ̄ aqua
huiuſmodi .cōuenit enim ratione humoꝛis et ra/
tione febꝛis.Propterea dixit Auicē.Sis contentꝰ
aqua oꝛdei et poſtponatur aqua fructuum.¶ Ue/
rum in febꝛibus ardentibus foꝛtaſſe nō eſſet in ea
ſufficiēs infrigidatio ⁊ humectatio ſicut in aqua
angurie et cucurbite.¶ Sed hic cōſiderandū quā/
do cogit te neceſſitas ad vſu; hmōi aque fructuū
medicus debet eius malitiam coꝛrigere cū deco/
ctione que fiet hoc modo. Inuoluimus anguria;
aut cucurbitam in paſta ⁊ ponimus in furno.⁊ qn̄
paſta exterius appoſita erit decocta confidimus
ꝙ aqua intrinſeca angurie aut cucurbite erit de/
cocta ⁊ tunc remota paſta perfoꝛamus cucurbitā
aut anguriā ac ſi eſſet veges et extrahimus aquā
quam volumus:et poſtea claudimus cu; ſpina et
haurimus de ea ſm̄ oppoꝛtunitatem. verum non
eſt ita guſtui delectabilis ſaltem aqua angurie ſi/
cut ſuccus eius oꝛe expꝛeſſus. Et ex his pt; reſpō/
ſio ad rationes ꝓbantes aquam hmōi compete/
tere in pꝛincipio.⁊ ad vltimam rationem pꝛobantē
ipſam conuenire poſt hebdomadam.

**Dubitatur** pꝛo declaratione tertij coꝛre
larij.vtrū omnes fructus no/
ceant cum ebulitione ſua et coꝛruptiōe ſua in ſto
macho.¶ Arguitur ꝙ nō.pꝛimo qꝛ granata aceto
ſa:et pꝛuna damaſcena:acetoſitas citri ⁊ limōis
recentis ⁊ arācei ꝓhibent ebulitionē ⁊ coꝛruptio
nem in ſtomacho et repꝛimunt coleram:quod non
facerent ſi ebulirent ⁊ coꝛrumperentur in ſtoma/
cho.ergo nō nocent febꝛicitanti.tenet cōſequen/
tia.⁊ aſſumptum eſt Aui.et reliquoꝛum auctoꝛum
in capitulis ꝓpꝛijs.¶ Et cōfirmatur.qꝛ a b omni
bus auctoꝛibus ⁊ ex cōmuni vſu pꝛacticantiū con
ceduntur in febꝛibus peſtilentialibꝰ ad extinctio
nem caloꝛis febꝛis ⁊ pꝛohibitionem maligne pu
tredinis.¶ Amplius in capitulo de cura tertiane
vult Aui ꝙ quando eſt neceſſaria ſubtiliatio regi
minis detur in potu aqua granatoꝛū et aqua me
lonis indi.conſtat autem ꝙ ſubtiliatio eſt neceſſa
ria in ſtatu quando eſt maxima ebulitio.ergo vi/
detur ꝙ iſti fructꝰ nō ſint apti ebulire. ¶ Amplius
dicit Auic.ꝙ melo indus eſt vehementis iuuamē/
ti in tertiana et ꝙ foꝛtaſſe nō nocet niſi parum.⁊ ſi
militer de ſucco limonis nō ſaliti ⁊ de ſucco ace/
toſitatis citri.¶ Preterea in febꝛibus multe inflā

*An omnes fru/ ctꝰ noceāt ſua ebulitione.*

mationis ſicut eſt cauſon tertiana ab omnibꝰ au/
ctoꝛibus hi fructus cōceduntur.Et dicunt de me
lone indo ꝙ ē maximi iuuamēti.Ma; cū hoc ꝙ ſol
uit ⁊ ꝓuocat et frangit vehementiam caloꝛis ⁊ fa
cit ſudare foꝛtaſſe nō nocet niſi parum. ¶ Preter/
ea medici moderni ꝯcedūt febꝛicitātibꝰ poma ⁊
pira cocta.et aliquando concedūt amigdalas pi
neas ⁊ phiſtica.

**Pro ſolutione** huius dubij pꝛemittē
dum ꝙ aliqui fructus
ſunt opiri.i.multu; hūidi ſiue ſucci:ſicut vue ficus
pepones angurie cucurbite poma pira ceraſa ꝑ/
ſica:⁊ ſimilia. Quidam ſunt pauci ſucci ſicut auel
lane caſtanee pinee nuces amigdale fiſtica:⁊ ſimi
les.Sed de pꝛimis fructibus multi ſucci pꝛio du
biū expediemus.deinde de fructibus pauci ſucci.

**Pro declaratione** pꝛimi pꝛemittā/
tur quedam ꝓpo

*Propoſitiōes notande.*

ſitiones.¶ Pꝛima omnes fructus multi ſucci ha/
bent aliquam partem ſui humidi aptam ebulire
⁊ in ſtomacho coꝛrumpi.¶ Secūda ꝓpoſitio.Nō
omnes fructus multi ſucci equaliter participant
de hoc humido apto ebulitioni ⁊ coꝛruptioni:im
mo quidam multum de ipſo participāt ſicut vue
ficus ⁊ alia ſupꝛaſcripta. Quidam parū ſicut gra
nata ⁊ ꝓpꝛie muza:et acetoſa acetoſitas citri arā
cei limonis pꝛuna damaſcena:⁊ ſimiles.¶ Tertia
ꝓpoſitio.multum participantes de humido pu/
treſcibili quidā ſunt debilis complexionis quoꝛū
aquoſitas per pꝛimam digeſtionem ſeparatur a
parte in ſanguinem cōuertendā ſicut ficus ⁊ vue.
hinc eſt ꝙ tales lubꝛicant ventrem. Quidam ſunt
foꝛtis complexionis quoꝛum humiditas nō ſepa
ratur a ſanguine nec a parte in ſanguinem cōuer/
tenda.nec per pꝛimam digeſtionem nec per ſecū/
dam ſicut pira poma perſica et ſimilia.⁊ iſti cum
comeduntur necꝫ leniunt ventrem necꝫ pꝛouocāt
vꝛinam.⁊ iſtoꝛum humiditas remanet in ſangui/
ne qui ſanguis facile putret.quia caloꝛ naturalis
nō poteſt ſufficienter ſuum humidum regulare.
¶ Quidam autem ſunt complexionis medie ⁊ ho
rum humiditas non ſeparatur a parte in ſangui/
nem conuertēda. per pꝛimā digeſtionem pꝛopter
ea nō lubꝛicat ventrem :ſed bene ſeparatur per
digeſtionem ſecundam pꝛopterea pꝛouocant vꝛi
nam ſicut pepones angurie:et ſimiles.Comple/
xio autem iſta foꝛtis debilis et media ita etiā po
teſt reperiri in parum participantibus de hoc hu
mido putreſcibili ſicut in multum participanti/
bus de eo.¶ Quarta pꝛopoſitio.in multis fructi/
bus pꝛeter partem ebulitioni et coꝛruptioni pa/
ratam inuenitur pars infrigidatiua que in ſtoma
cho pꝛohibet ebulitionem malam et coꝛruptio/
nem.et que ad venas tracta infrigidat ſangui/
nem in venis et repꝛimit caloꝛem. Et iſtoꝛum
quidam habent talem partem multum reſiſten/
tem putrefactioni ſicut granata et alia aceto/
ſa de quibus ſupꝛa ſicut acetoſitas citri limonis
arancei pꝛunoꝛum damaſcenoꝛum:et ſimilium.
Quidam habent talem partem non multum reſi/
ſtente; ſicut poma pira ceraſa:⁊ ſimilia.¶ Ex quo
infertur ꝙ in multis fructibus reperitur virtus re
pꝛimens ebulitionem dominans ſupꝛa virtutem
ebulire faciente;.⁊ pꝛohibitio maioꝛ putredinis
ꝙ̄ aptitudo ad putrefactionē.⁊ in aliquibꝰ ecōtra

**His ita pꝛemiſſis** reſpondeamus
ad queſitū per

*Concluſiones in materia fructuu; valde notande.*

infraſcriptas concluſiones.¶ Pꝛima.omnes fru/
ctus et ꝓpꝛie opiri nocent febꝛicitantibus febꝛi/
bus putridis

bus putridis cũ ebulitione ſua et corruptione ſua
in ſtomacho: et quãdoq̃ in alijs membris. Iſta cõ
cluſio patet ex prima propoſitione: ⁊ hec eſt reſpõ
ſiua ad dubium. ¶ Secunda concluſio. fructus ma
gis participãtes humido ebulitioni et corruptio
nĩ parato magis vitandi ſunt in febribus putri/
dis: et econtra qui minus participant liberius cõ
cedi poſſunt. horum autem exempla patent ex ſu/
praſcriptis. ¶ Tertia concluſio. fructus debilis et
medie complexionis liberius concedi poſſunt quã
fructus fortis cõplexionis ceteris paribus. Pro/
batur. nam in primis humiditas putreſcibilis ſe/
paratur a ſanguine ⁊ a parte in ſanguinem cõuer
tenda per primam aut ſecundam digeſtionem: in
alijs autem minime. Quapropter ex ipſis genera
tur ſanguis maxime putreſcibilis. ¶ Preterea in
his eſt apta fieri ebulitio et corruptio in prima ſe
cunda et tertia digeſtione magis quã in alijs. ho/
rum exempla ſuperius poſita ſunt. ¶ Quarta con/
cluſio. fructus in quibus reperitur humidũ multũ
reſiſtens ebulitioni et corruptioni: cum hoc tamẽ
eſt de humido ebulitioni et corruptioni parato: li
berius ceteris in febribus putridis concedi poſ/
ſunt ſicut granata acetoſitas citri limonis ⁊ ſimi/
les. Et econtra oppoſito modo ſe habentes ma/
gis prohibendi ſunt in febribus putridis ſicut po
ma pira perſica: et ſimilia. In primis enim domi/
natur virtus reſiſtens ebulitioni et corruptioni ſu
pra virtutem parantem ebulitionem et corruptio
nem: in alijs autem econtra. ¶ Quinta concluſio.
hi fructus multũ ebulitioni et corruptioni parati
multum per decoctionem corriguntur ſicut poma
pira et pſica. Unde in febribus putridis magis cõ
cedi poſſunt quã ipſa cruda propterea perſica co/
cta conceduntur aliquando in quartanis ⁊ poma
De ſuccis ad cocta in colericis. ¶ Similiter dicitur de ſuccis ad
ſolẽ iſpiſſatis. ſolem vel per decoctionẽ inſpiſſatis. eorum enim
humidum putreſcibile euaporat. Et ſimiliter de
vuis ⁊ ficubus ſoli ſolatis: aut in furno coctis. Ue
rum iſta poma et pira cocta ſimiliter vue ſubſola/
te: et ſimilia conceduntur multotiẽs gratia reſtau/
rationis appetitus magis quã gratia febris. Et
huiuſmodi poma pira et citonia cum concedun/
tur ratione appetitus et vt minus ſint putreſcibi/
lia debent aſſari. Si vero queris eorum maiorem
infrigidationem et humectationẽ in febribus po
tius elixentur. De pomis tamen dicit Auerroys
Auerroys. quinto colliget autoritate Auẽzoar ꝙ ſunt peſſi/
Auenzoar. ma generantia ventoſitates in digeſtione tertia
que difficulter diſſoluũtur. Et Rabi Moyſes ſe/
Rabi moyſes. cunda particula afforiſmorũ autoritate filij zoar
Malũ ſui odore corroborat cor et cerebrũ: ⁊ eius
odor eſt vtilis ptiſicis et melancolicis: ſed cibatio
eius eſt peior omni cibatione fructuũ: quia ſui pro
prietate generat ventoſitatem in neruo et lacerto
que non niſi cum difficultate diſſoluitur: propter/
ea non ex leui cauſa in putridis concedenda ſunt
neq̃ cruda neq̃ cocta et non concedantur in mul/
ta quantitate. Pira tamen ⁊ citonia vbi cum febre
coniungeretur fluxus ventris conceduntur ratio/
ne fluxus non ratione febris. Similiter ad ſiſten/
dum vomitum Et hec ſufficiant de fructibus opi
ris de quibus maxime in parte preſenti intellexit
Aui. ¶ Sꝫ de fructibus pauci ſucci nũc agendum
eſt ſicut ſunt caſtanee auellane amigdale pinee
nuces phiſtica. hi quidem fructus in comparatio
ne ad opiros habent parum de humido ebulitio/
ni et corruptioni parato. Nocent tamen commu/
niter in febribus putridis. ¶ Caſtanea nocet quia
ſtiptica opilatiua difficilis digeſtionis. ¶ Auella
ne calide ſunt nullo modo comedẽde in febribus
acutis. Sed aliqualiter rorefacte cõmuniter ab ip
ſis medicis conceduntur in confortatione epatis
frigidi. ¶ Sed amigdale ſunt temperate in acti/
uis declinantes ad humidũ difficilioris digeſtio/
nis quã nuces. Quapropter ſi volumus eas con/
cedere mundande ſunt cum aqua calida a cortice
exteriori. Et terende ſunt forti contritione ⁊ in fer
culis ponende. ſunt enim guſtui delectabiles.
¶ Pinee declinantes ad calidum et humidum ſa
tis nutriunt et pulmonem mundificant a ſanie: ſꝫ
ante exhibitionem preparande ſunt quater ipſas
lauando cum aqua calida et quater ipſas exic/
cando: et hoc modo preparate conueniunt ptiſi/
cis et febricitantibus in quibus eſt neceſſarium
mundificare pulmonem. ¶ Phiſtica calida in fine
ſecundi declinantia ad humidum multum valent
in confortatione epatis et ſtomachi frigidi: ⁊ ape
riunt opilationes. conceduntur ergo in febribus
flegmaticis et melancolicis et proprie iam dige/
ſta et minorata materia quando eſſet opus cõfor
tatione ſtomachi et epatis. ¶ In nuce nullum in/
uenio iuuamentum in febribus. eſt enim notabi/
liter calida ſcđm aliquos in pricipio tertij. eſt ma
la ſtomacho difficilis digeſtionis mali chimi cõ/
uertibilis ad coleram.

**Ad rationes** in oppoſitum. ¶ Ad pri/
mam dico ꝙ granata ace
toſitas citri: et ſimilia: licet habeãt aliquid humi/
di ebulibilis: et corruptioni parati: conceduntur
tamen in febribus acutis cum magis iuuent per
partem frigidam reſiſtentẽ putredini quã noceãt
per paucum humidum putreſcibile. ¶ Ex quo in/
fertur ꝙ ſi ſucci huiuſmodi fructuum eſſent depu/
rati aut inſpiſſati ad ſolem aut per decoctionem
eſſent preſtantiores et ſecurius adminiſtrarentur
quã ipſi nouiter expreſſi. ¶ Et ad confirmationẽ
dicitur ſimiliter ipſos magis conferre in peſtilen/
tialibus et reliquis febribus ardentibus per par/
tem reſiſtentem putredini quã noceant per partẽ
ebulitioni paratam. ¶ Ad aliam confirmationem
reſpondetur ſimiliter ꝙ quando in ſtatu eſt maxi/
ma ebulitio confidimus ipſos per partem infrigi
dantem magis ſedare ebulitionem quam augere
per paruam partem ebulitioni paratam. Et ſimi/
liter reſpondetur ad reliquas replicationes.
¶ Ubi vero febris non eſſet tante intenſionis ⁊ pẽ/
deret ab humore groſſo horum nocumẽtum quod
faceret ingroſſando materiam: et per partem ebu
litioni paratam eſſet maius ꝙ̃ iuuamentum per
partem infrigidantem: immo ſimul nocerent per
vtranq̃ partem. ¶ Conceduntur itaq̃ in febribus
multe inflãmationis et pendentibus ab humori/
bus ſubtilibus etiam ab ipſo initio. Sed vbi eſſet
groſſities materie cum multa inflammatione con
cedãtur poſt hebdomadam: id eſt materia digeſta
et minorata. Ubi vero materia eſſet groſſa: et fe/
bris pauce inflãmationis nullo modo concedun/ De pomis
tur. ¶ De pomis autem et piris dico ꝙ multotiẽs et piris.
conceduntur per errorẽ et pro voluptatibus egro
rum: cum aliquando plus conferãt rectificando
appetitum et faciendo ſtomachum melius ample
cti cibum quam noceant propter humidum ebuli
bile: vt dictum fuit in corpore queſtionis: et ꝓprie
quando ſunt ſufficienter aſſata: ſed de his ſatis.
¶ De fructibus autem pauci ſucci ſicut amigdale
auellane caſtanee nuces pinee phiſtica ſufficiẽter
dictum eſt in quibus caſibus conferunt: in quibus

nocеant et quomodo ſint preparandi.

**Et multotiens quidē inuenitur res que digerit et ſubtiliat et infrigidat cum euacuatione ſicut ſirupus acetoſus.**

¶ In parte preſenti Auicenna oſtendit in vſu cuiuſdam rei vtilis et conuenientis quandoqꝫ duas intentiones cōuenire ſupraſcriptas: ſcilicet in vſu ſirupi acetoſi. Dicit ergo quod multotiens reperitur res que digerit et ſubtiliat et euacuat: infrigidans etiam ſicut ſirupus acetoſus. ¶ Circa quam partem notandum quod quando abſolute profertur ſirupus acetoſus intelligitur de illo qui fit ex aceto aqua et zuccaro. quorum proportio ponetur inferius in capitulo proprio. et dicentur ibi iuuamenta ſua. Sed hic dicemus quantum eſt expediens huic propoſito. Hic ergo ſirupus per aquā et acetum infrigidat: et ſic conuenit ratione febris. et per acetum incidit materias viſcoſas. et per zuccarum abſtergit eas a membrorum ſuperficie. et ſic per vtrunqꝫ digerit. Euacuat autem q2 omne abſterſiuum eſt quodammodo ventris ſubductiuum et proprie vbi fuerit inciſiuo coniunctuꝫ adiuuante abſterſiuuꝫ diuidendo obiectum expellibile et punctione ſua expulſiuā ſtimulando.

**Et ſcias quod febris quandoqꝫ eſt tante vehementie et acuitatis: quod non licet vti regimine cauſe: immo indiget infrigidatione vltima: et proprie cum nō inuenis virtutem fortem reſiſtentē tolerantem.**

¶ Cum Auicenna in parte generali oſtenderit ſtāte contrarietate in executione duarum intentionū quarum altera debetur febri altera debetur humori ad quam intentionem debeat medicus ſe cōuertere quia ad illaꝫ que eſt magis timoroſa. id eſt de cuius omiſſione minor ſequitur timor. ¶ In parte preſenti oſtēdit hoc in ſpeciali. Et habet hec pars tres partes. In prīa oſtendit in quo caſu et ex quibus cauſis medicus ſe debet conuertere ad febrē. In ſecunda parte oſtēdit in quo caſu et ex quibus cauſis medicus debet ſe conuertere ad cauſam: ſcilicet ad humorem. In tertia parte remouet dubium. ſecunda ibi. (Quod ſi.) tertia ibi. (Quod ſi) ¶ In prima parte dicit. Scias quod febris quandoqꝫ eſt tante vehementie: ſcilicet quo ad multitudinem caliditatis et acuitatis quo ad intenſioneꝫ quod non licet vti regimine cauſe: id eſt humoris ipſum digerendo ⁊ euacuando: immo indiget: ſcilicet ipſa febris infrigidatione vltima ad feſtinaꝫ ipſius extinctionem. et proprie cum non inuenis virtutem reſiſtentem: ſcilicet ipſi humori tante inflammationis tolerantem: ſcilicet tantam reſolutionem abſqꝫ cibo. Et hec eſt ſententia Galeni. decimoquarto terapentice in principio cum dicit. Si intolerabilis fuerit laboranti magnitudo febris non oportet per ea per que cauſam abſcindimus augere febrem. Simul enim interimemus hominem et febrem. ¶ Notandum primo quod vltime infrigidare poteſt intelligi duobus modis. Vno modo quod infrigidetur quantum eſt poſſibile: et hunc modum nunqꝫ ſequi debemus quia interimit. Secundo modo poſſumus intelligere qđ infrigidemus: cum medicina vna vice aut in paruo tempore remouente totum aut quaſi totum exceſſum caloris ſupra temperamentum proprium patientis. Et hic modus eſt hic obſeruādus et vniuerſaliter quando timemus ne operando paulatim ita virtus diſſoluatur vt in pauco tempore ſuccumbat. Hec autem extinctio fit per potum aque frigide. epithimata: et ſimilia. ¶ Ratio autem canonis quare oporteat attendere febres et dimittere cauſam eſt: quia quāuis digeſtiua et euacuatiua non adherent in calore: vita tamen cum tanta inflammatione non poſſet tanto tempore durare quantum requiritur ad digeſtionem et euacuationem. Propterea opus eſt quaſi ſubita et feſtina extinctione. ¶ Notandum ſecundo quod medicus tunc eſt certus eſſe opus tanta feſtinantia ad extinctionem caloris febrilis quādo cum tanto caumate febrili inuenit virtutem non reſiſtentem calori febrili diſſoluenti: eo quia forte habet humidum ſubtile. poros latos. et eſt colerice complexionis et pauci humidi: et forte paucorum ſpirituū vnde non poteſt multū diſſolutionem tolerare et forte non poteſt tolerare ieiunium: quia eſt paratus ſincopi propter eaſdem cauſas: aut forte propter debilitatem oris ſtomachi. Nam ſi cum magno caumate febrili eſſet reſiſtens diſſolutioni et tolerans abſtinentiam a cibo. quia forte eſſet humorum groſſorum denſorum pororum et fortis oris ſtomachi non aptus ſincopi cōſuetus ieiunare flegmatice complexionis: medicus non curabit infrigidare vltima infrigidatione: immo vtetur digeſtiuis ⁊ euacuatiuis ſcđm exigentiam cauſe ⁊ leuibus extinctiuis nō incrudantibus humorem.

**Quod ſi inuenis eam reſiſtentem tolerantem abſcinde cauſam et expelle humorem: et abſcinde cibum: et non infrigides infrigidatione que prohibeat reſolutionē.**

Quando med cus vertit ſea cauſam.

¶ Hic eſt ſecundus canon in quo oſtendit quando medicus intentionem ſuam vertit ad cauſam: ſcilicet materiam et negligit febrem: aut parum illi intendit. et dicit. quod ſi inuenis eam: ſcilicet virtutem reſiſtentem diſſolutioni et tolerantem eam: ⁊ a cibo abſtinentiam propter cauſas ſtatim ſupraſcriptas abſcinde cauſam et expelle humorem manifeſte euacuando per ſeceſſum vomitum et alias manifeſtas euacuationes: et abſcinde cibū vt fiat hūoris inſenſibilis euacuatio: neqꝫ natura diuertatur a pugna contra eum: et nō infrigides infrigidatione qua prohibeat humoris reſolutionem et ingroſſando faciat ipſum ineptum ad alias manifeſtas euacuationes. ¶ Notandum primo quod cauſa quare virtus reſiſtit diſſolutioni et facile tolerat eſt duplex. vna ſumpta ex parte agētis: quia forte calor febrilis non eſt valde magnus. altera ſumpta ex parte reſiſtentie: quia licet calor febrilis ſit magnus. reſiſtentia tamen ex parte egri eſt fortis propter cauſas ſtatim enumeratas. Et quomodocunqꝫ ſit ſi eger bene tolerat procedendum eſt cura regulari digerendo euacuando humorem et pro parte extinguendo caliditatem febrilem. ita tamen vt illa extinctio non incrudet humorē. Auicenna tamen hic non fecit mentionem de digeſtione dans ipſam intelligi. ¶ Notādum ſecundo qđ non debemus penes hunc canonem ſemper cum equalibus extinctiuis procedere. Nam caumate exiſtente magno et virtute bene tolerante debemꝰ ceteris paribus cum fortioribus extinguentibus procedere quam caumate exiſtente paruo et virtute non bene tolerante. oportet enim quod gradus et potentia frigiditatis extinguētis ſit gradui et potentie caloris extinguendi proportionatus.

**Quod ſi inuenis virtutem deficientem**

ſis occupatus in equando complexionem contrariam ei: quare infrigida eam: et viuifica virtutem cum cibo. Tunc fit fortis per viuificationem ſuam: et vincit contrarium ſuum: redi ad cauſam ſuam.

¶ In parte preſenti Auicenna remouet dubium circa primum dictum. Diceret enim quis quamuis medicus extinxerit febrem et viuificauerit virtutem cum cibo: tamen adhuc eger non erit curatus cum remaneat humor a quo pendet febris. quid ergo tunc erit agendum? Reſpondet quod cum tu feceris hec: redi ad cauſam: ſcilicet ad humorem dirigendum: aut euacuandum ſecundum quod erit expediens. Dicit ergo quod ſi inueneris virtutem deficientem: ſcilicet aut ex parte reſiſtentie egri propter cauſas ſupraſcriptas: aut vehementiam caloris febrilis ſis occupatus in quietando complexionem contrariam ei: ſcilicet egro in extinguendo caliditatem febrilē. quare infrigida eam: ſcilicet complexionem febrilem. et viuifica: ideſt conforta virtutem cum cibo non curādo de humore que duo fiunt cura coacta. Tunc virtus fit fortis per viuificationem ſuam: ideſt per cibi aſſumptionem et vincit contrarium ſuum: ideſt calorem febrilem: redi ad cauſam: ideſt ad humorem ad ipſum digerendum et euacuandum. hec enim eſt cura regularis: quia humore digeſto et euacuato facile ceſſat febris cum ipſa pendeat ad humore in eſſe et in conſeruari: quo non remoto non poteſt integre curari.

Galeni documentum.

# Sed dubitatur

de prio dicto. Naȝ huius contrarium dicit Galenus decimo terapentice primo capitulo vbi dicit. primuȝ predictorum: ſcilicet ſanare febrem et contemnere cauſam non laudatur. ¶ Pro concordia Auicenne et Gale. Dicit Franciſcus de pedemontium quod Galenus vult quod non intendatur ita ad vnum quod non intendatur ad aliud. Hec reſpōſio: vt bene dicit Gētilis nō eſt ad mentē Gal. q: hoc ē tertiū mēbrū diuiſiōis. ſ. intēdere plus ad vnū reliquū nō omittendo. ¶ Sȝ pro horum concordia ſciendum quod Galenus loco allegato ſic dicit ad litteram. Scrutatio vero diligentie vtriq; tibi generabitur diuidenti totam intentionem in tres has ſcrutationes. Primū vtruȝ ne febris eſt ſola ſananda te contemnente cauſaȝ aut cauſa abſcindenda te nullam curaȝ febris habente vel plurium auxiliorum ad alterutrum eorum eſt faciendum: non autem reliquum negligendum. Deinde dicit. igitur primum quidem predictorum non laudatur. Si enim quibuſcunq; ſanauerimus auxilijs id febris quod ſemp generat hec nobis augebūt cām q̄ facit eam nec interimemus vnquam generationē eius: nec magnitudineȝ deſtruemus. Nam et generatio ſequitur ſpeciem cauſe que facit eam et magnitudo illi coaugebitur.

Symphonia Galeni cū Auicenna.

Triplex ſcrutatio circa cauſā febrem.

Ex quibus verbis elicimus triplicem ſcrutationē Prima vt intendamus febri omnibus auxilijs omnino cauſa neglecta. Secunda vt intendamus cauſe omnibus auxilijs omnino febre neglecta. Tertia vt vtriq; attendamus notabiliter ſed principalius vni quam alteri. ¶ Sed pro concordia Auicenne et Galeni dicamus quod attēdere febri neglecta cauſa poteſt eſſe dupliciter. Vno modo qd̄ omnibus aut fere omnibus auxilijs intendamus febri omnino cauſa neglecta: vtputa cum potu aque frigide balneo eiuſdem epithimatibus capiti et cordi et epati. Et breuiter omnibus auxilijs que precipiuntur ab Auicenna inferius in capitulo curationis febrium acutarum. Et nihil faciamus circa cauſam. Et hic modus non laudatur a Galeno. Nam auxilia que faciemus ratione febris augebunt putredinem opilando et vaporum putridorum tranſpirationem prohibendo et putredo aucta augebit febrem. Et q̄ hoc ſit verum vide textum Galeni ſupra poſitum. Si enim quibuſcunq; ſanauerimus auxilijs ꝛc. ¶ Secundo poſſumus intendere febri pluribus auxilijs non tamen omnibus. Vitabimus enim illa que veriſimiliter poſſunt augere cauſam. Sicut exēpli gratia. balneationem in aqua frigida ſed ſolum ipſam dabimus in potu. Nihil tamen proprium faciendo circa cauſam. Et hic modus placet Auicenne in parte preſenti quem non vituperat Galenus. Nam tertius modus Galeni multū differt ab hoc. Naȝ ſecundum illum modum notabiliter attendimus vtriq;. ſed principalius vni quam alteri: ſicut exempli gratia. volentes attendere magis febri quā cauſe cauſa non neglecta daremus aquam ordei notabiliter frigidam in magna quātitate aut daremus ſirupum acetoſum cum aqua valde frigida mixtum in notabili quantitate. ¶ Et econtra volētes magis attendere humori quam febri non neglecta febre darem⁹ aquam ordei aut endiuie calidam cum oximelle ſimplici aut oximelle compoſito. Si autem vellemus magis attendere humori quaſi omnino febre neglecta daremus ſimplex aut compoſitum in flegmatica cum aqua feniculi. Et ex his patet concordia et modus procedendi cum his intentionibus.

¶ Et cum tu infrigidas de iſtis febribus: tunc non infrigides eam cuȝ eo in quo ſunt ſtipticitas et exiccatio: ſicut ſunt trociſci infrigidantes: niſi poſt digeſtionem et euacuationem.

¶ In hac parte que eſt vna de quinq; principalibus partibus huius capituli ponit cū quibus dicte intentiōes pficiantur ponēdo in vſu carū caſi. Et habet tres partes. In prima ponit vnum canonem in vſu infrigidantium que debentur febri. In ſecunda ponit duo documenta. In tertia redit ad ponendum canonem tam circa euacuationem quam circa infrigidationem. ſecunda ibi. (Et ſcias quod cura febris.) tertia ibi. (Et prouide.) In prima parte dicit quod quando tu infrigidas aliquam de iſtis febribus nō infrigides eam cum aliquo in quo ſit ſtipticitas et exiccatio ſicut ſunt trociſci infrigidantes qui ſunt ſtiptici ſecundū plurimum, niſi digeſta materia et pro parte euacuata.
¶ Notandum circa partem preſentem quod Auicenna ante digeſtionem et minorationem materie prohibet infrigidationem cum frigidis ſiccis et ſtipticis. nō autem prohibet infrigidationeȝ cum frigidis et ſiccis abſq; notabili ſtipticitate ſicut eſt acetum vini. Prohibet autē frigida ſtiptica ſicut ſunt trociſci de ſpodio de berberis et ſimiles. Nam trociſci frigidi ab autoribus deſcripti ſecūdum plurimum ſunt ſtiptici. Nocent autem huiuſmodi ſtiptica imobilitando materiā necnon claudendo ductus ⁊ vias per quas debet fieri euacuatio. licet igitur ſtantibus duabus intentionibus vna infrigidandi ratione febris. altera digerendi ⁊ euacuandi ratione humoris: ſit aliquādo maior intentio ad febrem propter vehementiā inflammationis quam ad humorem. Attamē non debe-

mus infrigidare cum his ſtipticis que noceāt ma-
gis prohibendo digeſtionē et euacuationem pro-
pter ſtipticitatem quam inuenit infrigidando. Et
etiam quia non tam faciliter alijs partibus pene-
trant infrigidando vſq; ad venas diſtantes a ſto-
macho. et precipue trociſci ſicut ſirupi et aque nō
ſtiptice. ¶ De trociſcis tamen erit ſpeciale dubiū
in fine capituli qualiter ꝯferant aut non conferāt
in febribus et que fuit neceſſitas eorum. ¶ Notan-
dum ſecundo quod cum dicimus nō eſſe infrigidā-
dum cum ſtipticis ante digeſtionē et euacuationē
intelligimus merito duarū intentionū generaliū
dictarum. nō enim eſt dubium quod aliquādo me-
rito nimie fluxibilitatis cōtingentis in principio
febrium putridarum conueniūt ſtiptica. Eſt enim
tunc eorum maius iuuamentū prohibēdo caſum
virtutis quam nocumētum prohibendo digeſtio-
nem materie.

**Sed quia** zuccarum roſatum multotiēs a medicis conceditur in febri-
bus putridis. Solet hic dubitari vtruꝫ conueniat
in principio putridaruꝫ nōdum digeſta aut mino-
rata materia. Et arguitꝰ ꝙ ſic: quia practicātes cō-
muniter concedunt ipſum et iuleb roſatū diſtem-
perantes ipſum cum aqua. ¶ Preterea Auicenna
in principio de cura flegmatice a principio conce-
dit geleniabim quod eſt conditū de roſis cum zuc-
caro aut melle: et ſic eſt mel roſatum aut zuccarum
roſatum. ¶ Preterea Raſis ſexto continētis in al-
melſletu. ergo multo magis cōcedendū eſt in prin-
cipio feb. ¶ Amplius apud Meſue in antidota-
rio confortat ſtomachū et cor quorū confortatio-
nem maxime in febribus intendimꝰ. Et apud Aui-
cennā quinto cañ. tractatu ſeptimo iuuat ad febrē
¶ Amplius zuccarum roſa. per zuccarum abſter-
git. per roſas infrigidat et lenit ventrem et confor-
tat: et ad lenitionē iuuat zuccarū ſua abſterſione.

**In oppoſitū** eſt Auicen. in parte preſenti. Nō infrigidas cū
eo in quo eſt ſtipticitas et exiccatio: ſed in zuccaro
roſato ſunt hec duo. ¶ Item raſis tertio tractatu
Almā. loquens de zuccaro roſato dicitꝰ qō qui pa-
tiuntur calorem et ardorem nullo modo ipſum co-
medere debēt maxime ſi eſtas fuerit. Calefacit eīm
et ſitim affert. licet Simon ianuēſis innuat qō trāſ-
lator errauit: quia loquitur Raſis de melle roſato
et credo quod errauit: vt patet ex textu ſequenti. di-
cit enim Simon quod in textu arabico principiuꝫ
capituli nō dicit zuccarū roſatum: ſed geleniabin
quod eſt ꝯmune ad illud quod fit de zuccaro ⁊ mel-
le. ¶ Et ideo dicit Raſis in fine quod ſi neceſſitas
cogit dare geleniabim ad abſtergēduꝫ ſtomachū
in calefactis detur illud quod eſt factum de zucca-
ro innuens quod nocumenta que dixit fiunt ab il-
lo quod eſt factū cum melle: et hoc eſt calidum.

De zuccaro roſato ⁊ melle roſato.

**Pro ſolutione** huius dubij premittē-dum eſt quod gelenia-
bim arabice eſt roſe cōdite ſiue cum zuccaro: ſiue
cum melle. Eſt itaq; duplex: ſcilicet zuccarum roſa-
tum et mel roſatum. ¶ Deſcriptio zuccari roſati.
Recipe foliorum roſarum albarum aut rubearum
partem vnam expandātur ſuper tabula in vmbra
vſq; dum ſuperfluū humiditatū reſoluatur: ⁊ ſint
roſe habentes mediocritatē inter cōpletionem et
acerbitatem: terātur in vaſe lapideo. deinde proij-
ciatur ſuper eas zuccari tabarzet: id eſt albiſſimi ⁊
depuratiſſimi triplum ponderis earum reponan-
tur in vaſe vitreo ⁊ obturetur os eius cum perga-
meno: et opponatur ſoli menſibꝰ tribus omni die
ſepe agitando cum piſtello vel ſpatula. deinde re-
moueatur a ſole et reſeruetur. Et quidam faciunt
illud cum roſis nō habentibus aliquid de comple-
tione ⁊ eſt magis ſtipticū. Et quidam non terūt ro-
ſas ſed incidunt cum forficibus et fricāt manibus
fricatione vltima roſas et zuccarum: deinde expo-
nunt ſoli. ¶ Mel roſatum ſic fit. Recipe foliorum
roſarū preparatarū: vt ſupra partem vnam mellis
partes tres coquātur cum facilitate ſicut oportet
Et ſunt qui ponunt mellis et ſucci roſaruꝫ partes
equales ⁊ nō ponunt ex folijs aliquid. Et ſunt qui
ponunt foliorū roſarum partem vnam ſemis ſuc-
ci eius partē vnam ſemis mellis partes tres. Pri-
mum eſt magis cōfortatiuū et minus lenitiuum.
ſecundū minus confortatiuū magis abſterſiuum
⁊ plus ſolutiuū. tertium vero eſt medium inter hec
et preſtantius forte eſt ceteris. ¶ Et mel roſatum
factum cum folijs eſt duplex. quoddam colatum a
roſis et eſt minus ſtipticum et minus confortati-
uum. ¶ Quoddā non colatum et eſt magis ſtipti-
cum et magis cōfortatiuū. ¶ Sed iuleb roſatum
fit ex aque infuſionis aut diſtillationis roſarū lib.
iij. zuccari optimi lib. ij. bulliāt cum facilitate vſq;
ad ſufficientē inſpiſſationē. Et qō fit ex roſis recē-
tibus eſt magis lenitiuum: ſed ex ſiccis aut aqua
roſata eſt magis ſtipticum. ¶ Et ex his manifeſta
eſt virtus zuccari roſati. Declinat enim leuiter ad
frigidum et eſt magis ſiccum quam frigidum: eo
quod zuccarū tabarzet ponitur quaſi temperatuꝫ
in vtraq; cōtrarietate licet ſit diſcordia de eius cō-
plexione. Roſe auteꝫ ſunt frigide in primo ſicce in
ſecundo quare ⁊c. Eſt tamen differētia ex parte ro-
ſarum. Naꝫ albe ſunt frigidiores quam rubee: ſed
minus cordiales. et complete minus frigide ⁊ mi-
nus ſtiptice quam minus nō complete. ¶ Et ſilue-
ſtres ſunt frigidiores ſicciores ⁊ magis ſtiptice do-
meſticis. et ſimiliter roſe ſicce quam recentes. Suc-
cus tamen roſarum eſt calidus et ſiccus reſolutiuꝰ
abſterſiuus aperitiuus opilationum. ¶ Similiter
eſt differentia ex parte zuccari. nam rubeum no-
tabiliter declinat ad calidum et eſt magis abſter-
ſiuum. Sed zuccarum duarum coctaruꝫ eſt mediū
inter hec. zuccarum tamen roſatum debet fieri ex
zuccaro depuratiſſimo per trinā decoctionem ali-
ter forte declinaret ad calidum. ¶ Mel autem ro-
ſatum eſt calidum et ſiccum. ⁊ calidius eſt illud qō
fit cum ſucco roſarum et minus ſtipticum. ¶ Iu-
leb autem roſatum eſt in virtute zuccari roſati: ſed
minus ſtipticum. et magis lenitiuū eſt illud quod
fit cum aqua infuſionis quam illud quod fit cum
aqua diſtillationis. Et zuccaruꝫ roſatum antiquū
eſt magis ſtipticū quā nouū: et nouū eſt magis ab-
ſterſiuū et cordiale et aliqualiter ſolutiuū.

**His ita premiſſis** pro ſolutione du-bij ponuntur iſte
concluſiones. ¶ Prima. in nulla febre fortis inflā-
mationis competit zuccarum roſatum: quia non
eſt proportionatum infrigidans. Nam ſi aqua cu-
cumeris aliquādo in eis inflammatur quinto col-
liget multo magis zuccarum roſatum. ¶ Secūda
concluſio. zuccarum roſatum quantum ad duas
intentiones generales non competit in febribus
putridis ante digeſtionem et euacuationem. pro-
batur primo quia nullus autorum concedit ipſuꝫ
in principio. Cum enim autores nominent pluri-
ma conuenientia in principio febrium putridarū
de zuccaro roſato nunq; fecerunt mentionem. ⁊ lo-
cus ab autoritate negatiue tenet in practica medi-
cine niſi manifeſta ratio aut experientia ſit in con-
trarium.

trarium. Ratione autem confirmatur: quia ſtiptica non conueniūt a principio ratione digeſtionis cum vias opilent & materias faciant ineptas euacuationi. Nec etiam conuenit ratione euacuationis materie: quia a principio non debet fieri euacuatio cum re que ſuccedat cum ſtipticitate. vnde mirabolani prohibentur ab initio vt poſt apparebit. ¶ Tertia concluſio. zuccarum roſatum aliquādo conuenit a principio ratione confortatiōis ſtomachi aut cordis: quia aliquando indigemus in principio febrium. et proprie vbi ſit aliqua materia ſubtilis euacuanda. propterea in flegmatica aliquando conceditur mel roſatum ab initio.

¶ Quarta concluſio. digeſta materia et minorata zuccarum roſatum conuenit in febribus putridis et proprie in declinatione cum opus eſt confortare membra laſſata ex egritudine et precedentibus ſolutiuis. ¶ Ad rationes in oppoſitum reſpondetur. ¶ Ad primam quod practicantes aliquando male operantur. ¶ Ad ſecundū cōceditur aliquādo mel roſa. in flegmatica coacta intentione confortationis ſtomachi: et minus nocumentum facit quando pendet ab humore ſubtili. ¶ Ad tertiū dicitur quod Raſis cōcedit ipſum in almelileturſe quente febrem. ¶ Et ad reliquas rationes ex his que dicta ſunt facilis eſt reſpōſio.

Cōpertus. In cibus tabeſcentib' febri/b' putridi ſunt biores purgā ſuper vrinas & alui & ſudores Docci omīta/ ... cōe eſt: qd ſi ... iper' ſpō ... in vētris os fiat: et per vo/mit' euinantat frende ſuppe/ ... ſunt: alioqn cōtra naturam officialē irrita/ et non expedit: ... ventris vis cō ... latur oris: q̄ i egritudinib' pcipue vtimur. Deligēda vero ſunt diaq̄ citra calefactionē et ... factionē ſuf ficiunt ad iam dictos mot' ef ficiendos: quē/admodū ptiſſa ... ſuccus: et mel ... cratū. oxymel ... ſimpliciſſi/mū et apomel: ... apij radix cū potanda aqua decocta.

¶ Et ſcias quod cura febris putride eſt diuerſa a curatiōe febris ethice. Curatio enī ethice eſt contenta ſuper contrarietatem egritudinis et curatio febris putride non eſt contenta ſuper contrarietatem egritudinis tantum: immo ſuper abſciſioneʒ cauſe eius: quamuis illud quod eſt conueniēs egritudini et cibationi ſit amicum virtuti ex parte ſui: ſcilicet virtutis: et inimicum virtuti ex parte: quoniam eſt amicū inimico eius et eſt materia quare eſt adiuuans vtrūqꝫ earum: quāobrem indigem' in regimine eius canone: et nos ſingulare capitulū ei ſi deus voluerit faciemus.

¶ Hic Auicenna ponit duo documenta: et ſic diuiditur in partes duas. In prima ponit primum. in ſecunda ſecundū. ſecūda ibi. (Et ſcias quod nō eſt tibi.) De prima parte dicit quod cura febris putride eſt valde diuerſa a cura febris ethice: quia cura febris ethice eſt contenta ſuper vna contrarietate tantū: q: ſufficit ſola infrigidatio. Sʒ cura putride vltra contrarietatē egritudinis oportet quod fiat cum abſciſione cauſe eius a qua dependet: quāuis ſit etiam alia differentia: ſcilicet ex parte cibationis et infrigidationis: quoniā illud quod eſt conueniens egritudini et cibationi: ſcilicet infrigidatio et cibi exhibitio eſt amicū virtuti ex parte ſui: ſcilicet virtutis: quia virtus confortatur per infrigidationem rectificantē complexionem que eſt inſtrumentum virtutis et per cibationeʒ reſtaurantem ſpiritus & ſanguinē. Eſt etiaʒ ex parte ſibi ſcilicet virtuti inimicum: quia eſt amicum inimico eius. ſcilicet materia a qua pendet putrida febris q: infrigidatio multotiens incrudat materiam et cibus auget ipſam. quare ſequitur quod infrigidatio et cibatio eſt adiuuans vtrunqꝫ: ſcilicet virtutem et materiam. Et ideo propter hanc contrarietatem indigemus in vſu ciborum in putrida febre can. ſiue regula ſupple magis quam in vſu ciborum in ethica. Et ideo nos Auicenna faciemus de cibatione febricantium ſingula re capitulum ſtatim poſt preſens capitulū vt cibemus febricitantem cum minori nocumento quam ſit poſſibile. ¶ Notandum primo quod quia febris ethica eſt febris facta et non habet cauſam corpori intrinſecam a qua pendeat ſpeciali depēdentia: ideo circa cauſe remotionem inquantum talis febris non oportet ſolicitari: ſed oportet ipſam extinguere cum contrario: ſcilicet infrigidante: ſicut dicetur in capitulo proprio. Febris autem putrida vt huiuſmodi habet cauſam ad intra corpus a qua dependet ſpeciali dependētia. quapropter oportet ipſius cauſam abſcindere iuxta ſuperius dicta: et cum hoc infrigidare ſecunduʒ quod eſt expediens. ¶ Notandū ſecundo quod licʒ Auicenna ſtatim dixerit quod infrigidatio et cibatio ex parte amicantur virtuti: quia infrigidatio rectificat complexionem et cibatio auget ſanguinem et ſpiritus ex parte inimicantur virtuti: quia amicantur inimico eius: ſcilicet materie incrudando et augendo ipſam non dixit tamen ſe velle dare canonē quibus infrigidemus cum minori nocumēto poſſibili: ſed ſolum ſe facturum capitulum generale vt cibemus cum minori nocumento poſſibili: eo ꝙ can. circa infrigidationē iam incepit proſequi et proſequitur in preſenti capitulo.

¶ Et ſcias ꝙ non eſt tibi poſſibile curare febrem niſi cognoueris eam. quod ſi ignoraueris: tunc ſubtilia regimen.

¶ In parte preſenti ponit tertium canonem ſiue tertium documentum dicens duo. Primum quod non eſt tibi poſſibile vt cures febrem niſi poſtꝙ cognoueris eam. Secundum quod ſi ignoraueris eam tunc ſubtilia regimen. Primum ſic intelligitur quod non eſt poſſibile vt cures febrem cum proprijs ſecundum quod oportet niſi a caſu. niſi poſt integram eius cognitionem. Unde non ſufficit ſcire genus egritudinis nec ſpeciem: ſed oportet ſcire vtrum materia ſit groſſa vel ſubtilis cruda vel digeſta multa vel pauca quanta ſit febris. Et ſic de ceteris diſpoſitionibus: quarum ſermo preceſſit in capitulo de ſignis accidentiuʒ febriū. ¶ In ſecundo dicto Auicen. reſpondet tacite queſtioni. Poſſet enim quis querere cum ignorauero egritudinem: ſicut ſepe mihi contingit debeo, ne aliquid facere. Dicit quod tu debes ſubtiliare dietam. In ſubtiliando enim non poteſt eſſe error: cū quilibet eger debeat ſubtilius dietari quam tempore ſanitatis ſaltem in vna cibatione: cum virtus ſit debilior: et etiam ſecundum plurimum in toto egritudinis proceſſu precipue in egritudinibus materialibus debet ſubtilius dietari quam tempore ſanitatis. Et hoc dictum conforme eſt ſententie Auicenne quarta primi dicentis: quod cum tu ignoras egritudinem committe eam materie: quoniam aut ſuperabit aut manifeſtabit. Attenuando nanqꝫ dietam committimus egritudinem nature ipſa enim cibo non impedita mouebitur contra egritudinē vnde eam aut ſuperabit: aut ſaltem manifeſtabit. ¶ Sed dices hec dieta quantum debet eſſe ſubtilis. Reſpōdeo quod hoc non poteſt determinari: ſed reſpice ad virtutem: tunc preſentem et ad egri conſuetudinem et ceteras cōditiones que poſſunt eſſe pro tunc tibi manifeſte. ſecundum plurimū tamen minus errabis ſi ordinaueris ſibi dietam mediam que eſt ptiſana ordeacea tempore noſtro in brodio pulli aut panis

Documēta in cura feb.

lotus in eodem. Non enim tempore noſtro pro‐
pter hominum conſuetudinem multe comeſtioni
oportet ita attenuare dietam ſicut preceperunt an
tiqui. Cum hac enim dieta media minus potes er
rare quam ſi tu ordinaueris dietam extremam.
cum extrema magis diſtent inter ſe quam medium
ab extremis. ¶ Secundo quereres quanto tempo‐
re licet ſtare in hac ignorantia. Reſpondeo quod
Raſis decimoſexto continentis tibi aſſignat tem‐
pus duorum dierum cui Auicenna conſentit in hac
fen. in capitulo de febribus compoſitis: vbi dicit.
Turpe. eſt medico cognoſcenti ſignificationes cu
iuſcunque febris non cognoſcere earum complexio
nem a prima die vel a ſecunda. ¶ Tertio quereres
tranſlatis duobus diebus ſi non cognouero eam
quid mihi agendum eſt? Reſpondeo quod debes
querere ſocium: quod ſi forte eum non poſſis ha‐
bere facias aliqua cõmunia que ita poſſint pro‐
deſſe quod non obeſſe ſicut cliſteria communia ex‐
hibe ſirupum acetoſum cum aqua zuccari et ſi‐
milia.

## ¶ Et prouide ne occurrat paroxiſmo niſi ventrem habeat vacuum.

¶ Hic Auicenna redit ad cano. et primo ponit ca‐
nones magis concernentes opus contra mate‐
rias communes. Secundo magis concernentes
opus contra calorem febrilem. Tertio ponit ca‐
nones magis concernentes opus cõtra materias
proprias febrium. ſecũda ibi.) Et non prohibeas
ei aquam. tertia ibi. (Et cũ adminiſtraueris iſtos)
¶ Canones autem communiter dati contra mate‐
riam quidam ſunt ad prohibendum impedimen‐ Canones cõ‐tra materiam.
ta digeſtionis et euacuationis. quidam directe re
ſpiciunt euacuationem. Hec pars diuiditur in tot
partes quot ſunt canones. partes patebunt legẽ‐
do litteram. Primus canon eſt de prohibendo im
pediens digeſtionem et euacuationem materie.
Et dicit. prouide ne eger occurrat paroxiſmo niſi
ventrem habeat vacuum. Et per ventrem intelli‐
gite tam ſtomachum quam inteſtina inferiora. hec
regulariter operando debent eſſe vacua ante ad‐
uentum paroxiſmi et exacerbationis. Non dico
quod omnia inteſtina et groſſa: et ſubtilia debeãt
eſſe vacua. hoc enim eſſet valde difficile et raro cõ
tingens etiam ſi eger abſtineret a cibo per duode‐
cim horas aut plures ante aduentum paroxiſmi.
Ratio autem canonis eſt: quia cibus in ſtomacho
corrumpitur a paroxiſmo ſuperueniente et corru‐
ptus ſuggerit materiam morbo. Et ſecundo natu
ra circa cibum occupata non poteſt vacare dige‐
ſtioni et reſolutioni materie. Feces autem in inte‐
ſtinis reperte in magna copia euaporantes per
actionem caloris febrilis addunt inflammationẽ
et iuuant ad corruptionem cibi chili et humoris.
¶ Et ex his patet quomodo hic canon eſt ad pro‐
hibendum ea que poſſent impedire materie dige‐
ſtionem et euacuationem. propterea pro huiuſmo
di canonis obſeruatione multis fecibus exiſtenti‐
bus in inteſtinis ipſas educimus cum ſuppoſi‐
torio aut cliſteri lenitiuo. et ſimiliter ante aduen‐
tum paroxiſmi cibamus tanto tempore in quo ve
riſimiliter cibus ſit digeſtus in aduẽtu paroxiſmi
et hec omnia intelligantur cura regulari. Nam cu
ra coacta multotiẽs ab huiuſmodi canonis execu
tione impedimur.

## ¶ Et non moueas in die paroxiſmi aliquid quantum poſſibile eſt tibi: neque cures febrem.

¶ Hic eſt ſecundus canon in quo dicitur quod nõ
moueas in die paroxiſmi aliquid: ſcilicet euacuan
do materiam quantum eſt tibi poſſibile. Et ſub‐
dit incidentaliter quod in tali die non cures fe‐
brem. ¶ De prima parte canonis ſtatim erit du‐
bium cuius deciſio declarabit ipſam. ¶ Sed eſt
ſciendum pro notitia ſecunde partis. licet de hoc
erit ſpecialis ſermo inferius vbi dicit Auicenna
quod non debemus frangere paroxiſmum: etiam
cum iuleb. Auicenna hic remouet errorem quorun
dam medicorum qui fere in omni febre etiam me‐
diocris intenſionis quam primum in paroxiſmo
et exacerbatione properant ad epithimata infri‐
gidantia circa caput cor epar renes et cetera mẽ‐
bra exteriora quorum error eſt non paruus. Nam
opilando poros ingroſſando materiam prolon‐
gant paroxiſmos: cum oporteat materiam paro‐
xiſmalem tranſpirare per poros. Non enim opus
eſt vt faciamus hec niſi in febribus acutis in qui‐
bus timemus corporis arefactionem. Et ſi omni‐
no velint hec approximare vt videantur plura fa‐
cere melius eſt vt approximent in hora quietis ad
extinctionem caliditatis ſuperflue in membris il
lis forte fouentis febrem et reaggregantis mate‐
riam pro ſequentibus paroxiſmis. De his autem
que ſumuntur pro curatione febris tempore paro
xiſmi ſicut aqua cocta iuleb. et ſimilia erit ſpecia‐
lis ſermo inferius quando et in quibus caſibus cõ
ueniant et qualia debeãt eſſe.

Sed pro declaratione prime partis dubitatur vtrum medicus debeat euacuare in die Queſtio digna notatu.
paroxiſmi. arguitur quod ſic. Primo. quedam fe‐
bres ſunt paroxiſmantes omni die in quibus ne‐
ceſſaria eſt euacuatio. ergo ꝛc. ¶ Secundo in fe‐
bribus continuis ſiue ſint continue proportiona‐
les ſiue concluſe oportet euacuare. Et certum eſt
quod non poteſt fieri niſi in die paroxiſmi: immo
non niſi in hora afflictionis. ¶ Et confirmatur: quia
in continuis licet euacuare hora afflictionis. er‐
go multo magis in interpolatis licebit euacuare
hora afflictionis. tenet conſequentia. cum in con‐
tinuis ſit virtus debilior maior ebulitio et agita‐
tio quam in interpolatis que omnia in euacuan‐
do timentur. ¶ Tertio medicus tunc debet euacua
re quando materia eſt maxime apta motui: ſed in
paroxiſmo eſt magis apta motui quam tempore
quietis: quod manifeſtũ eſt: cum tunc maxime agi‐
tetur et cõmoueatur. ¶ Et confirmatur: quia pro‐
pter hanc cauſam plures medici in quartana pre
cipiunt euacuationem incohoante paroxiſmo.
¶ Amplius propter hanc cauſam quidã fleboto‐
mant quartanarios in reuolutione lune. ¶ Preter
ea dixit Galenus prima afforiſmorum afforiſmo
ſecundo quod medicus debet mouere hora motus
humoris: ſed hora motus humoris eſt hora qua
mouetur ad paroxiſmandum. ¶ Quarto principa
liter medicus debet eſſe imitator nature: et ſic de‐
bet euacuare eo tempore quo natura euacuat: ſed
natura creticat et euacuat in paroxiſmo. tertio de
criſi. ¶ Quinto. quãdocunque natura tentat euacua
tionem adiuuanda eſt. ſed frequenter natura ten‐
tat euacuationem in principijs paroxiſmorum et
proprie per vomitum. quare eſt iuuanda. ¶ Et
confirmatur hoc idem de intentione Auicenne in
preſenti capitulo. et ſecũdo afforiſmo. Undecũque
natura reperit inde ducere oportet ꝛc. ¶ Sexto. ſu
dor frequẽtior

doꝛ frequentioꝛ et electiue a medicis prouocat in paroxiſmo. et ſimiliter euacuatio inſenſibilis per poꝛos cutis cum fricantibus. ¶ Septimo medici frequenter coguntur euacuare in paroxiſmis ⁊ exacerbationibus timoꝛe apoſtematis aut cum materia fuerit furioſa aut venenoſa: ⁊ in omnibus caſibus in quibus non dantur inducie. ¶ Ultimo arguitur autoꝛitate Raſis decimoſexto continentis. capitulo vltimo: et ratione eiuſdem. Dicit enī quod euacuatio que non debet fieri in hoꝛa paroxiſmi eſt euacuatio per fluxum ventris: ſed euacuatio per vomitum poteſt fieri: ⁊ aſſignat cauſam in his verbis. vtendum eſt euacuatione in tempoꝛibus paroxiſmoꝝ per ſuperius: in tēpoꝛibus quietis per inferius: quoniā in tempoꝛibus paroxiſmi humoꝛes ſunt turbati declinantes ad ſuperius: et in maioꝛi parte fit vomitꝰ et fluxus ſanguinis narium. Sed in tempoꝛe quietis eo quod tunc natura et humoꝛes quieſcūt facilis erit euacuatio per vꝛinam et egeſtionem.

**Pꝛo ſolutione** dubij premittendū ꝙ per euacuationez intelligimus quancūꝗ euacuationem ſenſibilem aut inſenſibilem. Et per diem paroxiſmi poſſumus intelligere diez ſcilicet vigintiquattuoꝛ hoꝛarū in ꝗ accidit paroxiſmus. et etiam hoꝛam afflictionis ipſius paroxiſmi. ⁊ de vtroꝗ modo eſt ſermo apō Auicennā. ¶ Notandum ſecūdo ꝙ duplex eſt cura. quedam regularis. et eſt cum iuuamento notabili abſꝗ notabili nocumento. ⁊ ecōtra coacta fit cuz notabili iuuamento ⁊ notabili nocumento. ſed iuuamentum eſt maius nocumento.

Duplex cura.

**Dis pꝛemiſſis** fit hec pꝛima cōcluſio. in interpolatis ꝓ euacuatione eligenda eſt dies quietis. ⁊ ſi habeat plures dies quietis eligenda eſt magis diſtās ab hoꝛa febꝛis preterꝙ in euacuatione que ē per poꝛos cutis. vnde in quartana eligimꝰ tertiam diē a die paroxiſmi. ⁊ ſimiliter in quintana. Dixi pꝛeterꝙ in euacuatione que eſt per poꝛos cutis. naz ſecundū plurimum ſudoꝛ paroxiſmalis ⁊ creticꝰ ſunt in declinatione paroxiſmi pꝛouocandi. ⁊ ſimiliter euacuatio inſenſibilis per poꝛos cutis. ⁊ ſi interpolata inuadit quottidie eligenda eſt hoꝛa quietis. cōcluſio pꝛobatur. cum tunc virtꝰ ſit magis tolerās et coꝛpus minus reſolubile et hūoꝛes minus agitabiles et coꝛpus minus a farmaco inflammabile. ⁊ etiam quia in hoꝛa periodi materia mouetur a centro ad circunferentiam. ⁊ farmacum trahit a circunferentia ad centrum. ¶ Secunda concluſio. in continuis pꝛopoꝛtionalibus eligēda eſt hoꝛa tēpoꝛis. ſed in concluſis hoꝛa frigidioꝛ diei: ſicut hoꝛa matutina. in his enim hoꝛis coꝛpus eſt minus inflammabile et reſolubile ⁊ humoꝛes minus agitabiles ⁊ virtus magis tolerans. ¶ Tertia concluſio: quacunꝗ hoꝛa natura tentauerit aliquam euacuationem per aliquam regionem ſi natura non fuerit potens ad complendum eam eſt adiuuanda per eandem regionem. hec concluſio ē de intentione Auicēne in pꝛeſenti capitulo. Eſt ꝗ affoꝛiſ. ſecunde particule. Undecunꝗ natura repe rit inde ducere opoꝛtet per conueniētes regiones. ¶ Quarta concluſio. aliquando medicus: cogitur et debet in hoꝛa paroxiſmi et exacerbatiōis flebotbomare et farmacare: ⁊ alijs modis euacuare gratia maioꝛis nocumenti euitandi ꝙ ſit nocumentū conſequens euacuationem. cōcluſio manifeſta eſt cum aliquādo fere ſubito opoꝛteat flebotbomare gratia apoſtematis euitandi in membꝛo nobili. ⁊ aliquando opoꝛteat materias furioſas aut venenoſas ſubito educere: ⁊ ſic de alijs euacuationibꝰ poſſet exemplificari. Et aliquando materie ſunt ita pꝛopinque vijs ductuum ꝙ ſine magna moleſtia egri poſſunt educi cum leui cliſteri aut cum leui vomitiuo: et ſi in hoc caſu eſſet cognitum poſſz regulariter euacuare quacunꝗ hoꝛa.

Hoꝛa euacuandi in febꝛe.

**Dis ita determinatis** ſupereſt vt reſpōdeamus ad rationes in contrarium. ¶ Ad pꝛimaz et ſecundam ex dictis patet ſolutio. ¶ Sed ad confirmationem negatur iſta conſequentia in continuis debemus euacuare tempoꝛe afflictionis ergo multo magis in interpolatis. Nam quāuis virtus ſit foꝛtioꝛ et coꝛpus minus inflammabile i interpolatis ꝙ in continuis et in ſumma minus noceret euacuatio: tamen quia debemus ſemper eligere maius bonum et vitare maius malum: debemus in interpolatis eligere hoꝛam quietioꝛem in qua nō eſt afflictio. ſed in continuis non poſſumꝰ iſtud facere cum coꝛpus ſemper febꝛiat: eligimus tamen hoꝛam minoꝛis febꝛis. ¶ Ad tertiam rationem dicitur ꝙ in periodo natura eſt magis apta motui. ſed ille motus eſt contra motum euacuationis farmaci. et cum hoc ſunt alia nocumēta dicta in pꝛobationibus concluſionum. ¶ Ad confirmationem ꝙ quidam curant quartanarios dando ſolutiuum in pꝛincipio paroxiſmi. Reſpondetur ꝙ licet aliquando ſuccedat: immo hoc modo curaui meipſum a quartana: vt plurimum tamen non ſuccedit: ⁊ maioꝛa ſequuntur nocumenta ꝙ iuuamenta. ¶ Ad aliam confirmationem de illis qui flebotomāt quartanarios in reuolutione lune ego quantum eſt in me illam flebotomiam vitupero. nec vidi aliquem nec audiui qui ex illa flebotomia iuuaretur: ſed bene multis nocuit. ¶ Ad aliam confirmationem de Galeno dicente quod debet fieri euacuatio hoꝛa motus humoꝛis. Reſpōdetur qō hoꝛa motus humoꝛis de qua loquitur non eſt hoꝛa paroxiſmi qui eſt motus pꝛeternaturalis: ſed eſt hoꝛa motus naturalis: vnde vnicuiꝗ humoꝛi eſt aliqua hoꝛa diei attributa. Flegmati enim pꝛima hoꝛa noctis incluſiue vſꝗ ad ſextam: ſed melancolie a ſexta vſꝗ ad duodecimā. ſanguini vero a duodecima vſꝗ ad decimamoctauam: ſed colere a decimaoctaua vſꝗ ad vigeſimamquartam. In his enim hoꝛis ſi apte poſſent fieri euacuationes eſſent humoꝛes paratioꝛes euacuationi. ¶ Ad quartum reſpondetur ſecundū Marſilium quod medicum debere imitari naturam nō intelligitur quod medicus ita operetur ſemper ſicut natura: immo intelligitur quod medicꝰ debet agere id quod eſt melius nature. Nunc autem quia melius eſt nature quod fiat euacuatio in hoꝛa quietis. ideo hoc debet facere medicus. hoc modo imitatur naturā. ¶ Hec tamen ſolutio non eſt ad mentez ponentiū dictum illud. ¶ Aliter dicitur quod medicus debz imitari naturam inquantum poteſt. Unde ſi medicus poſſet operari cum inſtrumentis quibus vtitur natura: ſcilicet cum caloꝛe naturali ⁊ villis mēbꝛoꝛum. tunc foꝛte deberet facere euacuationē hoꝛa paroxiſmi ſicut facit natura: ſed quia nō poteſt vti his inſtrumentis quibus vtitur natura: immo opoꝛtet quod vtatur farmaco aut flebotbomia ꝗ calefaciunt et agitant humoꝛes et debilitāt: ideo debet facere euacuationez in hoꝛa quietis in qua ſunt apta minus ſequi hec nocumenta. ¶ Aliter et clarius dicitur quod medicus debet imitari naturam mere naturaliter operantem inquantū poteſt

Galenus.

Reſpōſio marſilij.

nunc vero quia natura facit fortia accidētia ⁊ motus virtuti moleſtos: ſicut quotidie videmꝰ in criſi: que omnia veniunt preter intētionem nature. ideo medicus non debet in hoc imitari naturam: quia non mere naturaliter operat̃. immo hoc facit natura tempore paroxiſmi ſtimulata a forti impreſſione materie propter quā ſtimulationeꝫ mouetur ad euacuationeꝫ. In tempore autem quietis: quia non eſt ſtimulata non mouetur ad criſim. Medicꝰ itaqꝫ non debet ipſaꝫ in hoc imitari: quia nō agit mere naturaliter: immo debet facere euacuationē cum minori nocumento poſſibili. hoc autem fiet in die quietis. ¶ Ad quintum et ſextum cum confirmationibus ſuis: patet reſponſio ex his que dicta ſunt in determinatione queſtionis. ¶ Ad ſeptimū dicitur argumentum illud ꝓcedere. Nam ſicut dictum fuit in determinatione queſtiōis: oportet aliquando in paroxiſmis et exacerbationibus flebotomare et farmacare cum egritudo non dat indutias vſqꝫ ad horam quietis aut minoris teporis Propterea dixit Auicenna in canō. Nō moueas in die paroxiſmi quantū eſt poſſibile: quia aliquādo non eſt poſſibile ſicut determinatuꝫ fuit in queſtione. ¶ Ad vltimum dicitur quod intentio Raſis decimoſexto continentis fuit quod medicꝰ debet adiuuare naturam in quibus deficit: et quia natura in tempore paroxiſmi pluries tentat euacuationē per vomitum quam per ſeceſſum a cuius complemento frequenter deficit oportet medicum ipſam adiuuare. ¶ Quod autem hoc ſit verum manifeſtū eſt. nam in colericis quoruꝫ materia leuigat ad os ſtomachi frequenter accidit inclinatio ad vomitū In flegmaticis ſimiliter propter multitudinē flegmatis reperti in ſtomacho. ¶ Similiter in melancolicis propter cōmunitateꝫ ſplenis ad os ſtomachi mediante vena deferente melancoliam ad os ſtomachi: ſed non ita frequenter in paroxiſmis inclinatur ad fluxum ventris. Similiter fluxus ſanguinis narium frequētius prouocatur in paroxiſmis quam quicunqꝫ alius fluxus ſanguineus: ideo medicus frequentius debet adiuuare naturam ad has duas euacuationes quam ad alias tempore paroxiſmi et ſemper cum lenibus. Si autem natura nullam iſtarum euacuationū tentaret medicus nō debet ipſam inchoare niſi coacte gratia minoris nocumenti euitandi: et ſic eſt finis ⁊c.

Raſis intentio.

Champerius. Acutos curabis morbos ſā guinis miſſiōe ſi valida appareat egritudo: ⁊ ſi lāguentes etate floreāt vireſqꝫ eis ſuppetāt. Expedit aūt cōſiderare eū qui velit ſāguinē mittere: ne ſtercoriſmꝰ titudo cohibeat coarteturqꝫ inteſtia: q̄ nobis molli cliſteri euacuāda ſunt ne fortaſſis vene ab iteſtinis attrahāt ſuperfluitatū putridam ſubſtātiā. Si ergo fuerit angia: hoc purga ī medio: nec nō ſi laterū dolor: ſin ībecilliores videātur: ſi plus auferas ſanguinis ledere poſſe videaris: cliſteribꝰ et aluuꝫ ſubducito ad tertiū diē nēpe cū eger in tuto fuerit: ⁊ abſtinētia opꝰ fuerit. Detrahēdꝰ ergo ſāguis ex brachio dextro vena interiore: ſanguiſqꝫ auferēdus iuxta eiꝰ habitū et etatē plꝰ minuſue diligenter metiēdo. Eueniūt āt hoꝝ ī plurimis talia: rubores faciei: ⁊ oculorū mobilitates et manuū pādiculamēta: dentiū ſtridor: pulſus maxillarū: coactio: et refrigeratio extremarum partiū ſpirituuꝫ defectiōes: ꝓ venas ſtatim a principio ſanguis detrahēdꝰ. qō oībꝰ ſuccurrat ad auxiliuꝫ ſpiritibꝰ abeuntibus necnō fluoribꝰ.

¶ Et oportet vt obſerues in omnibus illis diſpoſitionem virtutis: quod ſi fuerit fortis ⁊ fuerit illud quod vincit ſanguis: aut cum humore qui vincit ſanguis: tunc flebothomia eſt magis conueniens et proprie cum vrina eſt rubea groſſa nō citrina ignea ex qua timeat̃ apud flebothomiaꝫ victoria colere et acuitatis eius.

¶ Hic eſt tertius canon. et eſt cum quattuor alijs ſequentibus principaliter de euacuatione materierum que communiter peccant in febrientibus preter naturam propriam febrium. quarum euacuatio a medicis dicitur exiccatio. Et iſte primus canon de flebotomia cum quattuor alijs ſequentibus ſunt magis ſpeciales precedentibus: quia ſunt de ſpeciali modo euacuationis: ſcilicet flebothomia: lenitione ventris: prouocatiōe vrine: prouocatione ſudoris: et prouocatione vomitus.

¶ Et dicit primo quod in omnibus illis febrientibus febre putrida oportet vt obſerues diſpoſitionem virtutis: vt non cōtradicat operationi tue maxime in flebothomia. ea enim non conſentiente nulla facienda eſt euacuatio: ſed maxime flebothomia. Si ergo virtus febrientis fuerit fortis et humor qui vincit fuerit ſanguis: aut cum humore qui vincit fuerit ſanguis: tunc flebotomia eſt melior res: ſcilicet inter euacuationes. et proprie cum videris quod vrina eſt rubea groſſa. ¶ Sed ſi fuerit citrina ignea tunc non eſt facienda flebothomia: quia ex iſto vrina ignea timet̃ quod apud flebothomiam ſequat̃ victoria colere ⁊ acuitas eius.

**Pro declaratione** huius canōis dubitatur vtrum in qualibet febre humorali competat flebothomia. Et arguitur quod ſic. autoritate Galeni. ſecundo terapētice. decimoquinto capitulo. vbi dicit. optimum eſt venam incidere non ſolum in ſinochis febribus: ſed in omnibus alijs que ex putredine humorum fiunt. ¶ Amplius quarta primi. capitulo de flebothomia: licet flebothomia non ſit neceſſaria eſt tamen cōueniens: quia efficit vt natura fiat fortis ſupra reſiduum materie. ¶ Et confirmatur: quia quādocūqꝫ ſanguis peccat in quāto aut quali competit flebothomia alijs non contradicentibus: ſed in omni febre ſanguis peccat saltē in quali: quia eſt ita inflāmatus vt per ipſum a corde ad alia membra febris deferatur.

**In oppoſitum** eſt Auicenna in parte preſenti qui negat flebothomiam cum vrina eſt acuta ignea.

**Pro ſolutione** huius eſt ſciendum qō febris dicitur humoralis: quia pendet a calefacto eſſe humorum ſiue illi humores ſint in corde ſiue in alijs membris dū modo vapor calefactus ab illis eleuatus cordi communicetur. Et conſequēter febris dicitur ſanguinea quia pendens a calefacto eſſe ſanguinis et non calefacro eſſe aliorum humorum. Et febris aliqua ſpecie denomiatur ab aliquo humore quādo pendet a calefacto eſſe eius et non alterius. Si vero pendeat a plurium denominatione denominatur vt ſanguinea colerica et cetera. Et per calefactum eſſe humorum in propoſito intelligo taꝫ calefactum eſſe cum putredine quam ſine putredine. ¶ Et ex his infertur quod ſi aliqua febris penderet a calefacto eſſe alicuius humoris et caleſieri ſanguinis. non diceremus ipſam ſanguineam nec a ſanguine pendere ad intellectū dictū. Nam ſic omnis febris eſſet ſanguinea. ¶ Et ex his patet quod in textu per humorem vincētem debemus intelligere illum. a cuius calefacto eſſe pendetꝰ febris. Et ſic ſanguinem dicemus vincere ſi a calefacto eſſe eius pendeat febris. Et ſi pendeat a calefacto eſſe alterius humoris dicemus alium humorem vincere. Et ſi pendeat a calefacto eſſe plurium humorum nos dicemus plures humores vincere. ſcilicet in comparatione ad alios a quorum calefacto eſſe non pendet febris. ¶ Tunc reſtat vt videamus quid Auicenna intelligat cum dicit qō cum humore qui vincit fuerit ſanguis. Et poteſt dupliciter intelligi. vno modo qō vltra humorē in quo fundat̃ calefactū eſſe faciens febrē ſit in corpe ſanguis āplior opportuno aut in cōparatione ad proprium temperamentum aut amplior quam debeat eſſe in iſto corpore taliter febriente. ſiue ſanguis

ſiue ſanguis ſit admixtus peccanti humori ſiue non. Secundo modo intelligit ꝙ cum humore q̄ vincit fuerit ſanguis mixtus.i. ſecum ad minima diuiſus vt per apertionē vene facile cum ſanguine egrediatur. Nam quãuis largo modo poſſem⁹ dicere omnem humorem exiſtentem in venis eſſe ſanguini mixtum: tamen ſic non intelligitur hic. quia ſi ſit parietibus venarum adherens ſua viſcoſitate: aut in ipſarum poroſitatibus imbibitis ſua ſubtilitate. aut ſtans in magnis fruſtis ſit in venis cum ſanguine non dicitur ſanguini mixtus et multo minus dicitur mixtus ſi ſit extra cor ⁊ extra venas et arterias. ¶ Ad hoc ergo ꝙ humor dicatur mixtus cum ſanguine requiritur ꝙ ſit in corde venis aut arterijs cuꝫ ſanguine ad minima diuiſus. ita vt minimum vnius tangat minimum alterius. Sed preter hanc conditionem addamus aliam de intentione Dini et Gentilis ꝙ ille humor qui eſt admixtus cuꝫ ſanguine modo ſuprascripto ſit etiam vicinus nature ſanguinis tam in qualitatibus primis ꝙ̃ ſecũdis.i. ꝙ non obtineat in latitudine ſua gradus contrarios nature et diſpoſitioni ſanguinis: ſed ſit ſibi ſatis proportionalis. ¶ Hec tamen ſola conditio non ſufficit. ſtat enim ipſum paruo tempore ſtetiſſe in venis ita vt nondum ſecum potuerit ad minima diuidi: aut forte naturam ipſum ſeparauiſſe a ſanguine ſicut aliquãdo ſit in criſibus ante exitum eius a venis. Sed quando adſunt iſte due conditiones: tunc eſt maxime mixtus cum ſanguine: et aptus educi cuꝫ euacuatione ſanguinis abſqꝫ nocumento.i. abſqꝫ hoc ꝙ corpus ducatur ad colericorum ebulitionē aut ad frigidorum crudationem ſeu cruditatem.

¶ Notandum tertio ꝙ per humorem vincentem non ſolum debemus intelligere humorem q̄ actu facit febrem: ſed etiam humorem qui ſtãs ſub forma cauſe antecedentis eſt de proximo facturus febrem. Non enim ſolum in continuis facimus flebothomiã: ſed etiam in interpolatis tempore quietis q̃n null⁹ humor actu putret vt educamus humorem qui de proximo facturus eſt febrem. ¶ Notandum quarto ꝙ quando humor faciens febreꝫ eſt mixtus ſanguini ſcd̃m duas conditiones iam dictas vrina plurimum apparet rubea groſſa. q2 per talem mixtionem cum humore putrente ſit qđ quando natura pellit aliquam partem humoris peccantis cum vrina etiam ſecum pellitur aliqua pars ſanguinis ad minima diuiſi cum humore illo. Unde vrina tingitur ſcd̃m exigentiam humoris peccantis: et etiam ſcd̃m exigentiam ſanguinis qui ſecum pellitur: et dat vrine colorem rubeum et ſubſtantiam groſſam. Quando autem cum ſanguine peccat colera aut plurimum dominans in quantitate aut plurimum diſtans a natura ſanguinis vt plurimum nõ ſit vrina rubea groſſa: ſed ſubtilis ignea vel notabilis citrinitatis. Similiter quando eſſet flegma plurimum aut valde crudum multum diſtãs a natura ſanguinis: communiter non ſit vrina rubea groſſa. ſed groſſa alba. aut ſubtilis alba propter opilationes et priuationem digeſtionis. ¶ Similiter quando eſſet melancolia plurima aut multum diſtans a natura ſanguinis non eſſet vrina rubea groſſa: ſed tendens in fuſcedinem niſi forte propter opilationem fieret ſubtilis alba. ¶ Auicenna autem per hoc qđ dixit non citrina ignea: voluit etiaꝫ alios modos vrinarum intelligi, qui ſignificant aut humorem multum diſtare a natura ſanguinis aut eſſe multum ſuperãtē ſanguinem proportionabiliter in qualitate. Nam in his caſibus etiã peccante ſanguine non debet flebothomia fieri niſi precedat purgatio ſi aliud indicans non fuerit. nam timetur aut colericorum ebulitio: aut frigidorum incrudatio.

**His premiſſis** ſit hec prima cõcluſio. In omni ſpecie febris humoralis poteſt a principio competere flebothomia. Nam in colericis flegmaticis melancolicis tam continuis ꝙ̃ interpolatis poteſt humor faciens febrem eſſe mixtus cum ſanguine ad intellectum datum propter quam mixtionem flebothomia euacuans ſanguinem et humorē peccantem exonerabit virtutem. vnde fiet potentior ſupra reſiduum digerendum et euacuandum. et ſic ſequetur magnum iuuamentũ abſqꝫ notabili nocumento. ¶ In ſinochis autem non eſt dubium flebothomiam ſumme iuuare. et hec eſt mens Gal. ſcđo terapentice. capitulo. xxv. in auctoritate poſita ante oppoſitum. ¶ Secunda concluſio. non in qualibet febre pendente a putredine aliorum humorum a ſanguine etiam conſtante virtute conuenit flebothomia probatur. naꝫ multe ſunt febres pendentes a putredine aliorum humorum a ſanguine. quarum humores non ſunt mixti ſanguini nec ſunt vicini nature ſanguinis. et aliquãdo multum ſanguini dominantur. Unde euacuato ſanguine per flebothomiam qui eſt frenum aliorum humorum et pauco de humore peccante euacuato fiet notabile nocumentum. vtputa colericorum ebulitio aut frigidorum incrudatio abſqꝫ iuuamento notabili. Et ex his patet clarus intellectus multorum textuum. quorũ aliqui precipiunt flebothomiam: vtputa quando humor peccans ē mixtus ſanguini propinquus nature eius. Aliqui prohibent flebothomiã: vtputa quando non eſt mixtus ſanguini multũ diſtans a natura eius aut forte minus proportionabiliter excedens ipſum. Non enim tunc cõuenit flebothomia niſi ipſo humore multum dominãte prius euacuato. Et hec fuit mens Gal. quarto de regimine ſanitatis. vbi dixit. quando humor parum diſtat a natura ſanguinis audacter flebothoma. quando vero plus diſtat flebothomia cum reuerentia. ideſt parum. Quando vero plurimum diſtat nequaquam.

**Et ex his patet** ſolutio ad duo argumẽa facta ante oppoſitum. ¶ Sed ad confirmationem negatur maior. nõ enim quandocũqꝫ ſanguis peccat in quãto aut quali etiam conſtante virtute competit flebothomia. ſic enim in effimeris et ethicis competeret flebothomia cum in omnib⁹ calefiat ſanguis. ſi tamē ſanguis calefieret caliditate fixa alijs cõſentientibus competeret flebothomia.

¶ Deinde fac ſequi flebothomiam ſolutionem ventris ſubtilem proprie ſi fuerit illic ſiccitas cum eis que ſunt ſicut aqua ordei et alſiracoſt pauco et aqua ordei cũ ſirupo acetoſo. Et ſi natura non fuerit lenis adde ĩ eo qđ eſt ſicut ſiracoſt qđ ſit ſicut ſirupus violatus. et ſit vltimitas lenificatio non fluxus ventris et non ſolutio laborioſa. Et magis dilectum eſt apud me admi-

niſtratio cliſteriorum ſcōm vltimitatē qua indigetur in virtute. Et de cliſteribus communis iuuamenti lenibus eſt cliſtere factū ex oleo violato et ſucco foliorum ſicle et vitello oui: et zuccaro rubeo et baurach. Cū ergo lenieris hac lenificatiōe: fortaſſe indigebis eo debiliore ꝙ̄ illud quo īdiguiſti in principio: et illud eſt quādo natura eſt obediens.

De euacuatiōe per ventrem.

¶ Hic eſt quartus canon. et eſt de euacuatiōe per ventrē et dicit tria. ¶ Primum deinde poſt flebothomiā fac ſequi ſolutionē ventris ſubtilem. i. facilem ſiue paruā. Et proprie hanc debes facere ſi venter fuerit ſiccus cū eis que ſunt ſicut aqua ordei ſūpta quātitate. v. aut. vj. ℥. debite cal'a. ¶ Secundū lenitiuū eſt paruuꝫ ſiracoſt. i. māne: vtputa a quinqꝫ. ℥. vſqꝫ ad vnā. ℥. cum quatuor. ℥. aque ordei aut circa. ¶ Tertiū ē ſirupus acetoſus qui debet dari ſolus quātitate quatuor aut q̇nqꝫ. ℥. ſi ſit longus. ſi vero ſit abbreuiatus per decoctionē ſicut cōiter ſit debet accipi de eo a quātitate duarū ℥. aut trium cū tribus. ℥. aque cocte aut pluribus vt cōmode bibi poſſit et nō debet miſceri cum aq̄ ordei vt dicetur inferius. Et ſi natura nō fuerit leuis. i. venter nō fuerit facile obediēs medicinis ſolutiuis adde in eo. ſ. ſirupo acetoſo aut in aliquo ex ſolutiuis de quibus ſupra aliquid adiuuās qđ ſit ſicut ſiracoſt. aut ſirupus violatꝰ maxime factus ex violis recentibus. quia eſt magis lenitiuus aut addas vtrūqꝫ. Et ſit vltimitas. i. vltimū qđ intendis in hac euacuatiōe lenitio ventris educēs materias que in inteſtinis reperiūtur. Non fluxus vētris. i. non euacuatio per quā materie trahātur a longe ad fluendū per inteſtina. Nec ſolutio laborioſa. i. ſolutio difficilis requirens forte farmacū. ¶ Secundo dicit ꝙ magis dilectum eſt apud ipm adminiſtratio cliſterioꝝ ſm vltimitatē qua indigetur in virtute ipſorū. i. que cliſteria ſint magis aut minus vigoroſa ſm neceſſitatē. Sunt eñi aliq̄ corpora que pro educendo materias cōes que in inteſtinis continētur indigent cliſteribus magis acutis: aliqua minus acutis: immo vnus et idem ſm maiorem aut minorem ventris conſtipationē indiget cliſteribus aliquādo magis acutis aliq̄n minus. aliquādo magis mollitiuis: aliquādo magis inciſiuis aut abſterſiuis. ¶ Et ſubdit ꝙ ex cliſteribus cōis iuuamēti. i. ſm plurimū in tali caſu ſufficiētibus lenibus. i. ventris lenitiuis eſt qđ ſit ex oleo violato ſucco foliorū ſicle. i. blitis: vitello oui: zucca. rubeo et baurach. i. ſalis. ¶ Deſcriptio poteſt eſſe talis. Recipe ſucci ſicle lib. vnā. olei violati. ℥. vj. vitelli oui numero. j. vel duo. zuccari rubei. ℥. j. ſalis. ʒ. ij. et eſt ſatis acutū abſterſiuum et lenitiuum. Et potes facere magis acutum addendo plus de ſale ⁊ ſucco blitis: et magis abſterſiuū multiplicando zuccarū et ſuccum blitis et magis lenitiuum multiplicando oleum et vitellos oui. ¶ Tertio dicit ꝙ cū tu lenïueris hac lenitione ſiue per cliſtere ſiue per medicinam exhibitaꝫ fortaſſe indigebis debiliori lenitiuo ꝙ̄ illud quo indiguiſti in principio. Et illud erit quando natura. i. venter erit factus obediens per lenificantia precedētia. ¶ Et dicit fortaſſe. Sunt enim quidam q̇ poſt vſum cliſteriorum et medicinarum lenientiū efficiuntur magis ſtiptici. aliqui efficiūtur magis lenes orificijs meſeraycarum deopilatis que p̄mo erant a fecibus duris et flegmate conſtipata.

De euacuatione materierum communium.

Notandum primo circa partem pſentem ꝙ euacuatio de q̄ hic eſt ſermo eſt ad educendum materias communes q̄ in ſtomacho inteſtinis et venis meſeraicis aut ſaltem earum extremitatibus continentur. Quapropter ſi huiuſmodi ſuperfluitates fuerint in inteſtinis groſſis ſola ſufficiunt cliſteria. Si vero in inteſtinis gracilibus et ſtomacho indigemꝰ medicina exhibita per os: cum cliſteria non aſcendant niſi vſqꝫ ad yleon. et huiuſmodi lenificatio eſt neceſſaria in principio omnium febrium putridarum niſi vēter ſponte fuerit lenis. ¶ Si vero in febribus ſit opus flebothomia primo, precedat huiuſmodi lenificatio. deīde fiat flebothomia. Deinde poſt flebothomiā iterum venter leniendus ē ſi non fuerit lenis. Si vero non ſit neceſſaria flebothomia ab hac lenitione incohandum eſt. nec regulariter in p̄ncipio ſunt exhibende medicine euacuantes materiam febris. Hec autem lenitio facienda eſt ad educendum ſuperfluitates prime digeſtionis chilum corruptum humores et quecūqꝫ nociua continentur in ſtomacho inteſtinis et extremitatibus venarum meſeraycarum. Hec enim materie in febrientibus putride facile corrumpūtur. et corrupte fouent ⁊ augent febrem: quamuis non ſint materie proprie febris. Et ſecundo ad cōtemperandum caliditatem febrileꝫ. Quapropter debent diuerſificari ſm gradum caloris febrilis. Et tertio ad aperiendum vias vt natura faciliter poſſit expellere ſuperflua a toto corpore ad inteſtina. ¶ Notandum ſecundo ꝙ ſolutiua ſuperius ſcripta ī textu poſita ſunt ſatis lenia: et ī habente ventrem notabiliter ſtipticum parum operarentur aut forte nihil. forte enim inter ea eſt māna qđ exhibitū in parua quātitate ſicut iubet parū operaretur. Et ſi detur in notabili quātitate: vtputa ij. ℥. ſolum coleram ſua proprietate et aliquando flegma ſm diuerſitatem rerum ſuper quibus cadit. Horum autem humorum electio non eſt illud qđ queritur ab Auicē. in hac lenitione. propterea neceſſarium eſt ipſum in parua quātitate miſcere cū notabili quātitate aq̄ ordei aut alterꝰ lenientis et nō eligētis. ¶ Medici tamē huius temporis cōmuniter vtuntur caſſia diſſoluta cum decoctione fructuum. vt Recipe floris caſſie. ℥. vnam aut. ʒ. x. trahantur cū decoctione fructuuꝫ que hoc modo eſt ordinanda. Recipe prunorum numero. iiij. iuiubarum ſebeſten. añ. numero. x. violarū. ʒ. j. bulliant in ſex. ℥. aque ad conſumptionem medietatis: ſed viole ponantur in fine decoctionis et cum hac caſſia trahatur et diſſoluatur. ꝙ ſi calor febrilis fuerit magnus his potes addere tamarindos. Et quamuis caſſia electiue educat coleram ⁊ flegma de hoc non curat cum operetur ſine agitatione et moleſtia. et in melancolicis ponerentur ad coquendum cum ſupraſcriptis flos boraginis ⁊ bugloſſe et in flegmaticis aliq̇d mellis.

Prefert cliſterium ceteris medicinis.

¶ Tertio notandum ꝙ cliſteria ſunt magis dilecta ꝙ̄ medicine exhibite per os maxime poſt flebothomiam regulariter factam que nō debet fieri niſi ſtomacho et inteſtinis prius a ſuperfluitatibus mundatis. Cliſteria enim ſufficiunt ad educendum feces que in inteſtinis groſſis continentur que de facili in eis in paruo tempore congerūtur. et cum hoc minus agitant et debilitant quaꝫ medicine ſumpte per os. Sed vbi nō eſt opus flebothomia aliquādo melius eſt vti cliſteribus. aliquando medicina leniēte ſm diuerſitatē repletionis inteſtinoꝝ groſſoꝝ tantū aut ſtomachi ⁊ inteſtinorū gracilium

ſtinoꝛum gracilium ad que cliſtere non aſcendit. ¶ Notandum quarto ꝙ licet cliſtere ab Auicen. deſcriptum ſit cōmunis iuuamenti. deſcribuntur tamen alia a medicis antiquis et modernis. que etiam ſunt cōmunis iuuamenti. Cliſtere cōmune apud medicos noſtri tēpoꝛis eſt huiuſmodi. Recipe oꝛdei. maluarum. blitis. añ. M. vnum bulliant in ſufficienti quātitate aque vt in. vj. lib. aque in q̄ pꝛius oꝛdeum per. xij. hoꝛas fuerit infuſuȝ vſq; ad ſufficientē decoctionē de qua decoctione accipiātur. ℥. xviij. olei cōis vel violati ſi indiges maioꝛi infrigidatione. ℥. iij. vitelli oui numero. j. ſalis. ℨ. ij. miſce. Et aliquādo huic addimus duas. ℥. mellis violati vbi opus eſt maioꝛi abſterſiōe. Aliqui tamē ſicut Gal. ij. terapētice. et moderni q̄daȝ faciūt cliſtere ex aq̄ mellis. ℥. 15. et olei. ℥. iij. et ē optimū in febꝛibꝰ pauce inflāmatiōis. Et potes facere aquā pluris mellis aut paucioꝛis ſm neceſſitatem maioꝛis aut minoꝛis abſterſiōis. In febꝛibꝰ autem incenſiuis ſicut cauſones tertiane cōtinue et ſimiles: et pꝛopꝛie tempoꝛe eſtatis facimus cliſteria notabiliter infrigidātia ex aqua decoctionis oꝛdei et matrū violarū quibus addimus ſuccos infrigidantes ſicut ſemperviue ſolatri: et ſimilium quantitate duarū aut trium. ℥. et aliq̄n. ℈. 5. camphoꝛe. ⁊ ponimus in eis oleum violatum aut nenufarinum et parum zuccari loco ſalis et ſupponitur tepidū. Melioꝛes tamen eſſent ſucci angurie citrulli cucumeris ⁊ poꝛtulace. quia ſunt frigidi et humidi lenientes et poſſunt poni in maiori quātitate. ¶ Notādū q̄nto ꝙ ſicla idē eſt qđ bleta. ⁊ eſt duplex. domeſtica et ſilueſtris: q̄ ſilueſtris vocatur blitis ſiue ollus iamenū. Domeſtica autem eſt duplex. altera alba. altera nigra. ſ. viridis obſcura. et alba eſt melioꝛ. quia in ipſa eſt virtus abſterſiua et pungitiua iuuans ad lenitioneȝ. ſed in nigra eſt virtus ſtiptica que non conuenit huic pꝛopoſito. vtraq; tamen declinat ad frigidū licet in vtraq; ſit virtus cōpoſita. ¶ Utrum autē ſtante neceſſitate flōmie et farmacie eligentis materiaȝ pꝛopꝛiā que ſit pꝛemittenda non eſt hic diſcutiendum: ſed determinabitur inferius. ¶ Similiter ſi queratur vtrū cliſteria acuta notabiliter exoluentia competant in febꝛibus. Dicendū eſt ꝙ merito febꝛis nō conueniūt. Nam quarta pꝛimi. cap. de enegmate que ex eis ſunt acuta debilitant epar ⁊ perducūt ad febꝛes. et pꝛopꝛie in pꝛincipio nō cōueniūt quādo materie ſunt crude cum de intētiōe Auicē. xvj. tertij. cap. de cura colice. Cliſteria acuta exigant digeſtionem materie. digeſta tamen materia poſſumus vti cliſteribus acutis ſicut vtimur medicinis exoluentibus per os. ſed merito alioꝛū que aliquādo cōiunguntur febꝛibus: q̄n̄q; conueniūt ſicut in colica ſubeth ſtupoꝛe doloꝛe capitis ab humoꝛe fl'atico apoplexia et ſimilibꝰ. q̄n foꝛtius indicarēt ꝙ febꝛis indicet oppoſitū. nam in his caſibus etiā ab initio nulla pꝛecedente digeſtione eſt eoꝛum vſus neceſſarius. ¶ Similiter ſi queratur vtrum in omnibus febꝛibus humoꝛalibus debeat pꝛemitti hec lenificatio. Dicendū eſt ꝙ ſic niſi venter fuerit lenis que aliquando debet perfici cū cliſteri: aliquando cū medicina ſumpta per os ſm ꝙ materie rationes educende cōtinentur in inteſtinis groſſis: aut in ſtomacho ⁊ inteſtinis gracilibus ad que cliſteria non attingūt. ⁊ ſm varietatem diſpoſitionis recipientium in aptitudine ad cliſtere aut ad medicinam per os ſumendam. Uerum aliquando opoꝛtet ab initio non ſolum educere materias ꝯmunes: ſed etiā pꝛopꝛias ſicut oſtendetur inferius.

Deſida.

De lenificatione ventris in febre.

¶ Deinde fac ipſam ſequi ea que vꝛinam pꝛouocant. ſicut ſirupus acetoſus decoctꝰ cum radice apij et ſimilibus.

¶ Hic eſt quintus canon. in quo docet euacuare p vꝛinam. ⁊ dicit. deinde. i. poſt flebothomiā ſi expedierit et poſt lenitionem ventris fac ipſum egrum ſequi ea que pꝛouocent per vias vꝛine. ſicut eſt ſirupus acetoſus decoctus cum radice apij: et ſimilibus aperientibus et pꝛouocantibus. ¶ Pꝛo cuius declaratione pꝛimo nota non eſſe intentionē Auicen. educere per vias vꝛine materias ꝓpꝛias febꝛiū: ſed quaſdā aquoſitates et partes ſeroſas in venis contētas ⁊ pꝛo magna parte multiplicatas per actionē caliditatis febꝛilis agētis in maſſam ſanguineā: que licet nō ſint materia pꝛopꝛia feb. fouent tamen ipſam impediūtq; naturā a digeſtione et euacuatione materierū pꝛopꝛiarum. Uerūtamen aliquādo accidit vt cum his euacuetur materia pꝛopꝛia feb. pꝛopter pꝛopinquitateȝ aut mixtioneȝ eiꝰ cum huiuſmodi ſeroſitate. licet eius euacuatio hic non pꝛincipaliter intendatur. iuuant etiā huiuſmodi pꝛouocātia ad materie pꝛopꝛie digeſtionē incidendo et ſubtiliando: necnon ad viarū apertionē. ¶ Secūdo notandū ꝙ Auicē. dixit deinde: ad ſignificandū ꝙ hmōi pꝛouocatio debet ſequi flebothomiā ſi fuerit expediēs aut vētris lenitionem. flebothomiā quidē ne per huiuſmodi cum ſint calida fiat inflāmatio. et ſecūdo ne ſtante plenitudine fiat pꝛecipitatio materierum cū huiuſmodi aperientibus ad vias vꝛine et loca anguſta et ſequatur opilatio. ſed ventris lenitionem ne materias coꝛruptas in ſtomacho et in inteſtinis contētas pꝛecipitēt ad epar et ad venas. ¶ Tertio notandū ꝙ per ſirupum acetoſum decoctum cum radice apij et ſimilibus poſſumus duo intelligere. ſ. aut ſirupum acetoſum ſimplicē exhibitum cū decoctione radicis apij et ſimiliuȝ: ſicut eſt radix bruſci feniculi ſparagi aut petroſilini. ex quibꝰ aut aliquibꝰ eoꝛū poteſt fieri decoctio. cuiꝰ tres. ℥. poſſunt exhiberi cū duobus ſirupi acetoſi ſimplicis. Et poſſumus intelligere ſirupum acetoſum compoſituȝ deſcriptione Meſue. et alioꝝ qui ſi non ſit liquidus debet cū aliquo liquoꝛū diſtemperari iuuante ad pꝛouocationem ſicut cum aqua decoctionis aut diſtillationis feniculi apij et ſimilium. Et hi ſirupi aliquando poſſunt fieri ex zuccaro: aliquando ex melle in febꝛibus minus calidis et vbi neceſſaria eſſet maioꝛ abſterſio. Et dicuntur oximel ſimplex et compoſitum. et vbi neceſſaria eſſet maioꝛ infrigidatio daremꝰ duas. ℥. ſirupi acetoſi ſimplicis cuȝ tribus. ℥. decoctionis aut emulſionis ſeminum cōmuniū frigidoꝛum.

De ſirupo acetoſo.

Sed quereres ſi ſirupꝰ acetoſus ſimplex cum decoctione apij et ſirupus acetoſus compoſitus. aut oximel compoſitum conueniat in pꝛincipio quādo exhibendus erit ſirupus acetoſus. ſ. zuccarinꝰ aut mellinus qui eſt pꝛouocatiuus minus et minus aperitiuus: cum notabiliter aperientia et pꝛouocantia debeant poſtponi. ¶ Ad qđ reſpōdetur dicendo ꝙ cōueniet ante compoſitum: vtputa in initio pꝛincipij exhibebis ſirupum acetoſum. ſ. zuccarinum aut mellinum cum aqua zuccarata aut ſimili non aperiente aut pꝛouocante ſaltem notabiliter. poſtea parum poſt eductis materiebus communibꝰ ⁊ facta flōmia: ſi expedierit dabimꝰ huiuſmodi aperiētia et ꝓuocantia hoc oꝛdine ſeruato:

Queſtio de ſirupo acetoſo.

vt gradatim procedamus a minus aperientibus
et prouocantibus ad magis aperientia et prouo
cantia: ſicut incipiendo a ſirupo acetoſo compo-
ſito duarum radicum. ſ. apij et feniculi zuccarino
aut mellino ſm diuerſitatē materie. et proceden-
do ad compoſitū de quinꝫ radicibus. et ſi mate-
ria erit notabiliter calida dabimus in principio
principante ſirupum acetoſum ſimplicem zucca-
rinum cum aqua cocta. deinde parum poſt cū aq̄
endiuie. deinde poſt cum emulſione ſeminum cō-
muniū frigidoꝝ. poſtea digeſta materia propria
et notabiliter minorata vtendum eſt magis ape-
rientibus et prouocantibus intenſiue et quātum
ad multitudinem: et proprie cum volumus ꝑ vri-
nam educere materiam propriam feb.

¶ Deinde fac ipſum ſudare et aperi meatus cum illis in quibus nō fit calor fortis: ſicut cum inunctione ex oleo camomillino et fricatione cum vino albo: et cum aqua dulci tepida.

¶ Hic eſt ſextus canō. et eſt etiam de euacuatione
materierū ɔmuniū. Et dicit ꝙ poſt flebotbomiā
lenitionē ventris prouocationē dictam facias in-
firmū ſudare ⁊ aperi meatus. ſ. poros cum bis in
quibus non eſt fortis calor ſicut eſt inunctio cum
oleo camomillino: et fricatio cū vino albo potēte
et cum aqua dulci tepida in qua balneetur aut cū
qua fomētetur. ¶ Et ſubdit ꝙ ſi febris fuerit acu-
ta nō inueniſ excuſationē ab inunctiōe et embro
catione. ¶ Notandū circa partem preſentem pri
mo ꝙ ſtante plenitudine euacuabili per flomiaȝ
ante ꝓuocationē ſudoris debet p̄cedere flomia.
Nam prouocatiuū ſudoris inflāmando et diſſol
uendo augeret illam. Similiter debet p̄cedere vē-
tris lenitio ne prouocans ſudorem trabat mate-
rias corruptas inteſtinales ad epar et ad venas.

De ꝓuocatiōe vrine ⁊ ſudoris

Sed an prouocatiuū vrine debeat pre
cedere prouocatiuum ſudoris eſt dubium: qđ boc
modo et bene a Gentili determinatur. Premittit
ergo ꝙ medicamen prouocans ſudorem eſt duoꝝ
modorum. Unum ab extra approximatū qđ pro-
uocat ſudorem temperata caliditate aperiente et
leuiter trabente materias ad exteriora ſicut frica
tio debita coopertura pānorū et inunctio cū oleo
camomillino et ſimilibus. de quorum numero eſt
etiā retentio anbelitus. Aliud eſt prouocatiuum
ſudoris ad intra ſumptū. ſ. ꝙ facit illud aliquādo
materias ſubtiliando ⁊ mouendo eas verſus cu-
tim. Et ſecundū boc idem poteſt eſſe ꝓuocatiuuȝ
ſudoris et vrine ſm diuerſas aptitudines corpo-
ris in vijs vrine et in vijs ſudoris et ineptitudies.
Nam radix funiculi ſubtiliādo ſanguinem et q̄ſi
eliquādo in omnibꝰ aptis ſm renes ad receptio-
nem materierum propter latitudinem eorum et
babentibus fortitudinem attractiuam cuȝ nota-
bili caliditate prouocabit vrinam. in alio vero bo
mine debilium renū in attrabendo: et cū boc ba-
bente vias ſtrictas: ſed raro in poris verſus cutim
faciendo eliquationem euaporoſam prouocabit
ſudorem. ¶ Ex quibus apparet ꝙ medicamen ꝓ-
uocans ſudorem ſumptum ab intra eſt fortius q̄
prouocans vrinam ceteris paribus: loquendo de
prouocantibus per qualitates manifeſtas ⁊ non
per proprietates. Cuius ratio eſt. quia prouocās
per vrinam ſubtiliat ad aquoſitatem et facit eos
tranſire ad renes et iuuatur in boc a renibus tra-
bentibus aquam a qua proprium eſt eoruȝ aquo-
ſum de bumoribus trabere. Sed medicamē pro-
uocans ſudorem ſubtiliat ad aquoſitatem vapo-
roſam debentē penetrare ad loca ſtrictiora q̄ ſint
vie vrinales. et cum boc non iuuantur ab attracti
ua membrorum ſudantium. ſ. cutis et ſibi affiniuȝ
ſicut medicina vrinatiua a mēbris vrinalibus.

His premiſſis reſpondetur ꝙ medicamen prouocans ſudo-
rem primo modo. ſ. vias dilatando occurrens ab
extra: licet poſſet cadere ī vſu ſtatim facta aliqua
minoratione aut lenificatione. ſecurius tamen eſt
ꝙ euacuationes et prouocationes vrine preceſſe-
rint ſi aderunt in venis materie debentes precipi
tari cum vrina. vel ſi eſſent in venis opilatiōes iu
dicantes boc prouocatiuo vrine nō vt prouoca-
tiuo vrine. ſed vt aperitiuo viarum. ¶ Dicit ſecun
do ꝙ prouocans ſudorē ſecūdo modo multo ma-
gis debet ſubſequi prouocatiuum vrine. cuȝ pro-
uocare ſudorem ſit difficilius q̄ prouocare vrinaȝ
ex cauſis ſupraſcriptis ceteris paribꝰ ex parte ſitꝰ
materie et reliquorum.

Contra quia natura multotiens fa-
cit contrariū. ¶ Reſpon
detur ꝙ boc eſt. quia natura meliꝰ diſtinguit ma-
teriam a materia quā ars. vnde non ſemper licet
arti que poteſt facere natura. Si enim conſtaret
medico materias eſſe circa extremitates venaruȝ
que terminātur ad cutim et non in venis magnis
que terminātur ad vias vrine inciperet a prouo-
catione ſudoris. et forte omnino obmitteret pro-
uocātia vrinam. ſed boc ſibi verſo in dubium in-
cipit a via faciliori. Auicen̄. itaꝫ conſiderans or-
dinem predictorum in arte dixit. deinde fac ipſuȝ
ſudare: et declarauit de ſudatiuo debili cum dixit
aperi meatus. ſ. poros. et ſi bec leuis prouocatio
ſudoris debet ſequi predictas euacuatiōes mul-
to magis prouocatio fortis. ¶ Nec obſtat dictū
Gal. ſecūdo terapentice dicētis. ꝙ euacuato cor- Galenus.
pore: licet rarificare cum tepidum calorem babē-
te: quale eſt oleum camomillinum. nam quāuis li
ceat: tutius tamen eſt vbi vertatur in dubium de
ſitu materierū aptarum prouocari per vtraꝫ viā
incipere a prouocatione vrine. ¶ Notanduȝ ſcđo
bunc textum debere exponi ſicut dictū fuit ab ini-
tio: vt Auicen̄. bic velit aperitioneȝ pororum et ꝓ-
uocationem ſudoris cum tribꝰ auxilijs. ¶ Primū
eſt inūgendo cum oleo camomillino et bene fri-
cando vt ſubtilietur ⁊ penetret. et etiam abſterga
tur a pororum ſuperficie ne eos opilet ſua viſco-
ſitate. ¶ Secundū auxilium eſt potus vini. ſ. ſubti
lis qđ debet eſſe limpbatū magis aut minus ſm
exigentiam caloris febrilis et vini potentiā tem-
pus anni et egri conſuetudinem. cōmuniter tamē
debet eſſe vinū ſi eſt notabilis vinoſitatis a ſexta
parte vſꝫ ad octauam. et debet ſumi notabiliter
calidum. ¶ Tertium auxilium eſt balneum ſiue fo
mentatio cum aqua calida. et fomētatio fit infun
dendo petias in aqua calida et bene compreſſas
applicare multotiens partibus aptis ad ſudo-
rem ſicut ſunt ſm plurimum dorſum et pectus: et
poſtea ipſum bene pannis cooperiendo vt dor-
miat. Et bec expoſitio eſt conformis dictis Ga-
leni ſecundo Terapentice: vbi dicit. Totū corpus
anteq̄ euacuetur rarificare non oportet. euacua-
puta fundū ſtomachi: et aliā frigidā vt puta meri
ledetur vni᷒ partis operatio ⁊ nō alterius: et exem
plificauit de hoīe quadragenario qui ex potu aq̄
frigide ſanatus eſt a mala cōplexiōe calida vētris
et ſtomachi et ceſſauit ſitis: ſed ꝓhibita eſt deglu/
titio: ita vt tandem moꝛtuus ſit. ¶ Tertia conditio
ꝓhibēs potū aque frigide eſt apoſtema in viſceri/
bus: imo q̄dcūqȝ ap̄a itrinſecuʒ in cerebꝛo mēbꝛis
ſpūalib᷒ mēbꝛis naturalib᷒: ſed maxie in his q̄ ſūt
apta magis ledi potu aq̄ frigide: ſicut ſunt ſtoma/
chus epar inteſtina. Nā ſi apoſtema ſit fridū certū
eſt materiā eius magis infrigidari ⁊ incrudari: po
ros cōſtringi. ⁊ oīno materie reſolutionē ꝓhiberi
doloꝛēqȝ augeri. Silr̄ ſi fuerit mixtū ex calido ⁊ fri
gido. Si v̄o fuerit ſanguineū etiā incrudat̄ ⁊ igroſ
ſatur ⁊ pꝛohibet̄ materie ipſius reſudatio ⁊ doloꝛ
auget̄: quapꝛopter nō ꝯuenit. Si v̄o fuerit coleri/
cum a colera pura cū multa flāma ex parte nocet̄
potu aque frigide: q: poꝛi opilātur ⁊ ꝓhibet̄ mate
rie reſolutio et reſudatio ex ꝑte iuuat̄ ꝑ extinctio/
nem ſupflue caliditatis neqȝ timet̄ incrudatio que
timet̄ in alijs apoſtematib᷒ ꝑpter materie ſubti/
litatem: ⁊ doloꝛ ex parte ſedatur remittēdo cauſaʒ
doloꝛis: q̄pꝛopter aliq̄n cōcedit̄ flāma exiſtēte ma
gna: ⁊ pꝛecipue ꝯſuetis potui aque frigide. Unde
Gal. ix. terapētice. Heriſipilas v̄o nullo alio ſana
bis auxilio q̄ cū aqua frida. ⁊ Aui. iij. quarti capi.
de heriſipila. Et ad vltimū infrigidatio in heriſi/
pila eſt magis neceſſaria: quoniā flāma ⁊ doloꝛ in
flāmatiuus eſt in ea plus. Et licʒ ibi loquat̄ de he
riſipila extriſeca: tamē hec dicta accōmodant̄ etiā
heriſipile extriſece. ¶ Quarta cōcluſio pꝛohibens
fridā aquā exhiberi eſt doloꝛ in viſceribus. ¶ Pꝛo — *De doloꝛe vi/ſcerum.*
cuius dicti verificatiōe ſciendū ꝙ doloꝛ in viſceri
bus: aut ꝯuenit ab apoſtemate: ⁊ ſtatim ſupꝛa de/
terminatū eſt in quo caſu ꝯueniat potus aq̄ fride
et in quibus nō. Aut pendet a ſoluta continuitate
abſqȝ apoſtemate: et certū eſt nō ꝯuenire: q: friduʒ
vlceribus moꝛdax. quinta affoꝛiſmoꝝ: aut ꝯuenit
a mala ꝯplexiōe que ſi fuerit frida nō ꝯuenit pot᷒
aque frigide: q: augeret cām. Si v̄o eſſet mala cō/
plexio ſicca licʒ ꝯueniret: humectādo tñ mlto ma/
gis noceret actuali fridate foꝛti indurāte mēbꝛoꝛū
⁊ ſpaſmāte. Si v̄o eſſet mala complexio calida re/
miſſa: aut mediocris nō ꝯueniret: q: nimis ipꝛime
ret in mēbꝛum q̄d eſt facile paſſibile pꝛopter dila/
tationē poꝛoꝛū ſequentē caliditatē: et ꝑpter debi
litateʒ ex reſolutione ſpirituū pꝛopter doloꝛē. Si
vero eſſet mala cōplexio calida intenſa valde con
ueniret. eſſet enim pꝛopoꝛtionatū infrigidās tan/
to gradu caloꝛis: q̄d experiētia declarat̄ in his qui
ab igne aut aqua calida cōburuntur quoꝛū doloꝛ
ſedatur per aquam frigidiſſimā diu et ſepius ap/
plicitam. Si vero doloꝛ ſequeretur ventoſitatē cer
tum eſt nō conuenire. ¶ Quinta cōditio pꝛohibēs — *Cauſe ꝓhiben tes potū aque frigide multe.*
potū aque fride eſt quādo cōplexio eius qui dʒ ſu/
mere eſt pauci ſanguinis: ſicut cōplexio flegmati/
ca melācolica: ⁊ vniuerſaliter cōplexio ſicca ſuper/
flue: aut q̄n eēt pauci ſanguis ex etate: ſicut in de
crepitis: aut q̄n eſſet pauci ſanguis ꝑpter longaʒ
egritudinē: aut ꝑpter ſanguinis euacuationē ſpō
taneā: aut a cauſis pꝛimitiuis. Rō aūt huius dicti
eſt iſta: q: caloꝛ hoīs non reſiſtit remittētibus ipm
infra gradū ſibi conuenientē ſolū inquantū caloꝛ
ſʒ inquantū ab aīa directus que aīa reſiſtit per in
ſtrumenta ſua que ſunt ſanguis et ſpiritus. Unde
quātumcūqȝ coꝛpus vnū colericū eſſet calidius cer
to ſanguineo: aut tꝑato: tamē melius tēperatū to
leraret: aut ſanguineū ceteris parib᷒ potum aque
frigide: ⁊ magis reſiſteret fridis remittentib᷒ calo
rem ſuū infra gradū ꝓpꝛium q̄ colericū: aut aliud
coꝛp᷒ pauci ſanguis calidi᷒ tꝑato: aut ſanguineo
naturaliter aut ꝑternaturaliter ꝑpter cauſam di/
ctam. Et ſcđa cā. quia licʒ illa ſint intēſius calida
quā coꝛpus habēs notabilē ſanguis quātitatem:

tamen

tamē habēt minus de mixtitudine caliditatis quā potentia rei inſequit̄. Propterea Galenus ſeptimo terapentice. loco allegato: in corpore ſicce cōplexionis equalis caliditatis cum corpore habente notabilem quantitatē ſanguinis minus concedit de aqua frigida. ¶ Sexta conditio prohibens aquā frigidaꝫ eſt quādo caliditas innata debētis ſumere aquam frigidā eſt debilis: et iſta conditio eſt cōmunior precedēte: quia omnis cōplexio pauci ſanguinis habet innatam caliditatē debilē: ſed non ecōtra. Poteſt enim innata caliditas eſſe debilis ex defectu ſpirituū: licet quātitas ſanguinis ſufficiens non deſit. Item ex malitia ſanguinis: lꝫ in quanto non peccaret. Item ex raritate totiꝰ corporis: aut ſubſtantie membroruꝫ nobilium. Item propter modum mixtionis: aut occultam proprietatem vel celeſtem influxuꝫ. Et iſta tria vltima nō cognoſcuntur a medico niſi per experientiaꝫ: ſicut infra dicetur in capitulo de cibatione febricitātiū de quibuſdā corporibus carnoſis que cito diſſoluuntur ex ieiunio. ⁊ patet veritas conditiōis: quia talis caliditas parū reſiſtit aque frigide. ¶ Septima conditio. eſt cum ſint inconſueti potare aquā: ſicut habitantes in regione calida. Iſti enim per potum aque frigide ſpaſmātur velociter: ⁊ aſſociatur eis ſingultus qui eſt ſpaſmo ꝓportionabilis: licꝫ nō ſit ſpaſmꝰ: vt declaraui .ix. Almāſoris de intentione Auicēne decimatertia tertij. ¶ Pro cuius conditionis declaratione notādum vt poteſt elici ex dictis Galeni ſecūda particula afforiſmorū: afforiſmo illo. Ex multo tempore conſueta. quod cōſuetudo mēbri vel corporis reſpectu alicuius cauſe imprimētis duo facit. Primū: quia minus alteratur a re conſueta imprimēte. Secunduꝫ facilius et cum minori nocumēto tolerat impreſſioneꝫ ſibi factam. vnde conſuetus potui aque frigide minus infrigidabitur quam inſuetus. Et ſecūdo dato qḋ equaliter infrigidetur minus propter illaꝫ infrigidationem ledet̄. quapropter ſtomachus inſuetus potui aque frigide ſpaſmabitur ⁊ ſingultabit cum ſit ſibi propter inſuetudineꝫ valde horribilis. Vnde Auicenna decimatertia. tertij. capitulo de dolore ſtomachi dicit. Et quandoqꝫ prouenit ex potu aq̄ frigide dolor eſtuoſus clamoſus ⁊ qn̄qꝫ moritur ſubito propter euentum doloris ad cor: qḋ maxime de inſuetis potui aque frigide intelligit̄. Et dicit Auic. hic. habitantes regiones calidas: ſicut ethiopiā non potant aquas frigidas. qḋ etiaꝫ confirmat Gentilis ex relatu cuiuſdam ſui ſcholaris qui ibidem fuit referentis ꝙ ſi hoīes illius regionis potarent aquam frigidam putarent ſe debere ſpaſmari: qḋ poteſt eſſe: q2 valde macri ſunt ⁊ acuti ſenſus. Et credendum eſt ꝙ conſueti potare aquā calidam ſi potarent aquam frigidam preter modum lederentur frigiditate aque ſubito penetrante ad intrinſeca ob latitudinem pororū ex potu aque calide precedenti. ¶ Vltima conditio: eſt corporis extenuatio et cauſa eſt manifeſta. naꝫ iſti habēt partes neruoſas diſcoopertas que facile a frigiditate aque percutiuntur: et cum hoc habent paruꝫ de carne: ⁊ conſequenter parum de multitudine caloris. Sunt enim acuti ſenſus quapropter facile multum et velociter ex potu aque frigide leduntur. ¶ Sꝫ hic nota. ꝙ licet ſint multe alie cauſe prohibentes potum aque frigide: iſte tamen ſunt principaliores: quibus reliqꝫ dantur intelligi.

Galenꝰ .ij. afforiſmorum.

¶ Vbi autē materia calida aut groſſa iam digeſta eſt: et corpus eſt carnoſum et caliditas innata exuberans: et virtus eſt fortis et viſcera ſana non frigida eorum complexio radicalis non inſueta aque frigide: immo aſſueta aque frigide valde: tūc aqua frigida eſt melior res.

¶ Hic primo narrat octo ꝯditiōes indicantes aut conſentientes potui aque frigide. Scḋo narrat effectus bonos ꝯſequētes aque frigide potū cū his ꝯditiōibus. ſcḋa ibi. (Multotiēs adiuuat). Pria cōditio ꝙ materia ſit calida ſubtilis ſiue digeſta ſiue nō digeſta. Scḋa ꝙ materia ſit groſſa digeſta ſꝫ calida: q2 materia exiſtēte frigida nō ꝯuenit aq̄ frigida: etiā ſi eſſet digeſta. Tertia ꝯditio qḋ corpꝰ ſit carnoſum. Quarta ꝙ caliditas naturalis ſit exuberans: ideſt multa. Quinta ꝙ virtus ſit fortis qḋ intelligitur de triplici virtute. Sexta ꝙ viſcera ſint ſana: ideſt nō doloroſa neqꝫ apoſtemoſa nō habētia ſolutionē cōtinui: neqꝫ opilationē fortē. Septima ꝙ cōplexio viſcerum radicalis nō ſit frigida. Octaua ꝙ potās eam ſit valde cōſuetus aque frigide. cum his enim conditiōibus in febre aqua frigida eſt melior res. ¶ Circa primā cōditionē nota ꝙ materia exiſtente calida ſubtili etiā nonꝰ digeſta aqua frigida cōuenit: quia iuuat ad eius digeſtionem: ſed multo magis cōuenit ipſa exiſtente calida ſubtili digeſta. ¶ Circa ſecūdam cōditionē nota ꝙ ſi materia ſit calida groſſa nō digeſta nō conuenit aqua frigida: ꝙ ſi materia ſit calida groſſa ⁊ digeſta ꝯuenit. virtus eīn fortificata per extinctionem ſui cōtrarij ipſam expellit ſi ipſam inuenit digeſtam. ¶ Et ſi querat̄ cuiuſmodi eſt iſta materia groſſa. Dicit̄ ꝙ pōt eē cholera groſſa: ⁊ pōt eē ſanguis groſſus: ⁊ in cuiꝰ febre expectat̄ digō. ¶ Ex quibus infert̄ in mā frīda nullo pacto cōuenire aquā frigidā ante digōnē: neqꝫ poſt digōnem. Autores nāqꝫ non cōcedunt aquā frigidaꝫ niſi in febribus in quibus eſt fortis flāma que non eſt in febribus pendentibus a materia frigida. eſto etiam ꝙ eſſet cordi propinqua. Putandū tamē ꝙ ſi materia eēt mixta et cōplete digeſta: ⁊ febris eſſet fortis cōpetere aquam frigidā niſi alie cōditiones obſtarent. Et iſte due ꝯditiones indicant potum aque frigide: relique autem ſex conditiōes nō indicant dari aquā frigidā: ſed bene conſentiunt. non eīn exēpli gratia. ſi corpus ſit carnoſuꝫ indicat ꝙ detur aqua frigida: ſed bene conſentit: ſꝫ cauma febrile indicat dari aquam frigidā. ſic dico de alijs quinqꝫ cōditionibus. ¶ Notandū circa tertiā conditionē qḋ per corpus carnoſum intelligit quodcūqꝫ corpus exiſtens medie habitudinis. aut parum lapſum a media habitudine verſus maciem dicet̄ carnoſuꝫ. ¶ Notandum circa quartam cōditionem ꝙ per caliditatem innatā exuberantē intelligimus corpus habens multum de ſanguine ⁊ ſpiritu: quibus poteſt reſiſtere cauſis infrigidantibus. Et hec conditio opponitur duabus cauſis ſupraſcriptis prohibentibus potum aque frigide: ſcilicet complexioni pauci ſanguinis et caliditati innate debili. ¶ Notandum circa quintā conditioneꝫ quod per virtutem fortem intelligimus qḋ virtus animalis vitalis ⁊ naturalis ſit fortis. Et ſic oportet tria mēbra pricipalia eē fortia: ſcilicet cerebrū cor ⁊ epar et etiam membra his ſeruientia. vnde oportet qḋ ſint bene ſpirituoſa et ſubſtātie bene compacte. et quod habeant bonum modū mixtionis cum bona proprietate et bonitate aſpectus. ¶ Notandū circa ſeptimā conditionē quod cōplexio radicalis. i. membroꝝ principaliū: et ſibi deſeruientiū non dꝫ

Octo ꝯditiōes indicātes rectā exhibitionē aq̄ frigide.

Quid per corpus carnoſum intelligat.

eſſe frigida:quia facile offēdit̄ a frigiditate aque.
de conſuetudine aūt que eſt octaua conditio ſuffi/
cienter dictuꝫ ſit. ¶ Notandū vltimo ꝙ ad dandū
aquā frigidā in quantitate notabili vt dicetur de
bent iſte octo conditiōes cōuenire:aut ſaltem plu
res earum et principaliores que ſint fortiores ad
indicandū aut conſentiendū potui aque fride quā
oppoſite ad prohibendum.

¶ Multotiens em̄ adiuuat ad expellendū
materiam cum ſolutione nature:aut per vo
mitum:aut vrinā:aut per ſudorē aut ꝑ om/
nia illa quare fit ſtatim vt ſanetur.

¶ Hic ponit vtilitatē ſequentē ex potu aque frigi/
de date cum his conditiōibus:dicēs ꝙ multotiēs
potus aque frigide adiuuat naturā ad expellendū
materiā facientē febrē cum ſolutione ventris. ali/
quando per vomitū:aliquādo per vrinā:aliquādo
per ſudorē:aliquādo per omnes has regiones:aut
plures earū.quare fit vt materia faciente febrē ex/
pulſa ſtatim ſanetur. ¶ Et ex hoc poſſumus ꝯclu/
dere quod aqua frigida exhibita cum conditioni/
bus ſuprascriptis eſt melior res patienti febrem:
quia illa res eſt melior res febrienti: per quam fit
vt ſtatim ſanetur.ſe dqua frigida exhibita cū his
conditionibꝫ eſt huiuſmodi:quare ⁊c. ¶ Notandū
primo ꝙ auicenna dixit multotiens:⁊ non ſemper
propter particulares conditiōes medico ignotas
prohibentes materie expulſionem:aut quia ſi tota
expellatur forte derelinquet aliquod notabile no/
cumentuꝫ ex aqua frigida:ſicut in quadragenario
fuit qui factus fuit impotēs ad deglutiendū poſt
potum aque frigide.de quo Galenus facit mētio/
nem ſeptimo terapētice.quāuis mala complexio
fundi ſtomachi:et calor febrilis ceſſauerit. ¶ No/
tandum ſecūdo ꝙ cā expulſionis materie poſt po/
tū aque frigide eſt:q: fortificat̄ ꝑ tēperiē cōplexio
nis q̄ eſt inſtrumentū eius que cōplexio tēperat̄ ꝑ
extinctionē ſuperflue caliditatis. ¶ Notandū ter/
tio ꝙ humores qui per has regiones expelluntur
ſunt humores cuiuſcunqꝫ generis. De flegmate co
lera ⁊ melancolia eſt certum ꝙ multotiēs per has
regiones extrahunt̄:ſed de ſanguine etiā eſt verū:
lꝫ rarius ꝯtingat. ¶ Pro quo ſciendū eſt ꝙ ſanguis
aliqn̄ in ſinochis corrūpit̄ i hos hūores ꝑcipue in
colerā ⁊ melācoliā:que deinde ꝑ has regiones ex/
pelluntur:aliquādo vero ſanguis per has regiōes
ſub propria forma expellitur. Nam ꝙ per fluxum
ſanguinis expellat̄. patet decimoquarto.tertij.ca
pitulo de humiditatibus quibus accidit vt egre/
diantur cauſa epatis . Et per vomitum apparet.
xiij.tertij.cap̄.de vomitu ſanguinis. immo ibidem
dicit Auicenna ꝙ in vomitu duarū librarū ſangui
nis aliquando eſt ſanitas. Et ꝙ per vrinam appa
ret.xviij.tertij. Sed ꝙ per ſudorē affirmat Ariſt.xiij
de partibus aīaliū. Sanguis tamē vtiliter cōmu/
niter euacuat̄ per has regiones:ſcꝫ per nares ve/
nas emoroydales et mēſtruales. ¶ Ultio nota de
intentiōe Galeni nono terapētice.naturā per po/
tum aque frigide nō ſoluꝫ iuuari in expellendo di/
ſconueniens:ſed etiam in attrahēdo conueniens ⁊
ſeparando ab inconueniētī:ita vt ſequat̄ mali ex/
pulſio et boni nutrimenti ad mēbra attractio. Di/
cit enim ſic. Natura enim ſolidā animalis particu
lam roborata humoribus qui ſunt ꝑſubtiliati ap/
ponit:vt quicunqꝫ et nutrire ſufficientes hos qui/
dem attrahit ad eas:inutiles vero abijcit: aut per
cutim:aut per ventrem.

¶ Et quādoqꝫ dat in potu medicꝰ de aqua
frigida infirmo quātitatem plurimā adeo
donec color eius fiat viridis: et tremat que
ſit ſaltem perueniens vſqꝫ ad minam vnam
et dimidiam:et fortaſſe conuertitur febris
ad flegmaticam:et fortaſſe confortatur na
tura et expellit materiam cum ſudore ⁊ vri/
na et fluxu ventris:et eſt ſanitas.

¶ In iſta parte ſuperius diuiſa Auic.narrat quan/ Quantitas aq̄ frigide.
titatem quā dat aliquādo medicus de aqua frigi
da et ipſius effectus dicens:qꝫ quandoqꝫ dat me
dicus febriēti quātitatem plurimā adeo donec co
lor eius fiat viridis et donec eger tremat:que quā
titas aque eſt quandoqꝫ ꝑueniens vſqꝫ ad minam
vnam et mediā. Et deinde ponens effectus qui ſe/
quuntur dicit ꝙ fortaſſe febris conuertitur ad fle/
gmaticam:⁊ hoc eſt minus malū quā ꝙ eger areſa
ctus moriatur. Et fortaſſe:ideſt aliquando natura
confortat̄ et expellit materiā cum ſudore vrina et
fluxu ventris et fit ſanitas. ¶ Notandū primo cir
ca partem preſentē ꝙ quātitas aque exhibēde hu/
iuſmodi febriētibꝰ nō eſt per autores limitata. ve/
rum quando adſunt omnes vel plures conditiōes
indicātes potum aque frigide et pauce obſtent. ſe
cundū Galenū nono terapentice.ca.ſuperius alle
gato.deberet eger bibere de aqua frida quantum Galenus de aqua frida.
appetit. Eſtimat enim appetitū ſuuꝫ incenſum ſe
cundū exigētiā caliditatis ⁊ ſiccitatis febrilis cor
rumpende. Auic.vero concedit aquā frigidā quo/
uſqꝫ color egri efficit̄ viridis.ideſt liuidus ſiue pal
lidus. Et quouſqꝫ ipſe eger tremat.i.rigeat. palle
ſcit nanqꝫ calore naturali minorato aut interiꝰ fu
gato. Riget aūt nocito ſtomacho ⁊ membris ſenſi
bilibus a ſuperflua frigiditate cuius nocumentū
ipſa mēbra nituntur per motum illū concuſſiuū a
ſe excutere. Dicit enim Auicen. ꝙ exhibendū eſt de
aqua tm̄ ꝙ ſit ſaltē perueniens ad eminā vnam et
ſemis.nō limitās tamē determinatā quantitateꝫ
Emina diuerſificatur ſcd̄m diuerſos antores.naꝫ
ſecundū Iſidorū eſt lib.j. Emina ſcd̄m Auic. ⁊ Io/
hannē ſerapionis eſt ponderis.11530.granatoruꝫ
ordei:et ipſa eſt ſextaria.40.ſextariū aūt eſt vigeſi
ma pars lib.vnde facta bona cōputatione emina
eſt pondus duarum librarū ſcd̄m hos autores:ſed
emina romana eſt.20.ℨ.italica xo ⁊ egyptiaca eſt.
xvj.⁊ ita cōcludēdo hoc pondus poſitū ab Auicē.
hic ſcꝫ emina vna et ſemis eſt apud Iſidorū. 18.ℨ.
et hec eſt pauca quātitas et minor debito quando
adſunt conditiōes oēs indicantes potū aque fri/
gide. Sꝫ apud Auic.⁊ Iohā.ſerapiōis. emina vna
et media eſt tres libre:⁊ eſt pondus cōueniēs obti/
nens extremū maius pōderis aque que debet exhi
beri:ſed emina vna ⁊ media egyptiaca eſt.24.ℨ.et
eſt extremū minus ponderis aque que debet exhi/
beri omnibus cōditionibus indicantibus potum
aque frigide. Emina autē romana que eſt.20.ℨ. eſt
mediū per equediſtantiā inter has extremas quā/
titates que conueniēter poſſunt exhiberi:⁊ hoc pō
dus.30.ℨ.eſt conueniens dictis Gal. qui precipit
dari de aqua quantū appetunt bibere. ¶ Ego em̄
cum ſepe dederim aquā frigidā febriētibus valde
ſitientibus quantū poterāt bibere nūqꝫ inueni ali Conſilium actoris.
quem qui poſſet bibere vltra.36.ℨ.ſed ſecundum
plurimum biberūt circa.30.ℨ.⁊ cum hac quantita
te accidebat ſibi rigor et pallor: iuxta ſententiam
Auicen. ¶ Quod ſi querat aliquis quando nō ſunt
omnes conditiones indicantes potum aque frigi
de:ſunt tamen tot: et ita potentes quod medicus
indicat

indicat dandam eis aquā frigidā. Alique tamen obſtant et ſatis potentes quantū eſt dandū de aq̄ frigida. Reſpōdetur ꝙ hoc nō poteſt certe limitari: ſed ſtandū eſt in diſcretiōe medici preſentis qui ſit doctus in vniuerſalibus et expertus in particularibus. Certum eſt enim minus eſſe dandum quā quando omnes conditiones indicant dandū eſſe aquam frigidam.

Sed circa ſecundā partē huius dicti dubitatur quō febres in quib⁹ exhibetᷣ aqua frigida poſſunt conuerti in flegmaticas. Nam iſte febres ſunt ſanguinee aut colerice. Conſtat autē ꝙ necꝫ ſanguis necꝫ colera pōt in flegma conuerti per infrigidationem: q: coctū nō pōt incrudari quarto metheurorum: et tranſiēs terminū decoctiōis non pōt ad terminū redire. tertio colliget. ¶ Preterea nunꝗ̄ viſum eſt per infrigidantia exterius aut interius applicita ſanguinem in flegma conuerti: nam quantumcunꝫ ſanguinis infrigidetur aut congeletur. nunꝗ̄ tamen accquirit albedinē. Melius eſt itacꝫ dicere quod in maſſa ſanguinea eſt flegma. cuius complexio per minus infrigidantia corrumpitur et exiſtens in loco concluſum corruptum et non rectum a calore naturali tandem putrefit: et facit flegmaticam. Sanguis autem inflammatus per infrigidationem illam reducitur ad benignum et deſinit febris ab illo pendens. et ſi fuerit colera illa expellitur natura vigorata per corruptionem ſui contrarij: aut ad benignū reducitᷣ. ¶ Vel aliter dicitur: ꝙ ſanguis ingroſſatus et quodammodo congelatus: licet non induat formam flegmatis tamen mouetur motu flegmatis: ſcilicet quotidie non propter proprietatem: ſed propter diſpoſitiones manifeſtas ad quod adiuuat. quia multū flegmatis permixtum cum ſanguine illo facit vt ſanguis motu flegmatis moueatur quod flegma putrefit cum antea non putreret. ¶ Quomodo autē natura confortata per corruptionem ſui contrarij expellat materiam febris tam colericam quam alterius generis ſudore vrina et fluxu ventris ſtatim dictum eſt ſuperius. Et etiam ſi conſtaret medico quod natura non poſſet expellere materiam modis dictis: immo potius per potum aque frigide conuerteretur in flegmaticam medicus potius illud eligeret quam egrum areſieri ⁊ maraſmari: vt ſtatim patebit de intentione Auicenne.

¶ Et quandocꝫ iterum ſunt quedam prohibentia deinde timetur malitia caliditatis et ſitis: et eſtimas quod peruenitur per eam ad ariditatem vel extenuationem non prohibeas aquam frigidam. nam additio apoſtematis et cruditatis eius melior eſt quam extenuatio.

Nocumenta aque frigide.

¶ In hac parte ſuperius diuiſa Auicenna oſtēdit quid medicus agere debeat indicationibus de exbibendo aquam frigidam exiſtentibus contrarijs Dicitur ergo quod quando ſunt quedam prohibētia potum aque frigide: vt verbi gratia. apoſtema intrinſecum et ſimilia. Ex alia parte timetur malitia caliditatis: et ſitis: et quod perueniatur per eam ad extenuationem vel ariditatē non eſt prohibenda aqua frigida. Nam augmentum apoſtematis et cruditas eius eſt minus malum quam ariditas et conſumptio eius. Et ſic econtra indicationibus contrarijs exiſtentibus fortioribus contrarium indica: ſcilicet quando magis timeres cruditatem apoſtematis quam ariditatem et conſumptionem: et tu ſimile intellige de quibuſdam conditionibus cōtrarijs. nam hec cōmittenda ſunt iudicio medici qui ſit doctus in vniuerſalibus et expertus in particularibus. horum enim certa doctrina dari non poteſt. In his tamen cōtrarijs indicationibus cōmonemur vt alterum duorum faciamus: aut quod demus aliquid loco aque frigide: quod conferat in omni diſpoſitione: et non noceat ſaltem nocumento notabili: ſicut ſirupus acetoſus: aut aqua ordei. Aut ſi eligamus dare aquā frigidam demus in pauciori quantitate quam quādo omnes: aut plurime cōſentiunt exhibitioni ipſius.

De ſirupo acetoſo.

¶ Et ſirupus quidem acetoſus: quādocꝫ etiam ſedat ſitim et incidit et ſoluit: et nocumentum ipſius apoſtemati nō eſt plurimū: ſicut nocumentum aque: et non eſt ei vis aggregandi materiam et inſpiſſandi eam: et ſimiliter iuleb plurime cōmixtionis.

¶ In hac parte ſuperius diuiſa dicit Auicenna qō ſirupus acetoſus quādocꝫ ſedat ſitim: ſcilicet quādo non eſt valde vehemens cauma incidit et ſoluit: et nocumentū ipſius apoſtemati non eſt plurimum: ſicut nocumentū aque. Et pro quia non eſt eius vis aggregandi materiā et inſpiſſandi eam. et ſimiliter iuleb plurime cōmixtionis quod componitur ex aqua et zuccaro. Habet enim virtutem abſterſiuam per zuccarū: ſed aqua in magna quātitate debet eſſe zuccaro permixta vt notabiliter infrigidet. hi autem potus debent dari actu frigidi aut non frigidi ſecundū exigentiam indicationum contrariarū. quapropter conſulo indicationibus exiſtentibus contrarijs et ſatis fortibus vt potius des aquam zuccharatā aut ordei: aut ſirupum acetoſum plurime aque permixtum.

¶ Et cum non licet non bibat aquam frigidam et ſit audax ſuper eam: timetᷣ quod non faciat accidere conſtrictionem pororū qnare ſit cauſa febris alterius cum euentu opilationis alterius: et fortaſſe erit vehementior prima. Et quādo obuiat membro debili corrumpit operationem eius et multotiens facit deglutionem difficilem: et facit difficultatem anhelitus: et facit accidere tremorem et ſpaſmum et debilitatem veſice aut renis aut colon. Et ille quem oportet plurimum ex eis prohibere a potu aque frigide eſt cui nocet in ſanitate ſua.

Nocumenta aque frigide.

¶ In hac parte oſtendit que nocumēta ſequantur quando exhibetur aqua frigida cōditionibus omnibus: aut pluribus oppoſitum indicantibus. Et dicit quod cum non licet vt bibat aquam frigidā: et exhibetur timetur quod faciat conſtrictionē pororum et opilationem meatuum ad quam ſequatur febris alia noua facta opilatione: que febris fortaſſe erit vehementior prima. Et ſecundo dicit quod quando aqua frigida obuiat membro debili corrumpit operationes eius: et exemplificat dicens quod multotiens impedit deglutionem no-

cendo meri:et facit difficultatem anhelitus nocē/
do diafragmati:et facit accidere tremorē ⁊ ſpaſ/
mum nocendo neruis:et debilitatem veſice:renis:
aut colon:ideſt inteſtinorū nocendo eis:quare ali
quando retinetur vrina ⁊ fit colica aliquando. Ul
timo dicit ille plurimum prohibendus eſt a potu
aque frigide cui nocet in ſanitate ſua. ¶ Notandū
circa ſecundū dictū quod aqua frigida potata no
cet his mēbris extinguendo calorem tam innatū
quā influentem:vnde fiunt īpotentia ad ſuas ope
rationes:et quandoq; propter ſuperfluā frigidita
tem ſi fuerit aliqḋ horum mēbrorum valde ſenſibi
le:ſicut ſtomachus:aut inteſtina accidit dolor for
tis:quādoq; ducēs ad mortē: ſicut dicit Auicenna
xiij.tertij.capitulo de dolore ſtomachi loquēs de
dolore ſequente potum aque frigide: et quandoq;
moritur ſubito propter euētum doloris ad cor.ma
xime autem patiūtur quando ſunt inconſueti po/
tui aque frigide.vt narrat Galenus in libello de
v̄tute ꝯſuetudinis de quodā ſummo ꝑipathetico
vocato Ariſtotele q̇ ex potu aq̄ frigide mortu⁹ eſt.

**Dubitatur.** Utrum in febribus humora
libus:in quibus non eſt hu/
mor crudus groſſus competat aqua frigida. Ne/
gatiua arguitur ex Auicenna decima tertia.tertij.
qui in capitulo de anxietate ſtomatica ꝓhibet
aquam frigidam dicens:quod non oportet vt bi/
batur in febre niſi aqua calida duabus ex cauſis:
prima quia multotiens addit in febrem:vt ibidem
dicit.ſecunda: quia facit humorem magis imbibi
et ſic addit in anxietatē ſtomaticam. ¶ Secundo
aque nullus eſt vſus.niſi quia in acutis bibit̄ mor
bis:vt eſt a pud hypocratē tertio regiminis acuto
rum .textu commenti quadrageſi.octa. ſed mul/
te ſunt febres humorales nō acute nō pendentes
ab humore crudo groſſo:vt puta flegmatice pen/
dentes a flegmate aquoſo.ergo ⁊c. ¶ Tertio eodē
textu commenti quadrageſi . octa. Aqua in co/
lericis:et in quibus colera dominatur ſub diafra/
mate mutatur in colerā:ergo in talibus nō conue/
nit:multi autem ſunt tales. ¶ Quarto eodē textu
in febriētibus habentibus colerā aqua frigida nō
ſedat ſitim:immo potius incitat:ergo nō cōuenit.
¶ Quinto eodem textu corpibus inanitis potus
aque frigide non conuenit:ſed febrientes ſunt ina
niti. ¶ Sexto eodē textu dicit.et nō; inuenim⁹ aquā
ſedare ſitim:⁊ cā ē lōgitudo ſue more ī ſtomacho:
et inteſtinis:aut ſubmergitur aqua in ꝓfundo cor
poris:nec rorē tribuit:nec humectat ariditatē ei⁹.
¶ Septio in nulla egritudine dꝫ aqua adminiſtra
ri ſola in aliqua hora.cuius oppoſitū ſentit Auic.
ergo. aſſumptū eſt Ga.eodē cōmēto dicētis:ꝙ iſte
quidē ſunt cauſe q̄ ꝓuocauerūt hypocratē ad vten
dum aqua ordei ſecaniabim et vino in infirmis et
dimittere vti aqua ſm ergo has res nō opꝫ vt ad/
miniſtretur aqua ſola in infirmitatibus in aliqua
horarū. ¶ Ultimo in peſtilētialibus apud Auicē.
prima quarti.ca. ꝓprio. Aqua plurima ſubito eſt
iuuatiua.pauca autem frequēter exhibita fortaſſe
excitat caliditatē. Cuius nulla pōt eſſe cauſa:niſi
q: aq̄ nō eſt proportionatū infrigidās niſi ſubito
detur in magna copia. Cū g̊ ſint multe febres acu
te,calidiores:aut eque calide ſicut peſtilētiales:ſe
quitur ꝙ in oīb⁹ his nō eſt exhibēda aqua frigida
niſi ſubito detur in magna quātitate. Et conſequē
ter ſequitur:ꝙ neq; ſirupi:neq; aqua ordei:neq; ſi/
miles potus infrigidātes ſunt exhibendi niſi den
tur in magna copia.ſ.a.30.℥.aut circa.cuius oppo
ſitum faciunt practicantes exhibentes ſirupos et
ſimiles potus quattuor aut quinq; ℥.⁊c. ¶ In op/
poſitum eſt hic Auiceen.et Gal.nono ⁊ decimo te/
rapentice.⁊ Raſis .x.Almāſoris ⁊ in diuiſionibus
et.xvj.continētis.⁊ Auerrois.vij. colliget.⁊ Hypo
crates tertio regiminis acutorum.

**Pro deciſione dubij** notandū pri
mo qḋ aqua
de qua in canone fit mētio eſt aqua naturalis qua
cōmuniter vtimur in potu ⁊ ad decoquendum res
que,ad vſum humanum ordinantur que aqua ſe/
cunda primi. doctrina ſecunda. capitulo decimo/
quinto debet habere omnes aut plures ex decem
et octo conditionibus que gratia breuitatis his
verſibus perſtringuntur.

Decē ⁊ octo cō ditiones bone aque.

Fons caſus fundus curſus ab origine diſtans.
Subtilis non tecta leuis paſſibilis apte.
Multa et clara parum vini toleranſq; saporē.
Sit et odore carens linquens hypocūdria preſto.
Non rebus confecta malis reſidentia paruo
Tempore deſcendit coctum diſſoluitur ipſa.
Quamprimum decem et octo modis cognoſci/
tur vnda.

¶ Nam vt eſt apud Galenū tertio regiminis acu/
torum commento quadrageſimo quarto allegato
vbi dicit. Aque nullū vſum inueni niſi quia in acu/
tis bibitur morbis,debet intelligi de aqua bona
nō habente aliquē defectū. Et ibi generaliꝫat ꝙ
ſermo medicorū laudantiū aut vituperantiū rem
aliquā intelligitur in melioꝛib⁹ cuiuſcunq; rerum
quas experiuntur.et hoc idem ait Auicenna ſecun
do canone capitulo ſecundo. ¶ Notandū ſecundo
quod queſtio noſtra querit de aqua huiuſmodi da
ta in multa aut parua quantitate ſola:aut cū alijs
potibus cōmixta. Non enim ſemper pura nec ſem
per in equali quantitate exhibēda eſt:ſed eius quā
titas varianda eſt ſecūdum diuerſitatē quantita
tis caloris:et ſecūdum conſuetudinem:necnō reli/
quas egri conditiones indicantes:aut prohiben/
tes potum eius:quarū alique ſunt diſpoſitiones
naturales.alique nō naturales: alique preter na/
turam:de quibus Auicenna in textu. ¶ Primo ta/
men videbitur qualis debeat eſſe vſus ipſius pu/
re:et in multa quātitate exhibite. Secūdo qualis
debeat eſſe vſus in pauca quantitate exhibite: et
cum alijs rebus cōmixte. ¶ Tertio notādum quod
aqua de qua ſupra quādo eſt actu frigida eſt infri
gidatiua et humectatiua. Eſt enim talis in actu re
ſpectu corporis humani.immo etiam actu calida
ſumpta aut exterius applicita eſt apta infrigida/
re et humectare.retēta em̄ in corpore reducit ſe ad
ſuam frigiditatem naturalē per quam infrigidat.
Et aliquando infrigidat ſuperflue humectando.
que omnia colliguntur ex Auicēna ſecunda primi
doctrina ſecunda.capitulo decimonono. Nec pro
huiuſmodi effectu cauſando eſt neceſſarium vt re/
ducatur a calore noſtro ſicut relique medicine fri/
gide que dicuntur tales ī potētia . Non em̄ habet
complexionem que ſit virtualiter talis:ſicut ille.
¶ Preterea.quantūcunq; aqua ſit ſumme frigida.
tamē propter quancunq; leuem ebulitionē:aut in/
fuſionē in ea rerum calidarum efficitur calida vir/
tualiter. Et quia aqua dicta eſt infrigidatiua ⁊ hu
mectatiua.ideo eſt ſedatiua ſitis:⁊ ſuo curſu eſt ab
lutiua.magis tn̄ abluit calida ꝙ̄ frida: ⁊ q: ſiplex
eſt:non eſt nutritiua:nec in aliquē humorem cōuer
tibilis:quaꝓpter nō ſedat ſitim:quia reſtauret hu
midum roridū:ſed ſolū infrigidādo ⁊ humectādo

¶ Notandū.

Notandum quarto vt patet ex dictis in textu: ꝙ ſicut ex aqua cõuenienter exbibita: ſequitur extinctio caloris febrilis: et aliquãdo ſubito ſalus materia febris euacuata vomitu ſeceſſu ꝓuocatione vrine: aut ſudoris aut ſaltem conuerſio ad flegmaticam facilius tolerabilem. ita ex aqua inconuenienter exbibita ſequitur aliquando mors aut deſtructio operationis alicuius membri nobilis: quapropter in eius vſu oportet medicum omnes conditiones indicãtes potum aque frigide ⁊ prohibentes maturo iudicio equilibrare ne cõtingat error.

**His ita notatis** ſit hec prima concluſio. licet nec in febribus pendẽtibus ab humore frigido neqꝫ ab humore calido groſſo cõpetat potus aque frigide. ĩ febribus tamen pendentibus ab humore calido groſſo digeſto aut ab humore calido ſubtili ſiue digeſto ſiue crudo ꝯpetit potus aque frigide. hec cõcluſio ex textu elicitur. ¶ Scd̃a concluſio. febres in q̇bus cõpetit potus aque frigide ſunt cauſon tam colerica quã flegmatica ſalſa. tertiana pura tam cõtinua ꝗ̃ interpolata. febris ſanguinea putrida. febres peſtilentiales. Item febres ſequentes heriſipilas intrinſecas. et quedã immateriales ſicut multe effimere et ethice. ſ. prime aut ſcd̃e ſpeciei: non autẽ tertie. Iſta concluſio partim ſeq̇tur ex concluſione precedenti. partim eſt manifeſta ex dictis auctoꝝ in particularibus capitulis. Qd̃ eñi conueniat in febribus ſequẽtibus heriſipilas intrinſecas de quo eſt magis dubium fuit oſtenſum circa textum de intẽtione Galeni octauo terapentice. ¶ Tertia cõcluſio. licet potus aque frigide ꝯpetat in quolibet tẽpore paroxiſmi aut exacerbatiõis febrium periodicarũ de q̇bus ſupra et etiã tẽpore quietis. ſecurius tamẽ cõceditur in ſtatu et declinatione: deinde in augmento: deinde in principio. Iſta concluſio quãtũ ad primã partem ſatis nota eſt ex ſepe dictis quantum ad augmentũ ſtatum et declinationẽ: ſed ꝙ aliquãdo cõueniat in ꝓ̃cipio de quo eſt magis dubiũ pꝫ ex ſentẽtia Gal'. x. terapentice. qui cũ cibaret patientem tertianã interpolatã parũ ante paroxiſmum de cuius ſincopi timebat dedit in potu quandoqꝫ duos: quãdoqꝫ tres pugillos aque ſincere frigide fontis. per cuius auctoritatẽ admonemur in principio febrium ſincopalium minutarum potuꝫ aq̃ frigide competere. Quãtum vero ad ſecundã partem probatur. eſt eñi magis apta nocere in principio ꝗ̃ in augmẽto: quia in principio eſt magis apta ſuffocare calorem: prohibere ſparſionẽ materie ꝗ̃ in alijs tẽporibus: cũ tunc calor minꝰ poſſit ei reſiſtere et humor ſit minus ſubtiliabilis et reſolubilis. Et ex ſimili fundamẽto ẽ magis apta nocere in augmento ꝗ̃ in ſtatu. ¶ Sed vbi conuenientius poſſit exbiberi in ſtatu an in declinatione eſt dubium: quia in ſtatu plures ſunt humores et vapores quorũ reſolutio eſt apta per potuꝫ aq̃ frigide ĩpediri ꝗ̃ in declinatione. Sed ex alia parte in declinatione eſt magis apta nocere cum calor in declinatione ſit minus reſiſtẽs ſue extinctioni ꝗ̃ in ſtatu. et per ꝯñs mẽbra et ſpũs ſi ſunt apta magis ledi per ſuperfluã infrigidationẽ. In ſtatu etiã videtur magis neceſſaria caumatis febrilis extinctio. Oportet itaqꝫ medicũ omnia equilibrare et certe magis conſonũ eſt mentibus auctorum vt detur tempore maioris flãme. Unde Auic. in cap. de cura febris ſanguinee. Et melior horarum ad hoc eſt hora vehementie ebulitionis ⁊ anguſtie et inflãmationis et frequentie pulſus cordis. Conueniẽtius itaqꝫ tẽpus exbibitiõis aque frigide eſt ſtatus vl'is quo ad accidentia. cum quo ſi coniungatur ſtatus quo ad digeſtionẽ tanto eſt melius. ⁊ ſimiliter ſtatus particularis verũtamen exiſtẽte materia ſubtili calida non eſt ita neceſſarium expectare digeſtionẽ ſicut in groſſa. ꝑmittẽdum tñ eſt in oibus ventris lenitio et flebothomia ſi fuerit oportuna. ⁊ etiã euacuatio aliq̃ materie ꝓprie ſi fuerit valde ſuꝑflua. Dicit nãqꝫ Auic. in cap. de cura feb. ſanguinee. Et ſcias ꝙ eſſe contentus infrigidatione et dimittere flebothomiaꝫ et ſolutionẽ ventris addidit in opilationẽ et coartationem. quare additur putredo in reliqua diſpoſitione. ¶ Quarta cõcluſio. aqua frigida multa ſubito exbibita aliquãdo eſt ꝯueniẽs. et ſi pauca daretur noceret. Iſta cõcluſio quãtũ ad vtrãqꝫ partẽ eſt de intẽtione Auicẽne in cap. de febre peſtilentiali vbi ad litteraꝫ inquit. Et aqua frigida plurima ſubito eſt iuuatiua valde. pauca autem conſequẽter exbibita fortaſſe excitat caliditateꝫ. De cauſone autem idẽ ſentit Raſis. x. Almãſoris ꝙ multa aque frigide quãtitas infrigidata in niue dari debet tẽpore vehemẽtie caloris. Sed quãtum ad primã partẽ patet de intentione fere oĩm auctorum in febribꝰ incenſiuis ſicut in cauſone ſinocha tertiana febre peſtilentiali. Sed ꝙ pauca quãtitas exbibita in his febribus incenſiuis aliquando noceret vt patet ſupra ex Auicẽna in cura febris peſtilentialis. ¶ Item de intentione hypocratis in tertio regiminis acutorũ. ſ. in illis in q̇bus colera ſub diafragmate dominatur cuius ſimile debemus arguere in alijs febribus valde incẽſiuis. Cauſa eñi excitationis caliditatis a pauca aqua eſt: quia nõ eſt proportionatũ infrigidãs vnde pauca multũ inflãmatur poſtea inflãmata et in vapores conuerſa calefit: ſicut ſi ſolũ ſtuphe aſꝑgatur pauca aq̃ frigida cõuertitur in vapores calidos qui magis ſtuphã calefaciũt. Si aũt ꝓijciatur in ſtuphã magna quãtitas infrigidat vehemẽter: et nõ poteſt calitas ſtuphe aquã in vapores conuertere. ¶ Si aũt q̃rat̃ in qua iſtarũ maior quãtitas et tutiꝰ aqua cõcedit̃. Reſpõdet̃ ꝙ tutiꝰ et maior quãtitas quãtũ eſt merito febris ⁊ cauſe eiꝰ concedit̃ in febribꝰ maioris flãme et q̃ pendẽt ab hũore magis ſubtili: ſed quãtũ ẽ merito aliaꝝ diſpoſitionũ vel conditionũ põt patere ex ſupraſcriptis circa textũ. Et ex his ĩfertur ꝙ vbi nõ adſint conditiões ꝓhibẽtes potũ aque maior quãtitas debet exbiberi in cõtinua ꝗ̃ in ĩterpolata. vbi aũt contradiceret in vtraqꝫ cruditas humorũ magis periculum eſſet exbibere in continua ꝗ̃ in interpolata: eo ꝙ humorũ incrudatio eſt periculoſior in continua ꝗ̃ in interpolata.

De potu aque frigide in pregnante.

**Utrum autem** in pregnãte exiſtentibꝰ oibus aut pluribꝰ cõditionibꝰ indicãtibꝰ et cõſentiẽtibus potui aq̃ frigide debeat exbiberi eſt mihi dubiũ. cũ ex vna parte niſi detur timeat̃ mors vtriuſqꝫ. ex alia parte ſi detur fortaſſe extinguet calorem naturalem fetus q̃ minus poteſt reſiſtere frigiditati aque. et ſic fetus et forte tandem mater interimetur. ¶ Huius dubij a nullo vidi determinationem: ſed magis credo aquam frigidam multam non eſſe exbibendã: tum quia in rebus dubijs melius eſt omittere ꝗ̃ committere: tum quia eſt remedium multum notatum. vnde ſi res tranſiret in ſiniſtrum nõ pauca

medico ſequeretur infamia . Et tertio quia cū aq̄
ordei zuccharata ſirupo acetoſo ⁊ ſimilibus potē
tibus iuuare et parū nocere poſſumus ſibi ſuccur
rere.licet forte nō ſint tante efficacie ad extinguē/
dum calorem febrilem . Et quarto.quia locus ab
auctoritate negatiue valet in medicina.Et ex his
tibi cōſulo non ſolum in hoc caſu:ſed in ceteris:in
quibus alique notabiles conditiones obſtent po
tui aque frigide vt potius abſtineas ꝓpter ratio/
nes ſupraſcriptas.Et quia nō video cur aqua or/
dei et ſimiles potus notabiliter infrigidati non
poſſint eque bene extinguere cauma febrile ſi den
tur in notabili quātitate ſicut aqua frigida:cū illi
ſint frigidi actu et potētia.aqua vero ſit ſolū actu
frigida.et ſic determinatum ſit qualis debeat eſſe
ipſius vſus in multa quātitate . et non alijs poti/
bus cōmixte.

Cōditiōes ob/ſeruāde in exbi bitiōe aque fri gide.

**Nunc vero** determinandū eſt qualis de
beat eſſe vſus eius in parua
quātitate.et alijs rebus cōmixte ſicut quando ad
ſitis extintionem aliq̄d aque cōcedit̄ aut quando
aliquid ei⁹ ꝑmiſcet̄ cū ſirupo aliquo aut electua/
rio vino granatoꝝ aceto et ſimilibus. Et ſicut qn̄
aliq̄d ipſius hora cibi cum vino permiſcet̄ aut qn̄
ſecuꝫ aliq̄d zucchari ꝑmiſcet̄. ¶ Pro huius decla
ratione conſideranda ſunt duo . Primo qualis ſit
feb.in qua exhibetur.ſcd̄o cōſiderande ſunt cōdi/
tiones indicātes et prohibētes potū aque.Si er/
go febris fuerit incenſiua multū ſicut cauſon aut
aliqua peſtilentialis intenſi caloris.tūc in his nō
eſt exbibenda pauca aqua frigida. timemus enīꝫ
maiorem ebulitionē ſicut dictum eſt de intētione
Auicen̄.in cap.de cura peſtilentialis.et de inten/
tione Gal.tertio regiminis acutoꝝ de habētibus
coleram multā ſub diafragmate: in quibus aqua
addit inflāmationeꝫ . Et ſicut:in illis febribus in
quibus ſuccus anguríe cōuertitur in colerā. q̇nto
colliget.cap.penultimo.in his non eſt danda aq̄
frigida in pauca quātitate:ſed ī multa.¶ Sed di/
ceres pono ꝙ adſint alique conditiones ꝓhiben
tes potum aque frigide ſicut ꝙ materie ſint crude
groſſe aut nondū venter ſit lenitus aut ꝙ ſit ſtoma
chi debilis et ſimiles. Dico ꝙ in his caſibus ē ex/
bibenda aqua ꝑmixta cū ſirupo acetoſo vino gra
natorū aut aceto et ſimilibus potentia frigidis.⁊
detur in notabili quātitate.non eñ timēda eſt fa/
cilis ipſius inflāmatio ſicut quādo daretur pura
his potentialiter frigidis prohibētibus ipſi⁹ ebu
litionē:et quia faciunt ip̄am citi⁹ penetrare . Vel
aliter ſcd̄m Gentilem detur calida et in notabili
quātitate.adiuuabit eñ ad digeſtioneꝫ humoris

Gentilis.

ſitim extinguet humectando.et humores qui ſunt
cauſa ſitis a ſtomacho lauādo neq̄ timetur inflā/
matio corporis per ip̄am.tum q: citius penetrat
⁊ a corpore educitur.tum quia per antipariſtaſim
non inflāmat corpus ſicut aqua frigida. ¶ Vtruꝫ
autē ipſa cōmixta cū alijs rebus debeat dari ī fe/
bribus non multi caumatis calida vel frigida fa/
cile poteſt innoteſcere ex dictis. Si eñ eger ſit cō
ſuetus potui aque frigide et tēpus ſit eſtiuū ⁊ hu/
mores non ſint groſſi crudi neq̄ patiatur anxieta
tem ſtomaticham neq̄ ap̄a intrinſecū aut alia ꝓhi
bentia aquā frigidā debet dari actu frigida:et cū
ea diſtemperari ſirupi ſiue electuaria et reliqua q̄
ſecum permiſcentur . Si vero adſint conditiones
contrarie debet dari actu calida.

**Sed his ita** determinatis ſupereſt vt re
ſpondeamus ad rationes
adductas in ꝯtrariū. ¶ Ad primā cū dicit̄ ꝙ Auic.
in anxietate ſtomaticha ꝓhibꝫ potū aque frigide.
Reſpōdetur ꝙ ꝓhibet potū aque frigide quando
humor ē imbibitus.tūc eñ non debet potare niſi
aquā calidā ad abluendū humorē illū niſi alie cō
ditiones indicantes potū aque frigide eſſent for/
tiores.tunc eñ poſtponeretur anxietas ſtomati/
cha vt ꝓhiberet̄ in corporis exiccatio.Et quāuis
Auicen̄.dicat ibi ꝙ potus aque frigide addat in
febrem intelligit de aqua frigida exhibita:quan/
do nō oportet:vt ibi ſe exponit : vt quia forte ad/
ſunt opilationes et humores ſunt multi groſſi in/
digeſti. ¶ Ad ſcd̄am cū hypo. dicit ꝙ aque nulli⁹
eſt vſus:niſi quia ī acutis bibitur morbis.licet nō
in oībus vt pꝫ ex determinatis in queſtione.et qn̄
hūores ſunt frigidi non cōuenit ſiue ſint ſubtiles
ſiue groſſi.Ad tertiā dicitur ꝙ aqua in q̇bus valde
multa colera dn̄atur ſub diafragmate nō cōuenit
ī pauca quātitate:ſed ī multa:eo ꝙ in pauca quā/
titate calefit euaporat : et amplius corpus inflā/
mat:ſed mltā caliditatē ſubito extinguit:neq̄ cre/
dendū eſt ꝙ conuertatur in colerā cum ſit ſimplex:
ſed in pauca quātitate calefaciendo facit coleraꝫ
ebulire.ita vt videat̄ in colerā conuerti.¶ Ad quar
tam dicitur ꝙ aqua frigida nō ſedat ſitim quā ſe/
dant multi alij potus ſicut aqua frigida cum vi/
no granatorū aut aceto et ſimilibus:non tamē eſt
abſolute negandū ipſam ſedare ſitim . ¶ Ad q̇ntā
dicitur ꝙ aqua frigida multū innanitis non con/
uenit pura in magna quātitate:ſed eſſet cuꝫ alijs
rebus permiſcēda vtputa iuleb et ſimilib⁹: ſed nō
oīa corpora febrientia ſunt multuꝫ inanita.¶ Ad
ſextā dicitur ꝙ non tantū ſedat ſitim neq̄ tantum
humectat quātū multi alij potus. ¶ Ad ſeptimaꝫ
loquitur ꝯparatiue ad alios potus ſicut dictū eſt.
¶ Ad vltimam dicitur iuxta determinata in que/
ſtione ꝙ in peſtilentiali et in febribus ardentibus
debet exhiberi in magna quātitate : ita etiam aq̄
ordei.et alij potus:non tamen alij potus ſunt ita
apti corpus inflāmare ſicut pauca aqua frigida
cum ſint actu et potentia frigidi. ¶ Preterea non
tanto tēpore retinentur: ſed tranſeunt et tranſmu
tantur in humiditates.ſunt enim magis a natu/
ra dilecti quā frigida aqua.

**Dubitatur** ſcd̄o an ꝓ exhibendo aquaꝫ
frigidam in febribus hūora
libus ſit expectanda digeſtio.¶ Pro cuius deciſio
ne premitto ꝙ febres humorales in quibus con/
uenit copioſus aque frigide pot⁹ ſunt febres ſan/
guinee vel colerice.longinquū eſt enim ꝙ in fleg/
maticis aut melācolicis conueniat copioſus aq̄
frigide potus. ¶ De ſanguineis autem dicenduꝫ

An ſit expectan da digeſtio in exhibitione aq̄ frigide.

eſt ꝙ ſi pendeant a ſanguine buliente abſq̄ putre
dine in quo nō ſit aliud peccatum preter multitu/
dinem et ebulitionē ſtatim nulla expectata dige/
ſtione ē exhibenda aqua frigida.Si vero ſanguis
ſit putridus tunc aut cum putredine ſua declinat
ad groſſitiem et eſt expectanda digeſtio . Si vero
declinet ad ſubtilitatem non eſt expectanda dige
ſtio cum per potuꝫ aque frigide digeratur. Si au
tem feb.fuerit colerica ⁊ pendeat a colera ſubtili
per ſimile fundamentum non eſt expectanda dige
ſtio.Si vero pendeat a colera groſſa debet dige/
ſtio expectari . ¶ Contra determinationem iſtam
inſtatur per Ga.nono terapentice.qui vult quod
quamuis flebothomia in omni tempore conue/
niat tamen potus aq̄ frigide cōuenit apparētib⁹
ſignis digeſtiōis.Idē ſētit Auer.vij.colligꝫ dicēs

ꝙ prima

Auerroys.

ꝙ prima conditio attēdēda in potu aque frigide
eſt ꝙ materia ſit digeſta. licet Auerroys ibidez, ſi/
bi cōtrarius videatur cū dicit. melius eſt exbibere
aquā frigidā in principio ſine apparitiōe ſignoꝝ
digeſtionis et nō curare de dictis antiquoꝝ ꝯtra
boc. ¶ Preterea natura ꝓ faciendo criſim in ſino/
cba expectat digeſtionē. ergo medicus q̄ eſt imita
toꝛ nature debe idē expectare. ¶ Preterea in cau/
ſone que pēdet a materia ſubtili expectatur dige
ſtio ab aliabate tertio practice de regi. ſa. febꝛiuz
per victū et a Caſſio felice in cura cauſonis. ¶ Ad
primū dicendū. ꝙ licet nō ſit neceſſariū i ſinocba
ſine putredine expectari digeſtionem pro dando
aquā frigidam. vtile tamē eſſet ſi apte poſſet expe
ctari digeſtio. dicit ꝙ illud eſt cōuenietius ſi apte
fieri poteſt. Cū vero dicit Auer. nō eſſe expectādā
digeſtionē intelligit ꝙ imminēte neceſſitate non
bene dante indutias nō opz ipſam expectari. Et
ſimiliter eſt Ga. interpretādus qui iubet digeſtio
nem expectari ad boc. ¶ Ad aliā rationez dicit̄ ꝙ
natura expectat in ſinocba quātūcūqꝫ ſit ſanguis
optime digeſtus ſm̄ qualitates manifeſtas vt im
primat in eū proprietatez qua facile ſibi obediat
et vt babeat adiutoriū ſupercelēſte quo fortificet̄
in ſua operatione: ſed non opz medicuz boc expecta
re. ſatis em̄ natura iuuabitur ꝑ extinctionem ſui

Aliabas.

cōtrarij ab aqua frigida. ¶ Ad Aliabatē autem ⁊
Caſſiū felicē expectātes digeſtionē in cauſone dr̄
ꝙ expectant ipſam in cauſone pendente a colera
groſſa. ¶ Et ex bis patet ſolutio ad queſtionē an
medicus debeat expectare diē creticā pro dando
aquā frigidā. dicitur em̄ ꝙ ſi apte poteſt expecta/
ri eſſet melius vt cū auxilio aque frigide cōiunge
retur auxilium ſupceleſte: ſed iminente neceſſitate
feſtinationis nō debet tardare. ¶ Cōtra. ſequit̄
ꝙ ſi materia eſſet groſſa et cruda imminēte neceſ/
ſitate feſtinationis non debet expectare digeſtio/
ne contra determinata ſuperius de intētione Aui
ceñ. ¶ Reſpōdet̄ ꝙ ſi egritudo nō daret indutias
vt materia poſſit digeri: aut forte vides alteratio
nem in materia ꝓcedentē in malignū: vt quia inci
pit vrina tepefieri aut denigrari. meli⁹ eſt nō expe
ctata digeſtione dare aquam frigidā ſicut et qñqꝫ
in materijs malignis damus ſolutiuuz non dato
digeſtiuo. Qđ autē dictū eſt ſuperius ꝙ in mate/
ria cruda expectāda eſt digeſtio intelligit̄ vbi nō
iminet magna neceſſitas feſtinātie ſed in ſangui
ne ebuliēte et. colr̄a ſubtili nō tantū cogimur expe
ctare digeſtionē ſicut in colera cruda groſſa. etiaz
imminēte pauca neceſſitate feſtinātie dabim⁹ in
ſinocba ſine putredine et febꝛe pendente a colera
ſubtili aquā frigidā ſperādo ꝙ ꝑ eam colera ſub/
tilis digeratur et ſanguis ebuliens nō incrudet̄.

¶ Immo cum videris calefactionem foꝛ/
tem et complexionem et ſiccam et euacua/
ueris: tunc quandoqꝫ concedes infuſionez
fieri in aqua frigida apud declinationem
et apparitionē digeſtionis et euacuationē
humoꝛum et non eſt malum vt adminiſtre
tur balneum et potus vini cōmixti ſubtilis
et inunctio cum oleis lenificantibus.

¶ In parte preſenti docet vſum aque frigide ab
extra. ſ. per modum infuſionis aut balnei. et gra/
tia buius loquitur de balneo aque calide ⁊ de vſu
vini ⁊ ſimilibus dicēs ꝙ cum videris bec quatuoꝛ
ſcꝫ calefactionez foꝛtē febꝛilem et complexionem
naturalem calidam et ſiccam. et tertio ꝙ euacua/
ueris. et quarto ꝙ egritudo ſit apud declinationē
ideſt in ſtatu aut declinatione vniuerſali: qđ co/
gnoſcitur per apparitionem digeſtionis et eua/
cuationē bumoꝛum. tunc quandoqꝫ concedes in/
fuſionem fieri in aqua frigida ita vt in ea infrigi/
dentur extrema ſm̄ ꝙ dicetur in cura tertiane: aut
ꝙ totū coꝛpus balneetur i ea ſcđm ꝙ placet Ga.
xj. terapeñ. ix. ca. ſcđo dicit ꝙ non eſt malum vt ali
quando in febꝛibus adminiſtretur balneuz aque
dulcis calide et potus vini ſubtilis cōmixti. ſ. cuz
aqua. ¶ Item ꝙ adminiſtretur inunctio cuz oleis
lenificantibus. ideſt poꝛos aperientibus et dila/
tantibus.

De balneo aq̄ frigide.

**Dubitatur** gratia primi dicti vtrum bal
neum aque frigide aut eius
infuſio competat in febꝛibus putridis. ¶ Pro ſo
lutione buius dubij premittendum ꝙ iuuamenta
aque frigide exterius applicite in febꝛibus ſunt.
primum caumatis febꝛilis extinctio. ſecūduz are
factionis et ſuperflue ſiccitatis pꝛobibitio. et ter
tium caloꝛis naturalis confoꝛtatio. Nocumenta
aūt ſunt caloꝛis naturalis extinctio. et cōſequēter
virtutum omnium debilitatio. Secundū eſt mem
bꝛoꝛum neruoſoꝛū percuſſio. et conſequenter coꝝ
doloꝛ et ſpaſmus. tertium opilatio. quartum ma
terierum incrudatio.

Concluſio.

**His premiſſis** ſit bec prima concluſio
In nulla febꝛe flegma/
tica aut melancolica interpolata aut cōtinua ꝓ/
poꝛtionali conuenit balneū aque frigide. Iſta cō
cluſio eſt de intentione auctoꝛū maxime Auiceñ.
in cap. de flegmatica. et etiā bene diſcurrenti per
iuuamenta et nocumenta ſupraſcripta facile in/
noteſcit ꝙ balneuz aque frigide ſit in bis febꝛib⁹
aptū multum nocere et parum pꝛodeſſe. ¶ Secū/
da concluſio. in febꝛe pendente a materia calida
ante digeſtionem non conuenit balneū aque fri/
gide ꝑcipue materia exiſtente multa groſſa. Iſtaz
cōcluſionē Auicē. manifeſte ponit in littera. d. in
adminiſtratione balnei aque frigide debere pre/
ceſſiſſe euacuationē et digeſtionē. ¶ Tertia cōclu
ſio. in omni febꝛiente febꝛe acuta et ſanguinea vel
colerica ꝑcedēte digeſtione et euacuatione cōue/
nienti cuius ꝯplo ſit calida babitudo carnoſa vel
nō multum extenuata et etas iuuenilis ipſo etiaz
non exiſtente debili ſcđm aliqđ membꝛum nobile
nec babente opilationē aut apa. et conſueto bal
neari in aqua frigida tēpoꝛe calido cōpetit bal/
neum aque frigide. cōcluſio ptz cū extinguat cau
ma febꝛile et exiccationē pꝛobibeat et foꝛte calo/
re vigoꝛato ſit cauſa ſudoꝛis. xj. terapeñ. idē ſen/
tit Raſ. xvj. cōtinētis. ¶ Quarta ꝯcluſio. lꝫ coꝛpo
ri aliqualiter extenuato timoꝛe arefactionis bal/
neū aq̄ frigide ꝯueniat: tuti⁹ tñ ceteris parib⁹ cō
cedit̄ in coꝛꝑe carnoſo ⁊ magis ifrigidatiuū. ꝯclo
ptz: qꝛ lꝫ in coꝛꝑe carnoſo noceat vapoꝛes cōclu/
dendo. et calꝛm interi⁹ foꝛtificādo: tñ in extenuato
mlto magis nocet ꝑtes diſcooptas ꝑcutiēdo ⁊ ca
loꝛē innatū extinguēdo. Adde ꝙ ſicut dicit Ga. xj.
terapē. loco ſuꝑius allega. calꝛm interius foꝛtifi/
catū mouet materias exterius cū ſudoꝛe aut foꝛte
eas cū fluxu expellit. ¶ Quita ꝯclo. i iuuene bene
carnoſo ⁊ eſtate media bñ ꝯuēire pōt i tertiana ca/
loꝛē iteri⁹ foꝛtificādo. ꝯclo ptz. v. affoꝛiſ. affo. 22.
¶ Sexta ꝯclo. cōiter aq̄ frigide balneū vitādū eſt
i febꝛe putrida q̄cūqꝫ. pꝫ ꝯclo. qꝛ ſcđm pl̄m ꝓpter
tale balneum plura ſequuntur nocumenta quam
iuuamēta. ¶ Item. quia cōiter ad boc balneū ſūt
inconſueti, et tertio quia difficile eſt metiri moraz

balnei ſm quātitatē ſue frigiditatis ⁊ corporū di
ſpoſitiōes quibus balneū cōuenit. ¶ Adde qd̄ eſt
remediū multū notatū. et cōtra cōmunē oīm opi
nionē: vnde ſi res tranſiret in ſiniſtrū cederet ma/
gno decori. Ego enī cum practicauerim. xxxv. an/
nis nūq̄ balneaui niſi vnū patientē cauſonē cum
fluxu ſanguinis nariū preter modū ſuperfluentē
qui eadē die a cauſone et a fluxu ſanguinis ſana/
tus eſt: ⁊ magis ipm balneaui ꝓpter fluxū ſangui
nis: cū alia remedia nō cōferrēt: quā propter cau/
ſonem. et cōfiſus ſum maxime ꝓpter hoc: q2 cōti/
nue in aquis natabat. ¶ Septima cōcluſio ſi feb.
eſt interpolata aut cōtinua proportionalis me/
lius eſt ipſum balneare in hora tēporis aut quie/
tis. Iſta cōcluſio eſt de intentione Raſ. xvj. conti/
nentis. vbi ad literam dicit iuuenis carnoſi cor/
poris non debet habere horribilem niſi poſt decli
nationē particularem balneationē cū aqua frida
Et rōne probatur: quia balneum tunc applicatū
ſufficienter extinguit calorem in mēbris impſſum
et cum hoc non retinet materiam poriſmalē nec
prohibet eius euaporationem.

De balneo dulcis aque.

**Dubitatur** ſecundo. vtꝝ balneum aque dulcis calide cōpetat ī febri
bus putridis. ¶ Pro ſolōne dubij p̄mittendū eſt
q̄ balneum aque dulcis calide duplex: ē enī qddā
in quo parua mora contrahit̄ factū ſolūmodo ad
remouendū ſorditiē que eſt in poris et eoꝝ aptio/
nem et aliqualē corporis humectationē. aliud eſt
balneū in quo notabilis mora ɔtrahit̄ factū non
ſolum ꝓpter ſuprāſcriptas vtilitates: ſed etiā ad
reſolutionē materie febris. ¶ Premittendū ſcdo
q̄ materia fe. quāto ē paucior ſubtilior digeſtior
⁊ poris cutis propinquior tanto eſt aptior vt per
balneū reſoluat̄ et ſub forma ſudoris educatur. ⁊
ecōtra ſe hʒ habēs conditiōes oppoſitas. ¶ Pre/
mittitur tertio q̄ iuuamenta balnei de quo ſupra
ſunt cutim a ſorditie abluere: poros apire: hume/
ctare: materiā reſoluere: et nutrimentū per mem/
bra diſtribuere. Nocumenta autē ſunt inflāmare
ſpūs: reſoluere: materiaʒ liq̄facere: q̄ liquefacta ꝑ
membra fluit. ⁊ cū alijs hūoribus permixta ipos
inficit et putreſcere facit. Et ampli⁹ fluēs ad mē/
bra debilia ipſorū debilitatē ac nocumēta fouet
et auget.

Cōcluſiōes varie de balneo aque dulcis et calide.

**His premiſſis** ſit hec prima cōcluſio. licet in febribus putri/
dis pendentibus a materia groſſa multa cruda a
poris diſtāte non cōpetat balneū aque dulcis ca
lide in quo notabilis mora cōtrahat̄: balneū ta/
men pauce more aliq̄n ɔpetere pōt. Prima pars
cōcluſionis manifeſta eſt ex ſuprāſcriptis cū mul/
ta nocumēta et pauca iuuamēta ſint merito talis
balnei apta cōtingere. Scda pars ɔcluſionis eſt
de itētiōe Auic. in ca. de cura q̄rtane. Et igrediat̄
balneū ī die ſcdo ſi q̄dē fuerit digeſtio ſm deſcri/
ptionē: ⁊ ſi nō fuerit digeſtio nō fiat niſi ī eo ifuſio
aq̄ cal̄e q̄titate q̄ delectat corp⁹ ⁊ hūectatīn⁹ q̄
ꝑueniat ad hoc vt calefiat ex ea humor. ¶ Et cōfir
matur. quia ex tali balneo pauce more fiunt iuua
menta ſuperius ſcripta et pauca aut nulla nocu/
menta. ¶ Scda cōcluſio. in febribus pēdentibus
a materia pauca ſubtili digeſta poris propinqua
nō exiſtente debilitate in aliquo mēbro nobili cō
petit balneuʒ aque calide. cōcl̄o nota eſt ex ſupra/
ſcriptis: cū plura ſint apta ſequi iuuamēta et pau
ca nocumēta. Dicit autē nō exiſtēte in aliquo mē/
bro nobili. Nam debilitas mēbri a q̄cunq̄ cauſa
proueniat facit vt materia ab alijs mēbris ad ipʒ
trahatur. et ſic amplius nocebitur et debilitabit̄.
¶ Tertia cōcluſio. in febribus pendentibus a ma/
teria medio modo ſe habēte inter cōditiones ꝓhi
bentes balneū de quo ſupra et ſuadētes ipſi⁹ ad/
miniſtrationem iudicium de adminiſtratione ei⁹
eſt mediū. hec ɔcluſio nota eſt ex ſuprāſcriptis.
¶ Preterea auctores nō expectāt talem digeſtio/
nem et euacuationē in tertiana pura: ſicut in reli/
quis febribus. ¶ Quarta cōcluſio. ī febre putrida
aliqua particula nō p̄ncipali exiſtente debili bal/
neum cōtingēter erit cōuenientius quā illa ꝑticula
nō exiſtente debili. probat̄. nam exiſtēte pede de/
bili et incurſuro podagrā balneū erit cauſa vt ma
teria feb. que ſine alio auxilio eſſet mortalis fluat
et permutet̄ ad pedes et faciat podagrā ſalubrē.
et hanc concluſionē ſentit Gal̄. xj. terapeū. ij. cap.
cuius littera. Si vero quidē nulla particula p̄nci/
paliū imbecillis fuerit: et aliqua non p̄ncipalis ī/
becillis exiſtat: quēadmodū in podagricis quidē
pedes. et arteticis vniuerſi corporis articuli maxi
ma quidē vtiq̄ ex balneo laboranti ad ſalutē ꝑfe/
cta eſt pars particulis ſuſcipientibus ſuꝑfluita/
tes imbecillibus. ſimilis ſentētia habet̄. xvj. conti
nentis. ¶ Quinta cōcluſio. balneū in putridis ſm
plurimū debʒ adminiſtrari poſt digeſtionē et no
tabilē materie euacuationē. concluſio patet: quia
ſic adminiſtratū eſt aptū educere materias cū ſint
per digeſtionē equate. et cum hoc quia ſunt pau/
cificate ſunt apte minus fluere per mēbra. ⁊ ſic mi
nus opilare et alios humores inficere. eſt etiam
de intentione oīm auctorū. verū in tertiana pura
tutius adminiſtratur ante cōpletaʒ digeſtionē et
multā euacuationem ꝓpter colere ſubtilitateʒ vt
manifeſte ſentit Raſ. xvj. continētis vbi ad litte/
ram. verū in tertiana nō nocebit: ſed eger balneet̄
ante digeſtionē. ¶ Sexta cōcluſio balneum hmōi
conuenientius adminiſtratur in tempore aut quiete
feb. aut in declinatione particulari q̄ in alijs tem
poribus. cōcluſio probatur. ſimile eſt de balneo ⁊
reliquis euacuatiōibus: ſed reliq̄ue euacuatiōes
adminiſtrant̄ cōuenientius in tēpore q̄etis aut de
clinatione: aliorum paritate ſuppoſita. quare. ⁊c.
¶ Ex predictis infertur q̄ balneū qd̄ adminiſtra/
tur in reliquis egritudinibus preter febres ſicut ī
ſpaſmo paraliſi. colica dolore renū matricis et ſi/
milibus conuenientius adminiſtratur digeſta ma
teria et minorata quā a principio. Et q̄ ſi opus ē
ipſum adminiſtrare a principio eger paruʒ debet
in eo morari vt ſolum dolor et accidentia infeſta
ſedentur et materia non liquefiat. ¶ Ultima con
cluſio. rarius apud nos eſt vtendū balneo qui ſu/
mus inſueti q̄ apud conſuetos. cōcluſio patet: cū
conſuetudo ſit quaſi altera natura. Si que etiam
alie rationes et auctoritates adducentur contra
hanc determinationē facile ex predictis ſolui aut
gloſari poſſunt.

An vinū cōpetat febricitantibus.

**Ultimo dubitatur** vtrū vinū cōpetat in febribus
¶ Pro cui⁹ dubij determiatiōe p̄mittēdū q̄ vinuʒ
de quo hic ē ſermo eſt vinū de vuis maturis nō ex
granatis pomis citonijs. et hmōi. ¶ Premittitur
ſcdo q̄ licet vinū hmōi multas recipiat diſtictio/
nes ſm diuerſitates vuaꝝ: diuerſitatē locoꝝ: diuer
ſitatē etatis ſue: diuerſitatē artificij. et alia hmōi
dicta: tātūmō diuerſitates ei⁹ que ꝓ dubij ſolu/
tiōe oportune ſūt videbūt̄. ¶ Eſt ḡ ſciēdū vt pōt
cognoſci ex dictis auctoꝝ et expientia quadam q̄
vina reperiūtur triplicia: quedā frigida: q̄dā vino/
ſa notabiliter calida: quedā media inter hec paꝝ
calida

calida et ſatis equalitati propinqua primoꝝ q̄dā
ſunt acria exiſtentia alba aut rubea per quorū po
tum multi ſentiūt eorū ſtomachos manifeſte īfri
gidari. Quedā autem ſunt quodāmodo inſipida
aquoſa aque in colore ſimilia: de quibus loquitur
Gal. in libello de vinis in principio. Vinū aquo/
ſum nominant homines id qd̄ aſſimilatur ſm co/
lorem aque. Dyafanū enim eſt ⁊ lucidum et purū
et conſiſtentia ſubtile apparet: et guſtu videbitur
forte nullum ſaporem habere. et cū cōmiſcet̄ cum
aqua nō tolerat multe aque mixtionē. vnde vinuȝ
hoc pauciferum vocatum eſt. et in eodem libello.
Album vero et auſterum iuuenile infrigidat ſenſi/
biliter. et alibi. nec caput debile tangens nec ner
uos debiles. Vina autem notabiliter calida ſunt
multiplicia alba et rubea dulcia et acuta auſtera
acria. quorum diuerſitas guſtando facile compre
hendi poteſt. Et hec vina cū ſunt noua corpus hu
mectant et per antiquitatē ſiccitatem acquirunt.
Media autē inter hec ſimiliter recipiūt multipli
cem diuerſitatem in colore ſapore. et modo ſub/
ſtantie ſicut priora. ¶ Premittendū tertio ꝙ vinū
competere in febribus poteſt intelligi tripliciter
vno modo ꝙ competat ratiōe febris. ſcd̄o modo
ratiōe cauſe eius. tertio modo ratione diſpoſitio
num que in febribus complicant̄ ſicut eſt freneſis
ſincopis ſpaſmus paraleſis dolor ſtomachi inte
riorum et ſimilia.

Cōcluſiões de exhibēdo vinuȝ feb.

**His premiſſis** ſit hec prima cōcluſio
ſcd̄m plurimū vinū nō
competit febrientibus ratione feb. probat̄. nam
ſcd̄m plurimū vinū eſt corporis actu febriētis ca/
lefactiuū. ergo cōcluſio vera. aſſumptū probatur.
nam vina vinoſa preter modū calefaciunt. media
magis quā opꝫ. frigida autē ſm plurimū nō ſuf/
ficienter infrigidant. Dico aūt ſm plurimum: q2
poſſet eſſe feb. ita remiſſa ꝙ ſufficiēter infrigida/
rent. Et ex hac ſequitur vinū ratione feb. non cō/
petere in ethicis nec in effimeris. licet forte ratio
ne reſtaurationis et proprie in ethicis ſit aliquā/
do eius adminiſtratio neceſſaria. ¶ Scd̄a ꝯcluſio
nec in colericis febribus nec ſanguineis ratione
feb. aut cauſe eius competit vinū niſi in declina/
tione probat̄. quia vſqꝫ ad ſtatum nimis inflam/
mat aut nō ſufficiēter infrigidat vt poteſt patere
ex dictis ſuperius: ſed in declinatione vinū frigi/
dum et proprie aquoſum qd̄. xj. terapēti. ix. ca. vni
uerſas mouet execrationes: confert aperiēdo p/
uocando et virtutē cōfortando. et concedit̄ in te/
pore aut quiete nō autē tempore actualis feb. Et
cum cauſon et ſinocha non habeant quietes aut
tepores ſaltē manifeſtas nō ꝯuenit niſi ꝓpe finē
declinationis. Et hec oīa ſentit Gal. de vinis ſupe
rius allegato. ¶ Tertia cōcluſio licet in febribus
flegmaticis et melācolicis quātū eſt ratione feb.
non cōpetat vinū a principio: tamē poſt manife/
ſta ſigna digeſtionis et materie minorationeȝ ra/
tione cauſe vinū etiam calidū debet cōcedi qn̄qꝫ
probatur: quia in principio nimis aperit et pro/
uocat qd̄ in p̄ncipio non eſt conueniens: ſed poſt
manifeſta ſigna digeſtionis optime conuenit di/
gerendo et virtutē confortando qd̄ debet exhibe/
ri tēpore maioris quietis et limphari ſm oportu
nitatem. in flegmaticis tamen cōuenit vinū ſicc⁹
q̄ in melācolicis merito humoris. Quarta cōclu/
ſio ſicut in febribus oībus ratione ſincopis vinuȝ
in quocūqꝫ tēpore debet concedi. ſic etiā in febri/
bus oībus timore freneſis in quocūqꝫ tēpore de/
bet ꝓhiberi. ꝯcluſio quātū ad primā partē eſt. G.
xj. terapenti. cap. iij. Et Auic. vndecima tertij. Et
probatur ratione: q2 in tali caſu opꝫ corpus nutri
re: ſp̄us fouere: et cito reſtaurare. hoc aūt maxime
facit vinū: qd̄ debet eſſe ſubtile aromaticuȝ: dꝫ tn̄
limphari ſm exigentiam feb. ꝓpterea ſaraceni s:
q̄bus eſt vinū ꝓhibitū per legē: ꝯcedit̄ timore ſin
copis. vij. colliget. ¶ Ex quo īfert̄ ꝙ ſi ſincopis ꝓ/
ueniret ꝑ multitudinē materie p̄focantis ſp̄us in
corde non debet vinū exhiberi cū potius adderet
in p̄focationē. Et quo ad ſcd̄am partē etiā eſt ma
nifeſta cū omne vinū ſit vaporatiuū ⁊ moueat ma
terias ad caput. Quid aūt faciendū ſit ſi ſimul cō
currūt timor ſincopis et freneſis. pōt eſſe manife
ſtū ex dictis Auicē. quarta p̄mi. vltimo cap. Inten
dēduȝ eſt eñ diſpoſitiōi de qua maior ē timor al/
tera nō neglecta. ꝙ ſi timores ſint eq̄les melius ē
vinū omittere: cū virtuti cū aq̄ carnis et ſimilibus
minus nocētibus in freneſi ſubuenire poſſimus.
¶ Quinta cōcluſio vinū dulce cōiter in febribus ē
euitandū niſi cū adeſt neceſſitas excreādi ſicut cū
egritudines pectoris et pulmonis materiales cō
iungūtur. cōcluſio ptꝫ. eſt eñ aptū opilare epar ⁊
mēbra naturalia. licet pulmonē deopilet. x. tertij.
¶ Sexta ꝯcluſio in febrib⁹ apatū nō cōuenit vinū
niſi in declinatione. ꝓbat̄: q2 ante declinationē ve
hit materias ad mēbrū apatū: ſed ī declinatione
iuuat ad eorū reſolutionē. ¶ Vltima ꝯcluſio cōce
dendo aut ꝓhibēdo vinuȝ in febrib⁹ aut reliquis
diſpoſitionibus multū opꝫ attēdere cōſuetudinē
nā multū cōſuetis et affectātibus et nō noceri ſo/
litis a vino facilius ex minori cauſa ip̄m cōcede/
re debem⁹. et in cōtrario modo ſe habētib⁹ ecōtra
magnā eñ vim in vnaquaqꝫ re hꝫ cōſuetudo. vt ē
apud Gal. in lib. de vtute cōſuetudinis. ꝙ ſi tibi. q̄
auctoritates et rationes videātur ꝑſuadere ꝯtra
hanc determinationē facile ex predictis poſſunt
gloſari et ſolui. Superuacuū nāqꝫ et inutile mihi
videtur in vnoquoqꝫ dubio ratiōes ad partes ad/
ducere.

¶ Et cum adminiſtraueris canones pre/
dictos in principio accidentiū febris: tunc
oportet poſt illud vt tu occuperis in dige/
ſtione et euacuatione que non eſt ſcd̄m ſe/
mitam deſiccationis et minorationis et iā
diximus eam: immo ſcd̄m ſemitam abſci/
ſionis cauſe.

¶ Auicēna in parte precedenti poſuit canones in
euacuatione materierum cōmuniū exequēdos in
principio febriū. in parte preſenti ponit canones
in euacuatione materierum propriaꝝ exequēdos
poſt principium. Et primo cōtinuat ſequentia ad
precedentia. ſecundo ponit hos canones exequē/
dos poſt pricipiū. ſecunda ibi. (Et non euacues)
In prima parte dicit ꝙ cum adminiſtraueris ca/
nones predictos. i. fueris illos executus in princi
pio accidentie feb. i. cum febris accidit in princi/
pio. tunc oportet vt poſt occuperis in digeſtione
et euacuatione que euacuatio non eſt ſm ſemitaȝ
minorationis. i. euacuationis materierum cōmu
nium que apud arabes vocatur exiccatio q̄ dicta
eſt ſuperi⁹: imo ē illa q̄ nūc dicēda ē ſꝫ ſemitā ab/
ſciſiōis cauſe. i. euacuatiōis ꝓprie materie facien
tis febrē. Deinceps eñ intēdit ponere canones ꝑ
digeſtione et euacuatiōe materie ꝓprie ipſi⁹ feb.
Si aūt text⁹ dicat in p̄ncipio accidentiū febriū nō
intelligas ꝑ accidētia ſolū illa q̄ ſequūtur febres
ſed quecūqꝫ aliquo modo febri in principio cōiū
guntur ſicut cruditas materie et reliqua omnia.

¶ Et non euacues materiam indigeſtam in calido aut frigido niſi propter neceſſitatem.

¶ In parte preſenti proſequitur ponendo canones in euacuatione materie. et diuidit̃ in quatuor partes. In prima ponit canonem generalem. et ẽ ꝙ non euacues materiam indigeſtam niſi ꝓpter neceſſitatem. In ſecunda parte reprobat opinionem Raſ ſententis contrarium. In tertia parte oſtendit in quibus caſibus eſt euacuandum ante digeſtionem. In quarta ponit quoſdam canones particulares circa euacuationem materie ꝓprie ibi ſcđa. (Et nō auſcultes virum.) tertia ibi. (Cū autem materia eſt plurima.) Quarta ibi. (Cum ergo exerces euacuationem.) prima in duas. In prima ponit canonem cum exceptiua ſua. in ſcđa probat ipſuꝫ. ſcđa ibi. (Fortaſſe enim.) In prima dicit ꝙ medicus non debet euacuare materiā indigeſtam in calido aut frigido. ſ. morbo niſi propter neceſſitatem que neceſſitas inferius declarabitur vbi oſtendetur in quibꝰ caſibus eſt euacuandum ante digeſtionem.

¶ Fortaſſe eniꝫ multiplicatur euacuatio humoris non peruenientis ad ſtatū per digeſtionem vt euacuetur. et fortaſſe nocet euacuatio maturationi. et fortaſſe permiſcetur cum ea malignū cum bono ꝓpterea ꝙ mouetur malignū abſq; digeſtione ſua.

¶ In parte p̄ſenti probat canonē ſupraſcriptū. ſ. ꝙ nō ſit euacuandū ante digeſtionē tribus rationibus. quarum p̄ma eſt iſta: quia ſic euacuabitur humor. ſ. qui nō debet digeri neq; p̄parari ad hoc vt euacuetur: immo digeri debet digeſtione preparante ipſum vt nutriat corpus. humoris eñ boni nō queritur euacuatio. ¶ Secunda ratio quia fortaſſe euacuatio ante digeſtionē nocebit maturationi: euacuando. ſ. ſubtile magis paratū euacuari et derelinquēdo groſſū ineptū digeſtioni ⁊ euacuatiōi. ¶ Tertia ratio. quia fortaſſe per hāc euacuationem ante digeſtionē permiſcetur malignū cum bono: propter qđ malignū motū ante digeſtionē non obediēs euacuatiōi agitabitur et non educetur: immo permiſcebitur cuꝫ bono: et ſecum permixtum corrumpet bonū: et ſic malignus multiplicabitur. et eſt ſententia Auicen̄. quarta primi cap. iiij. ¶ Notandum primo ꝙ Auicen̄. in omnibus his tribus rationibus replicauit fortaſſe. In prima quidem: quia contingit aliquando ꝙ ſolutiuum exhibitum ante digeſtionem quāuis eque bene illud reſpiciat humorem bonum ſicut malū ꝙ euacuet humorem malum et nō bonum natura exiſtente ſollicita de expulſione mali et retentione boni. In ſecunda etiam ratione replicauit ly. fortaſſe: quia contingit aliquando humorem indigeſtum eſſe propinquū vijs ductuū: quapropter farmacum exhibitum totum euacuabitur. Replicauit etiam in tertia ratione fortaſſe: quia contingit ꝙ virtus fortis nō ſinit humorem malum cum bono permiſceri: ⁊ etiam ſi permiſceret̃ fortaſſe tuetur bonum ita vt a malo non corrumpatur: ꝓpter ergo huiuſmodi contingentias raro venientes ſub dubitatione loquutus eſt. ¶ Sed contra tertiā rationem inſtatur: quia ſi permiſcetur malus cū bono eque bene: immo melius humor malus poteſt rectificari per bonum ꝗ bonus corrumpi per malum natura exiſtente ſollicita de rectificatiōe mali et conſeruatione boni. Reſpondetur ꝙ quantūcunq; natura ſit ſollicita de rectificatione mali et conſeruatione boni. attamen propter huiuſmodi mixtionem mali cum bono ſequentē hāc agitationem multo magis eſt aptus bonus corrumpi ꝗ malus rectificari. ¶ Primo quia frequenter ſunt humores ita mali ꝙ nullo modo poſſunt rectificari: ſed nūꝗ ſunt humores ita boni quin poſſint corrumpi. ¶ Secūdo quia talis motus ⁊ agitatio humoris diſponit ad corruptionē et nō rectificationem. inflāmantur eñ per motum et ad putredinē diſponūtur. ¶ Tertio quia malum habet rationem infiniti. bonum autem finiti. primo ethicorum. Ad hoc enim quod humor fiat bonus requiritur bona complexio bonus modus ſubſtantie debita quātitas: debita permixtio cū alijs humoribꝰ et multa ſimilia: ſed ad hoc vt fiat malus ſufficit aliqđ iſtorum.

¶ Et tu non auſcultes virum qui extimabat ꝙ intentio in digerendo eſt ſubtiliare et humor calidus eſt ſubtilis. quare nō eſt neceſſe vt ſubtilietur.

Champerius Digeſtionem diffinit Ariſto[…] teles methoro[…] rum quarto fa[…] ctam eſſe a na[…] turali et itern[…] caliditate i hu[…] midū et ſiccum[…] oppoſita paſ[…] ſiua agēte ꝑſ[…] ctionē: quēad[…] modū ē ceraſ[…] aut pomi ma[…] turatio. verū[…] mē medici alia[…] intētione dig[…] ſtione vtuntur[…] Auicēna ipri[…] mis ita diffin[…] tam reliquit. Digeſtio ē ſub[…] tilis ſubſtātie per igroſſatio[…] nem: ⁊ groſſe[…] ſubtiliationeꝫ[…] eq̄tio. Raſis a[…] tē. xvj. ꝯtinēti[…] medici intētio[…] nē in digerēdo putat eē ſubti[…] liare ſoluꝫ. In de ē ꝙ hūor co[…] auctore calidꝰ digerēdus nō eſt. Eſt eñ cum ſit ſubtilis ſuf[…] ficienter dige[…] ſtus. Et hac ra[…] tione Raſis ra[…] ro p̄mittit di[…] geſtiua euacua[…] tiuis: ſiue ſit ca[…] lida materia: ſeu frigida. Nō tamē ſati[…] videt̃ eſſe diſſ[…] num Hypocr[…] ti: Galeno: Au[…] cēne et ceteris[…] vt limpide a[…] paret ex Auic[…] ne textu.

¶ In parte preſenti intendens reprobare Raſim. primo ponit errorem. ſecundo ipſum improbat. ſcđa ibi. (Res eñ nō eſt.) In prima parte dicit ꝙ tu non debes auſcultare viruꝫ iſtum. ſ. Raſim qui extimauit. xvj. cōtinentis. ij. cap. ꝙ intentio in digerendo eſt ſubtiliare: ſed humor calidus eſt ſubtilis. quare cum oporteat ipſuꝫ ſubtiliari nō opꝫ ipſum digeri. eſt eñ cum ſit ſubtilis ſufficiēter digeſtus. ¶ Sed pro declaratiōe opinionis Raſ eſt ſciendum. vt apparet in ſuo continente et almāſore ꝙ ipſe rariſſime premittit digeſtiua ante euacuationem ſiue materia ſit calida ſiue frigida. et hoc tam in curatione febrium ⁊ aliarum egritudinum cōmuniū ꝗ in curatiōe egritudinū propriarum. Exiſtimauit enim vt ſibi imponit Auicen̄. ꝙ humor calidus cum ſit ſubtilis ſit digeſtus. eſt eñ digeſtio apud eum ſubtiliatio et nō equatio ſubſtantie ſubtilis per ingroſſationem et groſſe per ſubtiliationem ſicut placuit Auicen̄. et Gal. cum decimo Almanſoris curat tertianam puram ab ipſo initio cum mirabolanis et ſcamonea credit ipſe euacuare humorem digeſtum. Sed cum euacuat humores frigidos groſſos non precedentibus digeſtiuis ſicut ſemper fere facit: licet credat euacuare humorem indigeſtum extiſtimat illud eē ꝯuentētius ꝗ p digeſtiua exhibita expectare digeſtionē credēs hoc mō curā egritudinū accelerari.

¶ Res enim eſt ſicut dixit: immo intentio in digerendo eſt equare ſubſtātiam materiei ita vt fiat preparata ad expulſionē facilem et ſubtilem imbibitum ⁊ groſſum fixum et viſcoſum adherens totum illud nō eſt preparatū ad expulſionem facilem: immo eſt neceſſarium vt inſpiſſetur ſubtile et ſubtilietur ſpiſſum paulatim et incidatur viſcoſum.

¶ In parte iſta reprobās errorem Raſ. primo arguit contra eum rationibus. ſecūdo auctoritate. tertio oſtendit q̄d potuerit fuiſſe cauſa erroris. ſecunda ibi. (Et melius.) tertia ibi. (Et opinor.) Prima in quatuor ſicut quatuor rationes contra eum adducit. ſecūda ibi. (Et ſi vir iſte.) tertia ibi. (Quare non oportebat) quarta ibi. (Si autē nature.) Prima ratio eſt iſta. digeſtio eſt preparatio materie ad expulſionē: ſed materia poteſt eſſe impreparata expulſioni propter ſubtilitatem: quia imbibitur in poroſitatibus membrorum: et propter viſcoſitatē:

pter viſcoſitatem. quia adheret parietibus membrorum: et quia eſt tenax in ſuis partibus: et propter groſſitiem: quia eſt fixa. ideſt difficulter mobilis ſua groſſitie terrea: et nō poteſt tranſire per ductus et loca anguſta. ergo oportet ꝙ preparetur adequando ſubſtantiā eius: ſubtilē inſpiſſando: ſpiſſam ſubtiliando: et viſcoſam incidendo.

¶ Et ſi vir iſte non audiuiſſet in ſermone antiquorū de digeſtione aliquid anteꝙ̄ diximus illud et rememoraretur diſpoſitionis digeſtionis humorum fixorum. ſ. quia qui de eis ſubtilis ē indiget vt inſpiſſetur. et qui de eis ſpiſſus eſt indiget vt ſubtiliet: oporteret vt ſciretur hoc per illud.

¶ Scōa ratio cōtra Raſim eſt iſta. humor ſpiſſus eget ſubtiliatiōe. ergo ſubtilis eget ingroſſatiōe. tenet cōſequētia ꝑ diffinitionē digeſtionis que ē equatio ſubtilis ſubſtātie humoris: ſed ad litterā veniēdo dicit. Si iſte vir. ſ. Raſ non audiuiſſet in ſermone antiquorū aliqd de digeſtiōe ante dicta hic per nos et rememoraret de diſpoſitiōe humorum fixorū qua ſcitur ſubtile egere ingroſſatione ⁊ groſſum ſubtiliatione: oporteret neceſſario hāc notitiā digeſtionis ſcire hūorē ſubtilē eſſe ineptū euōni et egere digeſtione. ¶ Pro parte nota ꝙ humor poteſt denominari fixus dupliciter. vno mō ineptus euōni. et hoc mō tā hūor ſpiſſus ꝙ̄ ſubtilis poteſt dici fixus. et taliter ſumitur in hac ratione. ¶ Scōo per fixum poſſumꝰ intelligere q̇eſcens ſua groſſitie terrea et difficulter mobile de parte in partē et taliter ſumitur in prima ratiōe.

¶ Et quia non oportuit vt in ſeipſo conſideraret et diceret. quare vrine in febribus acutis nō habent in principijs eorū ſedimē deinde fuerint habētes ſedimen et an ſedimen laudabile ē aliquid niſi humor faciēs egritudinē qui iam digeſtꝰ eſt. quare ergo non expellitur in principijs egritudinis ad ſalutem ſi eſt ſubtilitas vltima qḋ intendit in digeſtione. ergo neceſſarium eſt vt ſit in principio febrium ſanguinis ⁊ colere ſedimen laudabile.

¶ Tertia ratio eſt iſta. vrine in principijs febrium acutarū pendentiū ab hūoribus ſubtilibus. ſicut ſunt colerice et ſanguinee non habent ſedimen. Poſtea in ꝓceſſu habent ſedimen laudabile: qḋ non eſt aliud niſi humor faciens egritudinem qui iam digeſtus eſt. ergo in principijs humores ſubtiles a quibus pendēt febres predicte ſunt īdigeſti. et poſtea digerūtur. tenet cōſequētia. qꝛ ſi a ꝓ̄ncipio fuiſſent digeſti eque bene tunc apparuiſſet ſedimē laudabile in vrinis ſicut in ꝓceſſu. humores itaqꝫ ſubtiles indigent digeſtione. Et per ꝓ̄ncipium poteſt intelligi tam principium vl̄e egritudinis ꝙ̄ initium egritudinis. necnon tēpus triū dierum.

¶ Si autē nature non eſt poſſibile expellere illam ſuperfluitatem niſi poſt horā in qua fit preparatio ad expellendum in vrina: tunc ſimiliter opoptet vt ſciatur ꝙ arti euacuare humorem ante illam horam in qua apparet digeſtio in vrina eſt inconueniens aut difficile malum. Et fortaſſe mouet et non operatur vltime. et fortaſſe miſcet malignum cum bono.

¶ Quarta ratio eſt iſta. ſi non eſt poſſibile nature expellere ſuperfluitatem facientem morbum niſi poſtꝙ̄ illa ſuperfluitas expellitur cum vrina ſub forma ſediminis laudabilis. Similiter nō erit bene poſſibile euacuare humorem anteꝙ̄ appareat digeſtio in vrina: immo illud euacuare erit inconueniens et malum difficile. i. notabile. Nam fortaſſe mouet. ſ. medicamen exhibitum et non operatur vltime. ſ. conuenienter. et fortaſſe permiſcet malignum cum bono. vnde per boni corruptionē humor malus multiplicatur.

**Dubitatur circa** hanc vltimam rationem: quia nō videtur ꝙ hec conſequentia valeat natura non euacuat. ergo medicus non debet euacuare: quia Auicen. dicit inferius. Si natura non mouet moue tu hora motus eius. ¶ Dicendū ꝙ ſi natura non mouet: quia fortaſſe ſopita eſt aut impotens ad mouendum dato ꝙ materia ſit digeſta tu debes mouere. Sed ſi natura ordinate agens non mouet: qꝛ humor ſit ineptus tu etiam debes expectare quouſqꝫ digeratur et fiat aptus euacuationi.

¶ Et meliꝰ eſſet homini huic vt bene opinaretur de illis qui fuerunt ſicut gal. et hypo. in eis que ſcripſerunt de hoc: et valde attenderet. et tunc rediret ad contradictionem: quia omnis cōtradictor in primis cū eſt ſuper veritatem eſt excuſatus. Verū melius eſſet ei vt non conſideraret in conſideratione ſua.

¶ In hac parte ſuperius diuiſa arguitur contra Raſim auctoritate dicens quod eſſet melius huic homini vt haberet bonam opinionem de Hypocrate et Galeno in his que ſcripſerunt in hac materia et crederet eis: aut ſi nolebat eis credere debet ſaltem bene attendere et conſiderare quomodo eſſent efficaces ratiōes ſue contra eos et tunc cum videbantur ſibi efficaces ⁊ fundate ſuper propoſitionibus manifeſtis: tunc rediret ad contradictionem: quia omnis contradictor cum eſt ſupra veritatem aut exiſtentem aut ſaltem apparentem eſt excuſatus. Veruntamen eſſet meliꝰ vt ipſe Raſis conſideraret alios a conſideratione ſua. i. Hypocratem et Galenum propter excellētiam ſuā. Quibus verbis videtis quātas laudes attribuit Hypocrati et Galeno. et econtra quātū deprimat Raſim. Qḋ aūt Hypocrates et Gal. voluerint humores tam ſubtiles ꝙ̄ groſſos debere digeri ante euacuationem patet ex afforiſ. 22. prime particule. et cōmento. Digeſta medicari et mouere non cruda. et in illo afforiſmo. Et in acutis paſſionibus.

Cōtra Raſim penum.

¶ Et opinor ꝙ raro huic viro acciderunt experimenta que profuerunt in hoc capitulo et acquieuit in eis. Et huius quidem experimentis que non ſunt ſcōm canones accidit eis vt nec vnū valeat et accidit eis: vt nec vnum eorum ſit ſignum: hoc namqꝫ eſt conueniens.

¶ In parte preſenti Auicen. oſtendit cauſam erroris Raſis dicentis. in morbis pendentibus a materijs ſubtilibus non eſſe expectandam digeſtionem. Nam cū ipſe eſſet magnus experimentator

Cauſa erroris Raſis.

et multotiens in morbis acutis dediſſet ſolutiua ante digeſtionem et bene ſibi ſucceſſiſſet fecit canonē generalem in talibus nō eſſe expectandā digeſtionē: ſed dicit ipm Aui. erraſſe: q: ꝓpter vnaꝫ aut plures experientias que nō ſm canones ſunt: non debemus arguere ſic ſemꝑ eſſe operandum. Nec vnū experimētū eſt nobis ſignū ꝙ ſic in alijs operandū ſit. Hoc nāqꝫ conueniēs eſt. ſ. vt non credatur vni experimento et maxime qñ eſt cōtra canones ſuper manifeſtis rationibus fundatos.

**Dubitatur** vtrū viſo per experientiaꝫ in pluribus infirmis ꝙ medicina ſolutiua data ante digeſtionē liberet̄ febriens debeamus ex hoc formare canonē generalē ꝙ farmacū ſolutiuū debeat exhiberi ante digeſtioneꝫ. Et videtur ꝙ ſic. Nam multa ſunt ſola experiētia credita ſicut operatiōes a forma ſpecifica. nec in his habemus aliquid per qd̄ faciamus canones niſi confirmationē per experientiā vt ſumit̄ quarto de ſimplici medicina. cap. v. ¶ Preterea effectu ſequente opationes confirmatur noſtrū operari. ſcd̄o affoꝛiſmo. cōmento. xvij. ¶ Preterea Auic. ij. canone docet inuenire virtutes medicinarum per experientiā in quarū inuētiōe iubet obſeruari ſeptem conditiones quas ibi vide. Ex his itaqꝫ conuincit̄ ꝑ experientiā poſſe formari canonē gñalē.

Quid canon apō arabes.

**Pro ſolutione** dubij premittendū ꝙ canon arabice eſt norma vel regula. Experientia aūt eſt notitia in nobis acquiſita ex operationibus ſepe iteratis qua videmus ſemꝑ aut ſcd̄m plurimū ſimiles effectꝰ ſequi. ¶ Premittendū ſcd̄o ꝙ experientia qñqꝫ eſt ſcd̄m rationē: qñqꝫ cōtra rationē. aliqñ nec ſcd̄m rationē nec cōtra rationē. per rationē aūt intelligo notitiā fundatā ſuper ꝓpoſitionibus manifeſte veritatis. Exēplum primi. vt q: per ſolutiuum pluries exhibitū digeſta materia frequēter ſecuta ſit ſanitas. Exēplū ſcd̄i. vt quia per ſolutiuū pluries exhibitū ante digeſtionē frequēter ſecuta ſit ſanitas. Exemplū tertij. vt quia reubarbarū euacuat colerā turbith flegma et ſimilia que ſola experientia comprehenſa ſunt.

**Sed dubitatur** quomodo ſenſus ſiue experientia poſſit eſſe contra rationē: cū ea que ſunt cōtra rationem nūq̄ debeāt euenire: cū ſit ratio fundata ſuꝑ ꝓpoſitionibꝰ manifeſte vitatis. ea aūt q̄ fiunt ſm habitum experimentalem ſemꝑ aut ſcd̄m plurimū debent euenire. Ex quibus ſequit̄ eadē nūq̄ euenire et ſemꝑ aut ſcd̄m plurimū: qd̄ implicat. ¶ Reſpōdetur ꝙ nunq̄ rectū experimētuꝫ aduerſatur recte rationi: ſed bene aliquando experimentū non rectum aduerſatur recte rationi ⁊ aliquādo ecōtra. et aliquādo ambo non recte ſibi inuicē aduerſantur. Et per rectū expimentū intellige illud in quo obſeruātur ſeptem conditiones ab Auicen̄. poſite ſcd̄o canone cap. ij. quas ibidē linquimꝰ. Eſſemꝰ eñ nimis prolixi ſi cūcta proſequi vellem. Et ſimiliter intelligo per rectā rationē in qua nō contingit error. ad quē errorem vitanduꝫ multa oportet conſiderare: de quibus eſt ſermo apud Auicen̄. ij. canone cap. iij. ¶ Ex quibus patet quid ſit experimentū non rectum: et ratio non recta.

**His premiſſis** reſpondeo ad dubium ꝙ viſo per experientiā in pluribus hominibus ꝙ exhibito ſolutiuo ante digeſtionē ſequatur ſanitas multotiens debemꝰ exhibere ſolutiua ante digeſtionē. Et ſimiliter viſo per experiētiam ꝙ exhibito ſolutio poſt digeſtionem ſequatur ſanitas debemꝰ exhibere ſolutiuū poſt digeſtionē. Unde dico ꝙ neutra iſtaruꝫ eſt vl'r vera. ſolutiuū eſt exhibēdū ante digeſtionē ſolutiuū non eſt exhibendū ante digeſtionē. Prima verificatur in quinqꝫ caſibus. primus quando materia eſt plurima. ſecūdus quādo materia ē furioſa. tertius quando venenoſa ſicut in peſtilētialibus. quartus quādo materia eſt in mēbro nobili valde ledēs ipſum. quintꝰ qñ ē reptura ad aliqd̄ membrū nobile. in his eſt euacuandum ante digeſtionem. in ceteris poſt digeſtionē. ¶ Ex quibꝰ infert̄ neutrū iſtoꝝ canonū vniuerſaliter acceptū eē fundatum ſuper recta ratione aut experientia. Et ſi quis bene cōſiderat fere tot ſunt caſus in quibꝰ eſt euacuandū ante digeſtionē quot ſunt illi in quibus eſt euacuandū poſt digeſtionē aut ſaltē tempore noſtro minor eſt proportio caſuum in quibꝰ eſt euacuanduꝫ poſt digeſtionē ad caſus in quibꝰ eſt euacuandū ante digeſtionē: cum hoc tempore homines magis indulgeant gule q̄ tēpore hypocratis. Et cōſidera etiam ſicut dicit Gen. cōditiones indiuiduales latentes de quibus non poteſt eſſe ſcientia nec de eis poſſunt formari canones q̄ impediunt perfectionē in ſcientia. Contingit eñ ꝙ aliquādo vrina exiſtente cruda materia faciens morbū in ſe groſſa et viſcoſa erit lubrica in ſupficie ⁊ propinqua vijs ductuū: quapropter exhibito ſolutiuo materia euacuabit̄ et ſequetur ſalus preter rationem. ¶ Et aliquando contingit ꝙ per malam operationē ſequatur ſanitas ſicut de illo qui preſumit et exhibet ſolutiuum in quartana in principio per cuius exhibitionem ſequitur ſanitas: quia vt dicit Auicen̄. in proprio cap. eſt rectꝰ ab errore. Et ſimiliter theotonici cū aliquādo febriunt febre acuta ſumūt maluaticum in magna copia. aliquādo cum aromatibus et ſuperueniente copioſo ſudore eadem die ſanitati reſtituūtur. His eñ male operantibus ſequitur ſanitas: q: natura irritata mota cōtra materiam ſimul ſuperat egritudinem et errorem. De his tamen raro euenientibus non poſſunt fieri canones.

**Sed quicquid** ſit: ego pro parte mea credo ꝙ tempore nr̄o preſtātius ſit exhibere ab initio medicinam leniētem cui aliquid ſolutiui educētis materiā ꝓpriaꝫ ſit admixtum q̄ ſolam medicinā lenientē. Nam ſi ſit aliquis ex quinqꝫ caſibus ſupraſcriptis res ſe bene habēt. Et ſimiliter ſi materia ſit ꝓpinq̄ vijs ductuuꝫ aut lubrica in ſuperficie et ſimiles caſus occulti. Si vero nihil tale ſit et exhibeatur ſolutiuum taliter cōditionatū ſic pauca poſſunt ſequi nocumenta ſi bene cōſideres. ꝙ eñ euacuaret aliquid boni humoris ſimul cum malo: et ꝙ magis de parte ſubtili educatur q̄ de groſſa. et ꝙ ſequat̄ aliqualis agitatio hec pauca nocumenta ſunt. et proprie in principio quando virtus eſt fortis: ſed omittere euacuatiuū materie ꝓprie in acutis egritudinibus non dantibus inducias malū eſt. ¶ Ex his itaqꝫ cōcludit̄ ꝙ melius ſiue minus malū eſt exhibere ſolutiuū electiuū in principio febriū vbi non oportet q̄ ipſum omittere vbi oportet. Exhibito eñ ſolutiuo vbi nō oportet et materia exiſtēte pauca nō poteſt ſequi magnum nocumentum. ¶ Argumēta autem ante oppoſitum nō procedūt cōtra determinationē queſtionis. nec determinatio noſtra eſt cōtra mentē Auicen̄. Eſt eñ aliquādo digeſtio et aliquādo euacuādū eſt ante digeſtionē. et hec oīa vult Aui. in p̄ſenti cap. ¶ Sed an pluries ſit euacuandū ante digeſtionem an expectanda digeſtio

ctāda digeſtio in hoc eſt aliqualis differētia que
tollitur.q: homines noſtri tp̄is magis indulgent
gule ⁊ laſciuijs q̄ homines in tēpore ſuperiori.vn̄
morbi frequentius in noſtro tēpore incipiūt a ma
teria multa ⁊ magis maligna q̄ tēpore hypocra/
tis.Quapropter plures noſtro tempore eſt eua/
cuandum ante digeſtionem q̄ tp̄e hypocratis .et
abſolute tutius eſt eūare tempore noſtro ante di/
geſtionem q̄ expectare digeſtionem ſaltē cū me/
dicina lenente cui aliquid eligendo ſit admixtus
vt ſuperi⁹ dixi. ¶Nota tamen q̄ vbi ſenſata ſunt
cōſentanea rōni pauca ſufficiunt ad formandum
canonem generalē. vbi vero cōtrarietur plurima
requiruntur.vbi vero ſenſata nec conſentanea ra/
tioni ſint nec cōtrarientur iudicium eſt medium.
Et ſi ſenſus et ratio ſibi aduerſantes ſinteque po
tentes potius debemus adherere ſenſui.nam di/
mittere ſenſum et adherere rationi eſt infirmitas
intellectus.ſexto phyſicorum.

¶Cum autem materia eſt plurima mobi
lis permutabilis de membro ad membrū
et exiſtimas q̄ nō eſt ſpacium in digeſtione
eius:aut fortaſſe accidet ex ea apā pleureti
cum:et aliud ſi dimittatur faciet cadere in
timorem ante tempus in quo expectat di/
geſtio equalis.proculdubio tūc eſt neceſſa
ria euacuatio eius.

Nota. ¶Auicenna ſuperius poſuit canonem q̄ non eſt
euacuandum ante digeſtionē niſi ꝑpter neceſſita
tem: et declarauit canonē quantū ad primā par/
tem ſcꝫ q̄ nō eſt euacuandū ante digeſtionem. hic
declarat canonem quātum ad ſcd̄am partē oſten/
dens in tribus caſibus neceſſitatē euacuationis
ante digeſtionem.Habet hec pars tres partes.in
prima ponit tres caſus in quibus eſt eūandū an/
te digeſtionem.ſcd̄o qd̄ dixit cōfirmat auctorita/
te hypocratis.tertio confirmat illud per locum a
ſimili .ſcd̄a ibi. (Et hoc eſt illud.) tertia ibi. (Et
talis.) Pria in tres ſicut ponit tres caſus in quib⁹
euacuam⁹ ante digeſtionē.ſecūda ibi.(Et ſcias).
tertia ibi.(Et ſimiliter.).prima in duas.Nam pri
mo ponit caſum in quo eſt euacuandum ante di/
geſtionem.ſcd̄o ꝓbat.ſecūda ibi.(Timor enim.)
Primus caſus eſt de materia furioſa:⁊ dicit q̄ cū
materia eſt plurima mobilitate permutabilis de
membro ad mēbrū.Et exiſtimas q̄ nō eſt ſpaciū
in digeſtione eius:quin prius accidat aliqd̄ ma/
gnum nocumentum ſicut apoſtema pleureticum
et aliud ſcꝫ magnū nocumentū ſiue ſit apoſtema
ſiue mors ſubita.vnde faciet cadere in timorē an/
te tempus in quo expectatur digeſtio:eo q̄ illud
tempus eſt longū anteq̄ poſſit fieri digeſtio equa
lis.ideſt per quam materia illa ad equalitatē re/
ducatur.tunc proculdubio eſt neceſſaria euacua/
tio ante digeſtionem in principio.

¶Timor eñ in hoc eſt minor q̄ timor in il
la:et cum hoc natura mouetur ad expellen
dum eam propter multitudinem ſui nocu/
mēti .Cū ergo adiuuatur natura conuenit
ei adiutorium vltimum.quare non eſt excu
ſatio eius.

¶Hic adducit tres ratiōes quibus debemus eua
cuare hāc materiā furioſam añ digeſtionē.¶Pri
ma eſt iſta:q: timor in euacuatione hmōi materie
eſt minor q̄ ſi illa materia dimittatꝛ.ergo hec ma/
teria furioſa ſtatim in principio debet euacuari.
tenet cōſequentia.q: ſicut in operatiōibus ſm̄ vi
tam eligimus quod melius eſt aut minus malum
ſic circa laborantē ſicut dicit Gale.12. terapenti.
primo capitulo. et antecedens eſt manifeſtum.
Nam timor de materia furioſa ſi nō euacuetur eſt
timor mortis:ſed ſi euacuetur ante digeſtionē nō
ſequitur niſi anxietas et conturbatio quedam ex
difficultate euacuationis.et forte q: aliquid bo/
ni humoris euacuabitur.hec autem ſatis facilia
ſunt in comparatione ad timorem mortis poten/
tem ſequi aliquod apoſtema intrinſecum aut ſu/
bitam mortē conuerſa materia ad cor. ¶Secūda
ratio.q: medicus debet eſſe imitator nature:ſed
natura ſtatim tentat ipſius euacuationem nō ex/
pectans eius digeſtionem ꝑpter multitudinem
ſui nocumenti:cuius ſignum:q: nūc expellit ipam
ad partem vnam:nunc ad aliā que expulſio vt di
cetur eſt a virtute membrorū. licet etiam concur/
rat leuitas materie.¶Tertia ratio.q: cum medi/
cus iuuat naturam debet ipſam adiuuare vltimo
adiutorio .ſ.ſufficiente ad ſalutem:ſed nullum eſt
ſufficiens niſi ipſius euacuatio cum non poſſit ali
quo pacto reduci ad benignum.quare nō eſt excu
ſatio ab euacuatiōe eius.Notandū quod vltimū
apud medicum ſumitur tripliciter.primo pro vlti
mo in tempore ſicut dicimus q̄ in apoſtematibus
vltimo competit reſolutio.¶Secūdo accipitur ꝓ
vehementi remedio.quod nō debet tētari niſi ali
qua preceſſerint ſicut dicimus q̄ vltimum eſt ope
ratio cum ferro.¶Tertio ſumitur vltimū pro ſuf
ficienti ⁊ appropriato remedio.ita q̄ nullū aliud
ſufficit niſi hoc.et iſto modo ſumitur hic:quia in
cura morbi ꝓcedentis a materia furioſa ēadiuto
rium vltimum inſufficientia ſic q̄ nullū aliud ſuf
ceret eſt eūatio:cum vt.ſ̄.dictum eſt non poſſit ad
benignum reduci.

Hic ſolent moueri aliqua dubia. Primum vtrū De materia fu
materia furioſa ſit calida vel frigida. ſcd̄o vtrum rioſa notatu di
poſſit facere febrem.et quam febrē.tertio vtrum gnum.
poſſit apoſtemare.quarto vtrū ſtatim ſit eūanda.
Pro horum dubiorū deciſione premittendum q̄
materia furioſa que aliter dr̄ tumultuās eſt deſcri
ptiue materia plurima mobilis de loco ad locū
apta multum nocere ſua mobilitate necnon ſua
qualitate manifeſta vel occulta. Eſt enim pluri/
mi nocumenti actionem nature vehemēter diſtur
bans.vt in cōmento afforiſmi digeſta medicari.
Mobilitas autē huius materie habet duas cau
ſas.vnam intrinſecam:et eſt leuitas eius:⁊ ratio
ne huius nō eſt apta moueri ad oppoſitas diffe/
rentias:immo ratione huius ſolum mouetur ſur/
ſum.aliam extrinſecam et eſt expulſiua membrorꝫ
Cum enim eſt in aliquo membro.q: multum ledi
tur ab ea ſua malicia manifeſta vel occulta mem
brum illud mouetur ad eius expulſionē.et cum re
cipitur in alio iterū ex ſimili cauſa illud aliud mo
uetur ad eius expulſionem.⁊ ſic nullum membrū
ſinit ipſam quieſcere ad quod adiuuat facilis ei⁹
mobilitas ꝑpter magnam tenuitatē ſubſtantie
ſue ex qua fit vt nō facile figatur niſi in mēbro dē
ſe ſubſtantie et facile tranſeat per meatus etiam
multum anguſtos.Et hec eſt cauſa quare mouetꝛ
ad oppoſitas differentias ſm̄ q̄ membra impel/
lunt ipſam.et ꝑpter hoc dr̄ furioſa .mouetꝛ enim
in modū aīalis furentis:qd̄ nūq̄ quieſcitꝛ.Et dicit
tumultuans.q: mō in vno mēbro:modo in alio tu
multū facit.⁊ hec ſunt ſigna quibus hec materia
furioſa a medico cōprehēditur.Nūc eñ eger do/

lebit caput notabiliter: et forte in exterioribus apparebit tumor cũ rubore: parum poſt dolebit pedes: et frequẽter cum ſimili tumore et rubore: nunc latus dextrũ nunc ſiniſtrum ſm ꝙ materia fertur nunc ad vnam partẽ: nunc ad aliã: aliquãdo priã dimiſſa: aliquãdo nõ dimiſſa per motuz alterius materie ſimilis prime. ¶ Quibus ſic premiſſis veniam ad dubiorũ deciſionẽ. ¶ Dicamus ergo primo ꝙ he materie ſunt hũores et nõ ſunt ſoli vapores vel ventoſitates: q: reſoluerentur a natura vel arte. nec eſſet opus farmacijs exoluentibus. ¶ Secundo ꝙ ſunt ſm plurimũ calide. nã facile moueri de loco ad locũ arguit caliditatẽ: q: frigidũ immobilitat et quietat. ¶ Tertio ꝙ ſunt calide colerice ſm plurimũ qđ arguit de mobilitate et multa malitia que aliquando eſt manifeſta ſequens caliditatem ſuperfluam et acceſſum ipſarum verſus naturã igneam. aliquãdo occulta venenoſa ſequens modũ mixtionis. ¶ Quarto apparet ꝙ nõ ſit colera eruginoſa: q: lz ſit venenoſa: nõ tamẽ facile eſt agitabilis: q: eſt facta terrea ꝓpter vltimitatem aduſtionis. verum vapores ab ipſa eleuati lz nõ ſint materia ꝓprie ſumpta: poſſunt tamẽ dici furioſi: q: mobiles faciliter et multuz nocentes ſua malitia manifeſta aut occulta. ¶ Quinto ex h apparet ꝙ ſanguis multum ſubtilis et proprie colere admixtus põ dici materia furioſa. tũ q: multum mobilis: tum q: multum nocens tã ꝓpter vẽtoſitatem: ꝗ̃ ꝓpter mobilitatẽ necnon qualitates manifeſtas. Quod aũt ſanguis poſſit eſſe venenoſus ptz cum ex ipſo poſſit generari altboy. tertia quarti. lz ille qui facit altboy ſit groſſus per aduſtionẽ. ¶ Sexto dicendũ ꝙ materia furioſa poteſt eſſe frigida. lz illud rariſſime contingat. exempli gratia. imaginamini ſperma aquoſum muliebre vel virile dictum aguali per morẽ congelari et cõuerti ad naturã venenoſam. poſtea per calorẽ extraneum ſubtiliari et in vapores ſm aliquam partem conuerti qui vapores ſecuz permixti moueãt ſpiritũ nunc ad caput et ſequatur epilenſia. nunc ad cor et ſequatur ſincopis. nunc ad diafragma. et ſequatur putrefactio: quẽadmodũ contigit in preſocationibus ſpermaticis. et manifeſtum eſt illud eſſe frigidũ in radice. lz ſibi aduenlat caliditas accidentalis ex qua forte feb. excitatur. ¶ Septimo dicendũ cum hypocrate prima particula afforiſ. 22. hmõi materiã furioſam raro reperiri. cum raro reperiatur calor ita extraneus vt poſſit ꝓducere humorem ita ſubtilẽ accedentem ad naturam extraneam et venenoſitate participantem.

**Ad ſecundum** dubium dicendũ hanc materiam furioſaz ſm plĩm facere feb. cũ ſm plĩm ſit ebuliẽs cũ putredie aut ſine putredine. lz ſecundum plurimũ putreat et febris aliquando eſt interpolata: ſed ſm plurimum eſt continua. eſt eñ interpolata cum putret extra venas. aliquando per paucitatem et diſtantiam a corde nõ facit febrẽ. et hec eadem cordi propinquãs facit febrem. Eſt autem frequenter continua cum ſcđm plurimum aliqua pars eius notabilis putreat ad intra venas. alique autẽ partes minores nunc mouentur ad vnam partẽ: nunc ad aliã. Et ſm hos varios motus fiũt excreſcẽtie et decreſcẽtie ſm ꝙ ps. putrẽs magis appropinqt cordi aut magis diſtat a corde. ¶ Ex his infertur qđ ſiue hec feb. ſit interpolata: ſiue cõtinua habet paroxiſmos: et excreſcentias nõ ſeruantes ordinem neqꝫ in magnitudine nec in hora inuaſionis ſcđm varium motum diuerſarum partium et ſm maiorẽ aut minorẽ cordi propinquationez in quibus nullus ſeruatur ordo. et hoc ſignum ſimul cum alijs ſuperius dictis eſt de ſignis materie furioſe.

**Ad tertium** dubium dicendũ huiuſmodi materiã poſſe apoſtemare vt ex textu Auicenne colligitur cum dicit ꝙ accidit ex ea apoſtema pleureticum. ¶ Amplius quarta afforiſmorum in cõmẽto afforiſmi illius. Medicare in valde acutis iubet Gal. eas euacuare ne impleant aliquod membrum nobile. ¶ Preterea poteſt ex ventoſitate que eſt valde ſubtilior membrum apoſtemari. tertia quarti. capi. de apoſtematibus ventoſis. Quod ſi inſtetur. q: ad faciendum apoſtema requiritur materiam figi. Dicit dupliciter. Primo ꝙ aliquãdo figitur quando inuenit membrum denſum ſicut ſunt oſſa panniculi et deinceps illa pars nõ mouetur. Secũdo dicitur quod dato quod apoſtemet ſtomachũ aut inteſtinum tñ moueri põt ad aliud membrũ et illud apoſtemare: ſicut aliquãdo accidit apa ſquinanticum ad pulmonem permutari: et aliquando ad cerebrum et aliquando apoſtemata extrinſeca interius conuerti et aliqñ intrinſeca extra cõuerti.

**Ad quartum** dubium dicendum ꝙ materia furioſa ſtatiz eſt euacuanda. primo. q: nõ eſt ſpes vt ad benignum reducatur. ſecũdo. quia timor eſt ne ſi aliquo tempore in membro remaneat ſua mobilitate et malitia occidat tempus eñ exigeretur longum ad digerẽdum ipſam et interim poſſet occidere. eſt aũt iuxta poſſe eradicanda: quia parum de ipſa remanens poſſet occidere. ¶ Euacuatur autẽ huiuſmodi materia tripliciter. Primo modo et ſcđm plurimum euacuanda eſt cum farmaco eligente et ſm plurimum materiã colericam: hoc autem farmacũ ſit conſolatum cum medicinis infrigidantibus et humectantibus cõfortantibus membra nobilia et ꝓprie cor: et fortitudo eius diuerſificanda eſt ſm virtutis fortitudinẽ et multitudinẽ materie. ¶ Secundo et raro euacuanda eſt cuz flebothomia quãdo creditur ipſam contineri ad intra venas et eſſe in aliquo mẽbro ſanguini permixta quod comprehendetur ex continuitate feb. et ex habitudine carnoſa et ex vrina rubea rubedine atteſtante ſanguini. Et quarto ſi quid de ea expellitur ad cutim locus apparet rubeus rubedine obſcura atteſtante ſanguini. nec per compreſſionẽ facile albeſcit. flebothomia aũt fiat de vena deſeruiente illi parti in qua creditur cõtineri cauendo in quantum eſt poſſibile ne attrahatur verſus membrũ principale et proprie cor et quãtitas ſanguinis hauriatur ſm exigentiam repletionis. ¶ Tertio aliquando eſt euacuãda ex parte extrinſeca in qua aliquãdo cõtinetur cum ventoſis: ſanguiſugis ſectione et ſimilibus. Et quando viſa eſt exterius cõmunicari prius temptetur euacuatio per eãdem partem in qua eſt. Eſt eñ timendũ ne per flebothomiã aut farmacũ conuertatur interius: immo omni ingenio eſt ad cutim trahenda et per eandem partem euacuanda. Et ſi inſtetur contrã hanc determinationez. q: ex euacuatione huius materie ante digeſtionem ſequũtur nocumenta tria prius ab Auic. dicta cum euacuatur materia ante digeſtionem. Reſpondetur ꝙ ꝓpter ſuam mobilitatẽ non ſunt apta ſequi illa nocumenta ſicut ſi materia illa figeretur. Et dato ꝙ aliquod illoruz ſequatur: cum hoc eſt ꝑeligẽdũ ꝓpter maiora nocumẽta vitãda ¶ Et ſi inſtetur iteruz. a ſimili materie omnes ſubtiles eſſent ante digeſtionẽ euacuande. ꝯñs cõtra Auicen.

Auicē. reprobantem Raſim. ¶ Ad hoc rñdetur ne gando ad quod deducitur. nā materie que ſūt ſub tilitate ſigūtur dant inducias vt digerātur: ſed huiuſmodi furioſe mobiles nō dant inducias vt digerātur. propterea medicus debet diligēti ani mo digerere ſubtiles nō furioſas.

Champerius. In etate poꝛro ... xxiiij. vſqꝫ an nos vitanda ſanguinis detractio eſt: ſicut ... poſt annos ſexaginta ... qua incul... cōpel... neceſſitas ... conſilio Auē ... duoꝝ an ... narratur ... ꝗ vi... ſunt im... caue... ſanguis miſ... debent. ... nonnulli ... maxime ex ... i ſangui ... mittēdo au ... quos ... ſapien ... admodum ... tantur vt ... Auicēnā ... potes. ... ſanguis ... atre bilis tē ... ramētū: ſpi ... fomes: vt ... theſaur⁹.

¶ Et ſcias ꝙ flebothomia quando eſt in tentio ſanguinis non eſt ex genere eius in quo expectatur digeſtio expectatione que eſt in ſolutiuis. et non expectatur digeſtio niſi in humoꝛibus alijs. Et cū poſtponitur flebothomia in pꝛincipio egritudinis: non amplius eſt ei intentio et foꝛtaſſe interficit per aduentum debilitatis virtutis.

¶ In parte pꝛeſenti ponit ſcdm caſum in quo non eſt expectanda digeſtio. ⁊ pꝛimo ponens canoneʒ dicit ꝙ quādo ꝑ flebotbomiam intendimus euacuare ſanguinem non debemus expectare digeſtionem ſicut expectamus in ſolutiuis. Secūdo ca nonem tripliciter ꝓbat. pꝛimo. q: nō expectatur digeſtio niſi quando volumus humoꝛes alios a ſanguine educere. ergo pꝛo educēdo ſanguine nō eſt expectanda digeſtio. ¶ Secūda ratio. q: quan do poſtponitur flebotbomia in pꝛincipio egritudinis amplius in ea non eſt intentio. ergo non eſt poſtponēda. ⁊ ſic debet fieri in pꝛicipio. ¶ Tertia ratio. flebotbomia poſtpoſita in pꝛincipio et facta in pꝛoceſſu foꝛtaſſe interficit debilitādo egrū ergo nō dʒ poſtponi: immo ſtatim fieri a a pꝛinci pio ſi eſt expediens. ¶ Notandum pꝛo declaratio ne partis pꝛeſentis ꝙ hic caſus ſecūdus ī quo nō eſt expectanda digeſtio eſt quādo in febꝛibus intendimus euacuare ſanguinem ſicut in ſinochis et pꝛo hoc caſu eſt poſitus canon ſtatim dictus. ¶ Notandum ſcdo ꝙ ſi haberemus medicinā ſol uentem ſanguineʒ ſicut habemus ſoluentē alios humoꝛes: ſic opoꝛteret pꝛo euacuando ſanguineʒ expectare digeſtionem ſicut pꝛo euacādo alios humoꝛes: cum opoꝛteret ipſum ſicut ⁊ alios hūores duci per vias anguſtas per quas non poſſet educi niſi adequaretur eius ſubſtantia.

De flebotbomia.

**Sed dubitatur** circa canonē vtrum pꝛo faciendo flebothomiam in febꝛibus ſit expectanda digeſtio.

¶ Pꝛo cuius dubij declaratione nota pꝛimo ꝙ du plex eſt digeſtio qua ſanguis pꝛeparatur expulſio ni. vna eſt equatio modi ſubſtātie. ſcda eſt ꝓpꝛietas occulta ſibi acquiſita per virtutes naturales agentes in ipſum dum intendūt ipſum aſſimila re vel euacuare: quam pꝛopꝛietatem credimus in ipſo eſſe acquiſitam cū apparet digeſtio in vꝛina que pꝛius nō apparuit. pꝛima iſtaruʒ ſufficit arti nō nature: ſed vtraqꝫ eſt neceſſaria nature. Cuius ſignum euidens eſt ꝙ facta flebotbomia a pꝛinci pio ſinocharum ſanguis aptiſſime educitur ſi ſit mediocris in modo ſubſtātie. hic tamen ſanguis a natura nō educitur in pꝛincipio: immo nō videmus criſes fieri niſi poſtq̄ apparuerit digeſtio. Et hoc eſt q: anteq̄ appareat digeſtio non eſt ſibi pꝛopꝛietas acquiſita qua virtuti expulſiue obe diat. ¶ Secundo nota quod per flebotbomiam fa ctam in febꝛibus aliquādo intendimus euacuare ſanguinē ſicut in ſinochis. aliqñ itendimus euāre alios humoꝛes ſicut in alijs febꝛibus hūoꝛalib⁹.

**His pꝛemiſſis** ſit hec pꝛima cōcluſio. Sanguine ſolum peccante in quanto nō eſt pꝛo flebotbomando digeſtio expectanda. ꝓbatur ſic. q: peccante ſanguine eſt paratus egredi vena aperta. ergo nō eſt expectanda digeſtio. tʒ cōſequentia. et aſſumptum eſt manifeſtum. ¶ Secūda cōcluſio ſanguine peccan te in quali nec ꝓpter hoc multū recedente a natu ra ſanguinis ſtante etiā pctō quāti pꝛo flebotbomando nō eſt expectanda digeſtio. cōcluſio ꝓbat̄ quia hic ſanguis ſtatim aperta vena eſt paratus euacuatiōi. ergo nō eſt expectanda digeſtio. tenet ꝯña. ⁊ antecedens eſt manifeſtū. ¶ Tertia concluſio. nō ita copioſa cōpetit flebotbomia ſanguie peccante in quanto et in quali ſicut in peccāte in quanto tantū. cōcluſio arguitur ſic. q: ipſo peccā te in quanto tantū ceteris paribus virtus eſt foꝛtioꝛ. ⁊ cuʒ hoc ſanguis ex parte ſubſtātie eſt para tioꝛ euacuationi. nam per pctm̄ qualis redditur imparatioꝛ euacuationi. igitur nō ita copioſa cō petit flebotbomia in ſinocha cum putredine ſicut in ſinocha ſine putredine. ¶ Quarta cōcluſio. ſanguine multuʒ recedēte a natura ꝓpꝛia ſanguinis ſiue in ſe: ſiue per alterius humoꝛis admixtionem eſt ꝑ flebotbomando aliqñ expectāda digō. ꝓba tur q: pōt eſſe ineptus euātioni per multū receſſum a diſpoſitione naturali. vnde ſanguis bonus magis aptus euābitur malo inepto remanente. ¶ Coꝛrelariuʒ. nō ſemꝑ quādo in flebotbomādo eſt pꝛima intētio ſanguinis debemus flebtboma re nō nō expectando digeſtionē. Canō itaqꝫ Aui. veritatē hʒ in pluribus. ¶ Quinta ꝯcluſio. ſangui ne multū recedente a natura ꝓpꝛia: lʒ ſit expectāda digeſtio iuxta concluſionem immediate pꝛecedentē: nō tm̄ tanta quanta ꝑ ſolutiuis. ꝓbatur. q: ſm plurimū ſanguis nō ē ita ineptus euātioni ſi cut alij hūoꝛes. ¶ Pꝛeterea dato quod eſſet eque ineptus aut merito ſubſtātie aut quouis alio mo do maioꝛ tm̄ pꝛeparatio requiritur ad euāndū hu moꝛem cū ſolutiuis q̄ ſanguinē per flebotbomiā cū opoꝛteat illos per vias et ductus anguſtos trā ſire. ſanguis aūt per foꝛamē vene qḋ pōt fieri latum ſtrictum ⁊ mediocre ſm voluntatis imperium. ¶ Sexta cōcluſio. alijs humoꝛibus ꝓpoꝛtionabi liter ſanguini cōpeccantib⁹ ſicut in vēa plectoꝛia pꝛo flebotbomia nō eſt expectanda digō. ¶ Pꝛeterea q: in vera plectoꝛia eſt ſolū pctm̄ quāti qua pꝛopter aperta vena facile maſſa hūoꝛalis egreditur. ¶ Septia ꝯclō. ceteris ꝑibus nō cōuenit in hac vera plectoꝛia tāta flōmia quāta cōuenit ſan guine ſolo quātitate peccāte. ꝓbat̄ cōclō. q: ſolo ſanguie peccāte virt⁹ eſt foꝛtioꝛ ⁊ foꝛte ē facili⁹ ꝑ flebotbomiam educibilis q̄ materia plectoꝛie. ¶ Octaua cōcluſio. qñ poſtponitur flebotbomia in qua eſt intētio ſanguinis nō amplius eſt in ea tanta intentio quāta erat in pꝛincipio. ꝓbatur. q: in pꝛoceſſu virtus debilitatur in moꝛbis. Itē ſanguis efficitur ineptioꝛ euātioni per flebotbomiā quare ⁊c. ¶ Nona cōcluſio. qñ in flebotbomia nō eſt intentio ſanguinis ſed alioꝝ hūoꝝ ſicut in fe bꝛibus colericis flegmaticis et melācolicis ſi fue rint ſanguini permixti parum diſtantes a natura ſanguinis eſt ab initio facienda flebotbomia. ꝓbatur. nā poſtq̄ ſunt ſanguini permixti ſunt apti per ſanguinē cū flebotbomia minoꝛari. et q: parum diſtant a natura ſanguinis nō eſt apta ſequi colericoꝛum ebulitio nec frigidoꝛum incrudatio. Ex qua ſequitur per locū a ꝯtrario ꝙ qñ nō eſſent ſanguini permixti aut eſſent multum diſtantes a natura ſanguinis non eſt facienda flebotbomia. ¶ Decima cōclō. aliqñ in febꝛib⁹ nūq̄ cōpetit flebotbomia. aliquando cōpetit in pꝛincipio. ⁊ nō in

Concluſiones multe.

proceſſu.aliquando cōpetit in principio et in ꝓ⸗
ceſſu.aliquando in pceſſu et nō in principio. Pri⸗
ma ps cōcluſionis ptʒ.quando feb.pendet ab hu
moribus qui nunꝗ̄ ſunt mixti ſanguini aut ſemꝑ
multum diſtantes a natura ſanguis.ſcđa pars pʒ
in febribus ſinochis:et alijs pendētibꝰ ab hūori⸗
bus cū ſanguie mixtis in quibus in pceſſu virtus
debilitaꝛ.aut forte hūores fiunt immixti et diſtā⸗
tes a natura ſanguinis.tertia pars cōcluſiōis pʒ
in febribus ſinochis et alijs quando ſanguis pec
cat in quanto.aut quando eſt multa plectoria in
quibus nō ſufficit flebotbomia facta in pricipio
ſed eſt reiteranda.et aliquando reiteratur timore
apātis aut alterius accidētis in pceſſu emergen⸗
tis:immo aliquando in proceſſu copioſior cōpetit
flebotbomia ꝗ̄ in principio.q: aliquando in pro
ceſſu hūores erūt magis mixti ſanguini ⁊ magis
nature ſue appropinquātes ꝗ̄ in pncipio.⁊ forte
aliquādo accn̄s ſuperuentēs in pceſſu facit indi⸗
gere ampliori flebotbomia ꝗ̄ in pnº.ſicut apā ſq⸗
nanticum.quarta pars ptʒ qn̄ in principio humo
res alij a ſanguine ſunt immixti ſanguini aut mul
tum diſtantes a natura ſanguinis:qui poſtea per
miſcentur ſanguini et magis appropinquant na
ture eius.vnde appet in pceſſu vrina rubea groſ⸗
ſa que nō appuit in principio.aut forte in pceſſu
emergit nouū accidens quo indigeꝛ flebotbomia
Aut forte ſanguis in pncipio erat preter modum
groſſus in ſe aut per admixtionem alterius humo
ris. vn̄ oportuit premitti digeſtiuū ſicut pcepit
Auicē.quarta primi capitulo de flebotbomia.vbi
ſanguine exiſtente groſſo docet predigerere cum
ſirupo de yſopo.Si que autem ratiōes fuerint cō
tra determinationeʒ pōt ex dictis in queſtione fa
cile ad eas apparere ſolutio.

Quando eua⸗ cuandū eſt an⸗ te digeſtioneʒ. ¶ Et ſimiliter ſi times victoriam humoris
magis neceſſaria cautela eſt eūatio.⁊ ſi nō
eſt digeſtus nō moueas niſi in pricipio.

¶ In preſenti parte Auicen.ponit tertiū caſum in
quo eſt euacuandū ante digeſtionē:⁊ caſus eſt quā
do febris incipit a materia plurima quā veriſimi
liter natura nō pōt regulare.Habet hec ps duas
partes.in prima ponit vt dictuʒ eſt caſum in quo
opʒ eūare materiam indigeſtā et qn̄. in ſcđa gra⸗
tia cōplementi doctrine oſ̄dit quando humor di
geſtus eſt euacuandus et qn̄ non.ſcđa ibi.(Apud
ſtatū vero nō moueas) ¶ In prima parte intēdit
Prima cōclo. duas ꝯcluſiones.prima eſt iſta.Simil'r ſicut dictū
eſt in duobus caſibus precedētibus ſi times victo
riam humoris ſupra virtutem ſupple ꝑpter mul
titudinem eius magis neceſſaria eſt euacuatio.ſ.
minoratiua.q: natura nō poterit tantā materiaʒ
digerere niſi minoreꝛ.⁊ hec eſt ſn̄ia illius afforiſ.
24.ſcđe particule.Incboantibus morbis ſi quid
videtur mouēdum moue.¶ Scđa cōcluſio eſt iſta.
Secūda ꝯclo. nō moueas hmōi hūorē indigeſtū niſi i principio
cōcluſio ꝓbatur.nō moueas hmōi humorē indi⸗
geſtū niſi in tpe in quo motio.i.eūatio pōt euita⸗
re maius nocumentū et maius iuuamentū afferre
ſed hic eſt in principio.ergo nō moueas hmōi hu
morem niſi in principio.ꝯn̄a tʒ.ſed minor appa
rebit ex dicendis. Et ſimilis ſententia colligitur
ſcđa afforiſmorum.cōmēto.24.Et hucuſqꝫ habe⸗
mus tres caſus in quibus ab initio nō expectata
digeſtione debemus euacuare.primus caſus quā
do materia eſt furioſa.ſcđs quando materia pec⸗
cans eſt ſanguis exuberans in quantitate.tertius
caſus quādo aliquis vel aliqui hūores alij a ſan⸗
guine nimium ſuperabūdarent. In prio caſu ſm
plurimū euacuamus cū farmacia et eradicatiue ſi
poſſimus. In ſcđo caſu ſm plurimū cū flebotbo⸗
mia aliqn̄ minoratiue:aliquando eradicatiue. In
tertio cū farmacia et minoratione ſm plurimum
Et nota ꝙ materie iuxta tres caſus ſupraſcriptos
poſſunt aliquādo dici furioſe ꝑpter manifeſtum
et immunēs periculum lʒ materia iuxta primū ca
ſum proprie dicenda ſit furioſa iuxta deſcriptio⸗
nem materie furioſe ſuperius.

Pro declaratione harum duarum conclusionū duo
mouenꝛ dubia practicalia que paucis perſtrigā. Duo dubia ſunt de notanda.
Primū.vtrū liceat medico euacuare materiā in⸗
digeſtam.Scđm vtrū debeat eūare materiā indi
geſtam ſuperflua quantitate peccantem ſolum in
principio.

Pro ſolutione primi dubij tenēda eſt
hec cōcluſio.ꝙ in om⸗ Cōcluſio opti ma.
nibus egritudinibus materialibus nō dantibus
inducias debet eūare ante digeſtionem. cōcluſio
manifeſta eſt.q: ſi egritudo nō dat inducias vt ma
teria digeraꝛ ſuccūbet ante digeſtionē:quare opor
tet euacuare vt minorata materia fiat virtus for⸗
tior ſupra reſiduum materie.aut vt tota materia
eradicata ſequatur ſalus.¶ Sed pro declaratiōe Quinqꝫ caſus in quibus eſt euacuandū an te digeſtionē.
huius materie medici ponunt quinqꝫ caſus in q⸗
bus eſt euacuandum ante digōneʒ:eo ꝙ in his ca⸗
ſibus egritudo nō dat inducias vt digeraꝛ.¶ Pri
mus caſus qn̄ materia fuerit furioſa in quo caſu
medicus ꝗ̄ citiꝰ pōt dʒ eūare.Hic caſus eſt de mē⸗
te Auic. in ꝑte predicta.et de intentione Hyppo
cratis pria afforiſmoꝝ:afforiſmo.22.et reliquoꝝ.
¶ Secūdus caſus qn̄ materia eſſet valde multa ſi
ue ſanguinea ſiue alterius ſpeciei aut plurin̄ ſpe⸗
cierum ſimul in quo caſu eſt minoranda flebotbo
mia aut farmacia aut ambabus ſimul vt natura
fiat potentior ſupra reſiduum:et de hac eūatione
eſt ſermo Aui.in parte prelecta.⁊ affo.24.ſecūde
particule.Incboantibus morbis ſi quid ⁊c.¶ Ter
tius caſus quādo materia eſſet venenoſa ſicut in
peſtilentialibus in quibus Auic.in principio ca⸗
pituli cure peſtilentialium iubet ſtatim a pncipio
eſſe euacanādū cū flebotbomia aut farmacia aut
vtriſqꝫ ſm exigentiā materie.et hec eūatio dʒ eſſe
minoratiua natura nō bene tolerante multā eūa
tionem ob debilitatem virtutis que ſtatim aſſo⸗
ciatur in febribus peſtilentialibus.¶ Quartus ca
ſus qn̄ materia fuerit in aliquo mēbro contenta
magnam faciens leſionē quaʒ natura ferre neqat
ſicut materia apoplexie colice fortis ſtomachi do
loris et ſimilium et ſicut materia cauſonis cordi
ꝓpinqua.¶ Quintus caſus.qn̄ timemus materiā
repere ad aliquod membrū nobile ſiue iā illud in⸗
cepiſſet apoſtemari ſiue nō.In his eñ caſibꝰ ma⸗
teria eſt eradicatiue euacuāda nō expectata dige
ſtione ne diuertēdo fluat ad aliquod membrū no⸗
bile aut cū flebotbomia ſi peccauerit ſanguis.aut
alij humores fuerint mixti cū ſanguine aut cum
farmacia ſola ſi fuerint a ſanguie ſeparati.¶ No
ta tn̄ ꝙ in apāte iā incboato debemus in eūando
digerendo ⁊ diuertendo tres canones obſeruare.
Primus vt eūetur quale opʒ.Secūdus ne ſoluti⸗
uum trahat materiā ad locū apātum quapropter
apāte exiſtente in inteſtinis nō debemus dare me
dicinas ſoluentes in trahendo materias ad locū
apātum nē augeāt apā:immo in hoc caſu magis
cōpeterent vomitiua. Tertius canon vt eūantia
ita diuertāt materiā fluentem ꝙ nō augeāt fluxū.
ppterea

propterea cū lenibus ꝓcedendū eſt nō trabenti/bus a longinquis ſicut cū caſſia māna reubarbaro aloe loto ſcene epitbimo virtute turbith.⁊ ſimilibus. ¶Sed cōtra pone ꝙ apa ſit ita magnuꝫ:vt dubites de corruptione mēbri tunc videt̃ ꝙ materia faciens apa ſit coacte euāanda ſicut et cirurgici membrū apatū magno apate ſcarificant timore corruptionis membri. Dicendū ꝙ tu ponis caſuꝫ in quo fugiendū eſt a cura et eger relinquendus eſt ꝓnoſticis.attñ ſi inſtanter requiſit⁹ fueris premiſſo ꝓnoſtico bonū eſt experiri fortunam predicendo ꝙ nulla eſt ſpes cure.attñ ſi qua eſt hec eſt illa vt detur aliquid ſolutiuū qđ ſimul euacuet de cā añcedente et cōiuncta. ¶Et ſicut ſunt quinqꝫ caſus ſuprascripti in quib⁹ dꝫ medic⁹ euacuare materias intrinſecas in principio nō expectata digeſtione:ita ſunt quinqꝫ caſus his ꝓportionales in quibus cirurgicus dꝫ euāre materias extrinſecas nō expectata maturatiōe. ¶Primus qñ materia furioſa cōtinetur in membris extrinſecis dꝫ cirurgicus ſcarificando ſanguiſugas et ventoſas apponendo eā ſtatim euāre. ¶Scđs qñ mēbrū eſſet apatum magno apate ita vt dubitaret de corruptiōe mēbri:dꝫ ſtatim cirurgicus mēbrū ſcarificādo materiā minuere. ¶Tertius caſus in altoi et ceteris apatibus pendētibus a materia venenoſa in quibus ſtatim medicus ſcarificat ventoſas applicat et cauteria. ¶Quartus caſus qñ apa eſſet immediatum vel ꝓpinquum mēbro nobili dꝫ accelerari eruptio:vt eſt apud Aui.tertia qrti ca°. de regimine exiturarū apparentiū qñ ſunt mature in fine capl'i. Inquit niſi exitura cōiuncturalis aut membrū nobile aut mēbrū ꝓpinquū eſſet oſſi aut pāniculo feſtinabis in ꝑforatione eius añqꝫ cōfirmet̃ ei⁹ maturatio ne prius corrumpat aliqđ de his membris. ¶Quintus caſus .eſt qñ timeremus ne exitura rūperetur ad aliqđ membrū nobile ſicut in apate extrinſeco pectoris ꝓfundo fit apertio ante maturationē timendo ne ſi expectet̃ maturatio rumpatur interius ad membra nobilia:et ſic ſit finis huius primi dubij.

## Ad partem negatiuam ſecundi dubij

arguit̃.q: tunc maxime eſt euāndū cū materia eſt digeſta.ſed materia eſt digeſta in reliquis tpibus poſt principiū ⁊ nō in pricipio.ergo maxime tunc eſt euāndū.tꝫ pña.⁊ maior eſt manifeſta cum digeſtio ordinetur in euōnem.ſed minor ꝓbatur. q: digeſtio ꝓcedit ꝺm partes materie ⁊ in eadem parte per additionem gradus ad gradū. ¶In oppoſitū eſt Hyppocrates ſcđa afforiſmorū.afforiſmo.24.Incboātibus morbis ⁊c.Et manifeſtius Aui.in pte pñti.vbi precipit materia exñte pluri/ma ſolum euacuandam eſſe in principio.

## Pro ſolutione

huius dubij dicenduꝫ ꝙ cum medicus cognoſcit ab initio materiā eſſe plurimā ſtatim venit in mentē ſibi materiā eſſe euāndā ante ſtatum cū exiſtimet egrū nō poſſe perduci ad ſtatum ſalubrem cū tanta multitudine materie. Poſt hoc medicus inueſtigat an ſit ſtatim ab initio euāndū an parū expectandū donec appareat veſtigiū digōnis ſaltē occultū:vt puta ingroſſatio vrine aliqualis cū forte nunc ſit ſubtilis ſine yypoſtaſi. Quod ſi medicus cū hac multitudie materie viderit egritudinē fortem:⁊ egrum male tolerantem egritudinē:exiſtimabit iudicio veriſimili ſi expectabit forte parum poſt ſuccedet diſpoſitio maligna digeſtioni cōtraria ꝓpter quā forte fiat vrina liuida aut ſubiugalis aut viridis vel nigra que ſibi auferat ſpeꝫ ſalutis.⁊ tunc medicus ſtatim exhibebit ſolutiuū electiuū materie peccantis. Si aūt cū hac multitudine materie viderit virtutē bene tolerantē iudicabit eſſe expectādū donec appareat aliquale veſtigium digeſtionis.vt puta ſaltē aliqualis vrine ingroſſatio que etiā fieri poterit per ſolā actionē caloris putredinalis materiā ſubtiliantis.⁊ interim ꝓcedet cū digeſtiuis ꝺm exigentiā materie et egritudinis qua ingroſſatiōe viſa dabit ſolutiuū quod tñ dabit in fine pncipij cū occulta ſigna digōnis aut diſpoſitiōis ꝯtrarie digeſtiōi nō excludant pn^m^ vt ſuperi⁹ dictū fuit. Et ꝺm hūc modū ꝓcedit Auic.in pn°.de flegmatica.poſtea ꝓcedit digerendo ⁊ paulatim euāndo vſqꝫ ad ſtatum.vel quouſqꝫ ſit ſecur⁹ ꝙ natura ſit apta ſuperare egritudinē et dñari materie. ¶Sed dices pone ꝙ omiſſum ſit ſolutiuum:⁊ poſtea ſucceſſerit vrina liuida vel ſubiugalis vel aliter male ꝯditionata indicās malignā putredinē quid tunc dꝫ facere medicus. Dicendū ꝙ cōſtat medicū erraſſe qui omiſit ſolutiuum ab initio:cuius omiſſio forte erit cā mortis et eius exhibitio ab initio fuiſſet cā ſalutis. Sed nihilomin⁹ cū vētū ē ad h' dꝫ cōſiderare an cū hac diſpōne maligna iudicata p vrinā cōſtet ꝟtus an nō.ꝙ ſi cōſtet ꝟt⁹ det ſolutiuū. Multi.n.in qb⁹ viſe ſunt vrine peſſime euaſerunt ſcđa qrti. Nō ſi cū hac malignitate videt caſuꝫ virtutis relinquet eū ꝓnoſticis vt precipit Gale.in cōmento afforiſmi preallegati.ne forte cū ſolutiuo ſuo moriat̃ ⁊ ſibi imputetur. Et ex his ptꝫ ſolutio ad rōnem ante oppoſitū. Nam ſi ab initio nō fit euātio nō ſuccedit digeſtio in materia:immo diſpoſitio maligna ꝺm partes materie.⁊ ꝺm eandem partē per additionem gradus malitie. ¶Et nota ꝙ ſolutiua in his caſibus nō debent ſolū eſſe lenitiua:immo cū lenitiuis ſint admixta eligentia humorē ꝓpriū:et nō debent eſſe valde leuia.q: forte agitarent ⁊ nō educerent:et fuiſſet melius dimittere. ſed debent eſſe mediocris fortitudinis inſpecta virtute ⁊ egri conſuetudine.

¶Apud ſtatum vero nō moueas aliquid donec vincat natura et digerat.⁊ ſi ipſa nō mouet moue tu hora mot⁹ eius.⁊ ſi ipſa mouet aut mouit.tunc dimitte eam et operationem eius.

¶In iſta parte preſenti ponit Auic.qñ humor digeſtus eſt euāndus et qñ nō.⁊ ponit tres cōcluſiones. ¶Prima.in ſtatu nō euacues niſi natura cōplete vicente materiam. Sed hoc ſic ꝓbat̃.nō debes in ſtatu euacuare niſi materiā optime euātioni paratam:ſed nō eſt euātiōi parata niſi ſit a natura cōplete digeſta.ergo ⁊c. Et hec eſt ſcđa pars afforiſmi.24.in ſtatu vero ſilentium habere melius eſt. ¶Secūda cōcluſio eſt iſta. natura nō euacuante euacua tu hora motus eius.i.hora in qua deberet natura euacuare quādo eſt hora perfecte digeſtionis.ꝓbatur.iuuare debes naturaꝫ impotentem operari.ergo euacua ipſa non euacuante in tēpore in quo debet euacuare.tenet cōſequētia et antecedens eſt manifeſtū.q: medicus eſt adiutor nature. ¶Tertia concluſio. euāante natura aut ſi euāuerit ipſa dimittatur in ſua operatione ꝓbatur.nō eſt impediēda natura in ſui operatione.nec eſt ſupflue euāndū.ergo ꝯcluſio vera tenet cōſequentia.⁊ añcedens pꝫ.q: medicus nō dꝫ impedire naturam et timor mortis eſt in ſuperflua euātione et hec vltima cōcluſio eſt affo.20.prime

Concluſiones notande.

particule. Ea quorū criſis fit aut facta eſt ⁊c.

**Contra primam** cōcluſionē iſtatur q: lȝ medico eūare in augmento in quo materia nō eſt ita digeſta ſicut eſt in pn° ſtatus. ergo multo magis lȝ eūare in pncipio ſtatus. lȝ pn̄a. cū digeſtio ordinet̄ in eūationem et aſſumptū eſt manifeſtum de intentione Aui. in ca. de flegmatica. ¶ Dicendū primo ꝙ per ſtatum hic intelligimus ſtatū quo ad digōnem ſiue in eo cōcurrat ſtatus quo ad accidētia. ſicut fit in morbis reſeruantib⁹ materiā ad vnā creticam expulſionē ſiue nō concurrat: qd̄ eſt vt plurimum. ¶ Dicendū ſcd̄o ꝙ intentio Aui. eſt loqui de ſtatu morbi in quo materia eſt pauca aut mediocris cui virtus bene dn̄atur ſiue ſemꝑ fuerit pauca ſiue ab initio fuerit multa ⁊ nunc beneficio nature aut artis paucificata cū nō expectet criſim. Et certū eſt medicū nō debere eūare: immo debere expectare donec illa materia ſit complete digeſta ne forte eūatio ſua cōcurrat cum eūone cretica. ſed poſtea natura nō eūante qd̄ pōt eſſe q: nō ſtimulatur: q: forte ſenſus mēbrorum ſopitus eſt. aut forte q: nō pōt. q: difficili⁹ eſt nature digerere et eūare ꝙ digerere ſoluȝ. aut forte q: ex ꝓceſſu egritudis facta eſt impotentior ꝙ prius tunc medicus debet eūare. ⁊ hoc dicit ſcd̄a cōcluſio hora motus eius. i. hora cōplete digeſtionis que eſt hora in qua natura ſolet eūare. Verū aliqui tranſponunt textuȝ ſcd̄e cōcluſionis dicētes. ⁊ ſi natura nō mouet hora motus eius que eſt dies cretica: moue tu trāſacta die cretica et ſaluari pōt. ¶ Ad rōnem aūt in ꝯtrariū negatur iſta pn̄a. lȝ eūare in augmento in quo materia eſt minus digeſta. ergo in ſtatu q: forte in augmento materia eſt multa quā forte natura nō poterit ducere ad ſtatum ſalubrē nec etiā in augmento ſperat criſim ſicut ſperat in ſtatu. ¶ Vtrū auteȝ liceat medico eūare in die cretica eſt dubium nō paruum. Sed ego credo ꝙ vbi medicus per ſigna efficacia cōprehenderit naturā nō eſſe facturā criſim in illa die pōt eūare. bonū eñ videtur mihi ꝙ operatio artis ſit adiuta ab influxu celeſti. ¶ Sed vbi in dubiū verteretur an natura eſſet factura criſim in illa die medicus dȝ deſiſtere ne forte ſimul cōiungant̄ eūatio artis ⁊ nature. Vnde iuxta tertiam cōcluſionem ſi natura mouet aut mouit aut ſupple motura eſt equaliter dimitte eam et operationem eius. ſi vero deficeret adiuuāda eſt. ⁊ ſi ſuperfluxerit moderāda eſt.

¶ Et hoc eſt illud quod nominauit Hyppo. furioſitatem vbi dixit: oportet vt adminiſtretur medicina ſolutiua: poſtꝙ digeritur egritudo. In principio autem egritudinis: non oportet vt adminiſtretur illud niſi egritudo ſit furioſa. et forſitan non eſt ſm plurimum furioſa.

Champerſus. In periculoſis morbis: in quibus viriū deliquiū timemus dilatis auxilijs a vehementiori catbartico incipiendu; eſt: alias leuiori vtendum.

¶ In parte preſenti Auicen. confirmat dicta. ſua. primo auctoritate Hyppo. pria afforiſmoꝝ affo. 22. ſcd̄o per locū a ſimili. ſecūda ibi. (Et talis eſt iſta eūatio.) In parte prima dicit. ꝙ hoc eſt illud quod nomiat Hyppocrates furioſitatē. vbi dicit opȝ vt adminiſtretur medicina ſolutiua: poſtꝙ digeritur egritudo. et eſt digeſta materia egritudinis. Nam textus Hyp. eſt digeſta medicari. i. eūare. In principio aūt egritudinis nō opȝ vt adminiſtretur illud. i. medicina ſolutiua q: materia eſt indigeſta niſi materia fuerit furioſa. ¶ Et textus Hyppocratis eſt ⁊ mouere nō cruda. vcȝ in principijs niſi fuerit furioſa. ⁊ forſitan non eſt ſm plurimum furioſa. Textus Hyppo. eſt multa vero non ſunt furioſa.

¶ Et talis eſt iſta eūatio neceſſaria q̄ non eſt in hora ſua: ſicut cibatio neceſſaria que nō eſt in hora ſua. Et ꝓportio iſtius eūationis ad ceſſandū ex malitia materie: eſt ſicut proportio illius cibationis ad prohibendum virtutem a caſu ſuo.

¶ In parte preſenti cōfirmat dicta ſua per locum a ſimili hoc mō. talis eſt iſta eūatio que non eſt in hora ſua. ſ. cū materia in pncipio eſt idigeſta qualis eſt cibatio que nō eſt in hora ſua. ſ. in ſtatu accidentium. ſed cibatio fit coacte aliquando in ſtatu accidentium ad prohibendū caſum virtutis ergo eūatio aliquādo dȝ fieri in prin° ad faciendum ceſſare malitiā egritudinis. Et nota ꝙ Auic. intelligit hic per materiam furioſam ꝙcunqȝ potentē occidere ſiue per furioſitatem ꝓprie ſumptā ſicut ſuperius deſcripta fuit. ſiue per multitudinē aut quouis modo. ⁊ taliter intepretatur affo. Hyppo. Aui. tñ in parte pn̄ti nō fecit expreſſam mentionē niſi de materia furioſa ꝓprie ſumpta ad quā venenoſa ſicut materia antracis reducitur. ⁊ de materia multa ſiue ſit ſanguis ſiue ali⁹ humor a ſanguine omittens materiā furioſam rōne mēbri in quo eſt ſicut eſt materia apoplexie colice ⁊ ſitium. Item materiaȝ furioſam rōne fluxus ad aliquod mēbrū pro quo fluxu timet̄ mors ſicut qn̄ eſſet fluxura ad cor cerebrū pulmonē et ſimilia. eo ꝙ Aui. nō dȝ ꝓſequi curam putridarum febrium ſm diuerſitatem particularium patientium. nam iſta pertinent ad tertium librum.

¶ Cum ergo exerces eūationem: tunc cōſidera horam interpolationis: aut horam ipſius teporis: aut frigidiorem horam que eſt in die. Et non euacues per fluxum ventris in die periodi. neqȝ flebothomes.

¶ In parte preſenti Auicē ponit cañ. de regimine ſeruando tpe paroxiſmi. et diuiditur iſta pars in partes ſeptem ſm ꝙ ſunt ſeptem canones. ſecūda ibi. (Et nō agas.) tertia ibi. (Et nō diminuas.) quarta ibi. (Dino.) quinta ibi. (Et ſcias ꝙ multotiens.) ſexta ibi. (Et nō eūetur.) ſeptima ibi. (Et cōſilium meū.). Primus canō eſt iſte. cum exerces eūationem ſiue per farmaciam ſiue per flebothomiam cōſidera. i. elige horā interpolationis. ſ. in febribus interpolatis aut teporis in cōtinuis ꝓportionalibus aut frigidiorem horā diei que eſt hora matutina in cōtinuis cōcluſis. ⁊ nō euacues per fluxum ventris neqȝ flōmes in die periodi: immo in aliquibus ex tēporibus ſupradictis. ¶ De hoc canone ſuperius fuit ſpāle dubium et cauſa canonis ibi poſita fuit: quare nunc pertranſeo ne ſepe replicetur.

Hora euacuādi per farmaciam.

¶ Et nō agas cum euacuatione artis contra partem euacuationis nature.

¶ Scd̄s canon eſt iſte. nō agas cū eūone artis cōtra ptē per quā natura eūet aut tentet eūare. ⁊ hic canō eſt afforiſm⁹. 21. prime ꝑticule. q̄ ducere opȝ vn̄cunqȝ natura repit inde ducere opȝ per conueniētes regiones. In quo canone due obſeruant̄ cōditiōes. prima ꝙ natura ſicut dicit afforiſmus eūet per loca cōuenientia ſicut per vomitū per ſeceſſum per ſudorē per fluxum ſanguinis narium emorroydalem menſtrualem per vias vrine et ſimiles quia

miles:q: forte ſi vellet eũare per oculos aut p̄ nares:aut per aures forte eſſet impediēda timore cecitatis aut ſurditatis. Et ſimiliter ſi intētaret eũare per vrinā de pulmone ⁊ ſimilia loca incōueniētia.ſcõa ꝙ non ſuperflue eũet.tunc eñ lꝫ medico eũare per oppoſitā regionē vt fluxus ſuperfluus factus a natura cōſtringeret̄.et canon ſic limitatus eſt manifeſtus.q: medicus nō dꝫ impedire naturam bene operantem .⁊ hic canon eſt cōmunis flebothomie farmacie et cuicunqꝫ eũationi facte per artē per quam eũatio nature impeditur.

¶ Et nō diminuas humorem per rem que faciat ſtatim habitudineꝫ motus periodi.

¶ Et nō diminuas.i.nō eũes hũores per reꝫ que facit ſtatim habitudinem motus periodi.i. q̄ ſtatim faciat habere periodũ. Canon clarus eſt cum medicus debeat curare febrem nō eam ꝓuocare aut augere. ¶ Pro cuius noticia ſciendũ ꝙ medic⁹ interdum eſt cā cur redeat paroxiſmus aut excreſcētia.aut ſi febris eſt cōtinua cōcluſa ꝙ excreſcat per exhibitionem alicuius ſolutiui quinqꝫ modis primum q: datũ ſit in maiori quantitate quapropter vehementius agitat hũores et agitati inflāmantur et ebuliũt.ſcõo q: datũ in minori quantitate ꝙ opꝫ.vnde agitat et nō educit.tertio qñ daretur ſolutiuum eũans hũorē qui nō deberet eũari:vt qñ daret̄ turbith eũans humorē flegmaticũ in febre colerica.quarto ſi ſolutiuũ de ſe ſit inflammās multũ et calefaciens ſicut ſcamonea ſi detur in febre colerica nō debite correcta. quinto quando dant̄ ſolutiua nō p̄digeſta materia. Hic ergo canō ab Auic.poſitus eſt vt medicuꝫ cōmonefaciat vt nō hũc errorē incurrat q̄ ꝑſepe cōtingit.

¶ Et oīno caueatur a regimine groſſo in hora periodi:ita vt nō detur in potu aqua ordei zuccarũ neqꝫ iuleb:vt nō frangat p̄iodum cũ cōſtrictione meatuũ.qm̄ eſt timor immo adiuua. Dicit nāqꝫ Hyppo. medicus adiutor eſt nature nō impediēs eam.

¶ Quartus canon.groſſum regimen oīno vitetur hora periodi.vnde non detur in potu aqua ordei zucca.neqꝫ iuleb.ꝓbatur impedit naturā .ergo cauendũ eſt.ptꝫ ꝯña.q: medicus vt vult Hyp. eſt adiutor nature nō impediēs eam.añcedens ꝓbatur ſic.groſſum regimē frāgit paroxiſmũ cōſtringēdo meatus igitur impedit naturā quapropter nō facias hoc immo iuuat naturā expediendo ipſam a quocunqꝫ potente impedire oꝑationem eius.

Pro declaratione hui⁹ canōis.dubitat̄ vtrum zuccarum vel iuleb ſit ponendũ in aqua potāda t̄pe paroxiſmi.affirmatiue arguit̄ ꝙ ſic.q: cōiter operantes ponũt.ergo ponendũ eſt .tꝫ ꝯña. q: cōiter operātes ſequũtur canones. et antecedens docet quottidiana experiētia. ¶ Scõo iuleb eſt ſatis debite extinctiuum .igitur cōuenit.tꝫ ꝯña.cũ in infirmo ſiti afflicto opꝫ ſit im extinguere et ipſum humectare.q: aliter perduceretur ad ethicā.⁊ aſſumptum eſt Auic.16.tertij.tractatu.5.ca°.primo cuius litera eſt. Cumqꝫ illud eſt permixtum cuꝫ iuleb erit magis iuuatiuũ in ſiti ꝓpter qđ corpus diligirē dulcem et facit ipſam penetrare. ¶ Tertio zucarum aut iuleb nō eſt regimen groſſum. ergo nō eſt vitandum.añcedens eſt de intentione Aui. in capl'o ſequenti.patet ꝯña.q: nullum iſtorũ vitandum eſt niſi q: eſt regimen groſſum. ¶ Quarto aqua ordei eſt cōueniens igitur zuccarum aut iuleb.antecedens eſt notum.per Aui.in capitulo de aqua ordei.ptꝫ ꝯña.ꝓpter minus eſſe nutrimentum iuleb ꝙ aqua ordei ⁊ ita minus grauans virtutem. ¶ In oppoſitum eſt Auicen.

Pro ſolutione notandũ primo ꝙ regimen groſſuꝫ dicitur aliqđ cibale vel potabile nutrimētale circa quod digerendũ laborat virtus. ¶ Notandũ ſcõo ꝙ aliqđ regimen pōt dici groſſum cōparatum virtuti tēpore paroxiſmi:qđ tñ nō diceretur groſſum cōparatum eidē in reſolutione ad totā morbi ꝯſiſtentiā. ¶ Notandũ tertio ꝙ per fractioneꝫ paroxiſmi debemus intelligere ꝓhibitionē aut retardationeꝫ reſolutionis materie paroxiſmantis cum diminutione aut retractione caloris interius qui dꝫ ſpargi exterius ex qua ſequitur frequenter paroxiſmi ꝓlongatio. Et ſi cā frāgens paroxiſmũ fuerit valde fortis ſicut balneũ aut potus aque frigide fortaſſe ſequetur caloris naturalis et preternaturalis ſimul extinctio.aut forte ſequetur ſalus feſtina calore naturali fortificato per extinctionē ſui cōtrarij qui agens cōtra materiā expellit eam per ſudorem vrinā aut aliā viam ⁊ cōuenientē regioneꝫ ſicut ſuperius determinatũ eſt. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ cā frangēs paroxiſmũ qñqꝫ iuuat notabili nocumento. ¶ Notandũ quarto ꝙ per cōſtrictionē meatuum intelligimus cuiuſcũqꝫ vie clauſionē p̄ quam materia aut vapores ſunt apti ſenſibiliter aut inſenſibiliter eũari quā quādoqꝫ faciũt hmōi potus ⁊ ꝓprie nutrimētales exhibiti t̄pe paroxiſmi.aut q: infrigidant:aut q: a mēbris inflamatis indigeſti ad mēbra trahuntur.aut q: ſuggerũt materiaꝫ morbo. ¶ Notandũ quinto duplicē eſſe curā regulareꝫ que notabil'r iuuat abſqꝫ notabili nocumēto:et coactam que licet plus iuuet ꝙ noceat: eſt tamen cum notabili nocumento.

Quod regimē dicat̄ groſſuꝫ.

Quibus premiſſis ſit hec prima cōcluſio.aqua ordei mixta cũ iuleb.aut zuccaro nō cōuenit regulariter in paroxiſmo. probatur q: nihil qđ ꝓhibeat aut retardet reſolutionem materie paroxiſmātis et ꝓlonget paroxiſmũ cōſtringendo meatus ⁊ cōpingendo materiaꝫ cōuenit regulariter.ſed aqua ordei eſt hmōi ergo .tenet cōſquentia.et maior eſt manifeſta .et minor etiā ptꝫ cũ quodlꝫ tale ſit regimen groſſum iuxta ſuperius declarata. ¶ Scõa cōcluſio.aqua ordei et huiuſmodi magis nocent in principio minus in augmento.⁊ adhuc minus in ſtatu:minime vero in declinatione.ꝓbatur. q: in p̄ncipio materia eſt maioris quantitatis ⁊ magis groſſa.deinde vſqꝫ ad declinationem periodi p̄cedit paucificando ⁊ ſubtiliādo:eo ꝙ cōtinue reſoluitur. ¶ Tertia cōcluſio.aqua ordei et ſimilia adhuc magis aggrauantia virtutem in quocunqꝫ tempore periodi aliquando coacte debent adminiſtrari.ꝓbatur.q: quandoqꝫ niſi exhibeantur ſequitur corporis maceratio et corpis diſſolutio. ¶ Preterea licꝫ aliquando nihil tale timeatur:tamen ſpatur ꝙ huiuſmodi exhibita et ꝓprie in ſtatu ⁊ declinatione ſudorē ꝓuocabunt:per quem forte citius terminabitur paroxiſmus:et forte tota egritudo. Ex quibus infertur ꝙ hmōi potus quāto ſunt minus nutrimentales minus frangũt paroxiſmos:et ceteris paribus liberius cōcedi poſſunt.et forte aliquando in ſtatu ⁊ declinatione regulariter concedi poſſunt:cũ quandoqꝫ multum iuuent abſqꝫ notabili nocumento.

Quibus ſic determinatis reſpondendũ eſt ad rationes ante oppoſi-

tum. ¶ Ad primã ꝙ quãdoq; medici cõdeſcendũt laſciuijs egrorum abſq; neceſſitate nõ ſequentes rigorem iuris medicinalis inter quos me primuz accuſo. ¶ Ad ſcdãm dr ꝙ vbi timetur ex ſiti nimia inflammatio aut corporis exiccatio hmõi potus coacte cõceduntur. ¶ Ad tertiam dr ꝙ hmõi lʒ nõ ſint regimen groſſum in ordine ad totã morbi cõſiſtentiam: ſunt tñ regimẽ groſſum in ordine paroxiſmi. ¶ Ad quartã dr ꝙ aqua ordei ſubtilis liberius cõceditur ꝗ̃ reliqui potus magis nutrimẽtales licet etiã ipſa immo aqua ſola noceat ⁊ ꝓprie exhibita in principio ⁊ augmẽto.

¶ Et ſcias ꝙ multotiens indigetur medicina forte debili. ſed eiꝰ fortitudo eſt ex hoc ꝙ ſoluit humorem viſcoſum. et ipſius quidem debilitas eſt ex hoc ꝙ facit aſſellare ſemel aut bis et non euacuetur plurimum ſimul ita vt non cadat virtus.

¶ Hic ponitur tertiꝰ canon. ꝙ multotiens in cura putridarũ indigetur medicina forti debili cuius fortitudo eſt: q2 ſoluit humorẽ viſcoſum: et tu ſupple aut groſſum ſicut eſt flegma melãcolia aut colera groſſa. Et ipſius debilitas eſt q2 facit aſſellare ſemel aut bis. Non eñ opʒ vt eũetur plurimum ſubito ne cadat virtus. ¶ Pro cuius canonis noticia ſciendũ ꝙ multotiens in febribus pendentibꝰ a materia groſſa et ꝓpriequñ nõ eſt cõplete digeſta indigemus hmõi medicina que dr fortis quia eũat humorẽ groſſum: q2 aliter non eũaret quale opʒ. et dr debilis q2 eũat parũ ꝓ vice. q2 nõ lʒ eũare plurimũ ſubito ꝓpter diminutionẽ digeſtiõis et etiã ſi materia eſſet cõplete digeſta non liceret tantũ eũare quantũ de materijs ſubtilibꝰ. et oporteret ꝙ illud eũatiuum eſſet notabilis doſis ad qd facilius mouerentur materie ſubtiles ꝗ̃ groſſe vñ groſſe fierent ineptiores. Et cũ his cõiter procedimus in morbis flegmaticis melãcolicis ⁊ pendentibus a colera groſſa. He medicĩe fortes debiles poſſunt eſſe tribus modis. aut ex natura ſua ſicut agaricus. polipodium cartamus epithimũ aloes et ſimiles. que leuiter eũant. aut ſcdo q2 lʒ ſint fortes dantur tñ in pauca doſi ſicut. ʒ. ʒ. turbith aut ℈. ʒ. eſſ[illegible]. Aut tertio. q2 nõ ꝑpareñ cũ acuẽtibus et vigorantibus ꝟtutẽ iuã. Inter hos tñ modos melior eſt primꝰ ⁊ ſcdõs ⁊ tertius omittatur: bonũ eñ eſt vt medicine ſint cõſolate vt oportet.

¶ Et cõſilium quidem meum in flebothomia eſt vt dimittatur quantũ poſſibile eſt. Si aũt non eſt poſſibile tunc multiplicatio nũeri eſt melior multiplicatiõe quãtitatis.

Champerius. In febre ardẽti detractio ſãguis qñq; obeſt. Et in febribus in quibus neruorũ cõtractiones accidunt a ſanguinis detractione abſtinendũ eſt: ⁊ ſi neceſſaria alioquin videatur. Et i periodica feb. modicus dimittiẽ ſanguis ſi rigores pſertim ve

¶ In parte preſenti Aui. ponit ſeptimũ canonẽ et hʒ duas partes. in prima ponit canonẽ. in ſcdã ꝓbat ipſum. ſcdã ibi. (Opʒ eñ.) Canõ iſte hʒ duas partes. prima eſt ꝙ cõſiliũ Aui. in flebothomia ꝓ curatione febrium putridarũ eſt vt flebothomia dimittatur quantũ eſt poſſibile. ſcdã ps canonis eſt iſta. ꝙ cũ flebothomia nõ pt̃ dimitti tũc multiplicatio nũeri eſt melior multiplicatione quantitatis. i. ꝙ melius eſt facere plures eũones. i. flebothomias quibus in pluribus vicibus ſanguis extrahatur. ꝗ̃ ꝙ vnica flebothomia totꝰ ſanguis extrahatur.

¶ Oportet eñ vt nõ euacueẽ ſanguis multus ſubito. quoniam euacuatur multuʒ de eo cuius nõ eſt neceſſaria euacuatio.

¶ In parte iſta probat canonem. ⁊ primo probat ſcdãm partem. ſcdo primam. ſcdã ibi. (Et nõ eſt in ſanguine.) In prima parte ad ꝓbandũ ſecũdã partem canonis arguit ſic. in febribus nõ eſt euacuandum ſubito multum de illo cuius nõ eſt neceſſaria eũatio. ergo in his febribus nõ eſt multum ſubito de ſanguine eũandum. conſequentia nota premiſſe in notatis declarabuntur.

¶ Et non eſt in ſanguine excuſatio ad euacuationes quibus fortaſſe indigetur: et debilitatur virtus a reſiſtendo in criſibus expectatis.

¶ In parte preſenti ꝓbat primã partem canonis duabus rationibus. quarũ prima eſt iſta. per flebothomiam factã in principio nõ excuſamur ab alijs eũatiõibus quibus in febribus iſtis indigetur. ergo flebothomia eſt dimittenda quantuʒ eſt poſſibilis. ꝯña tʒ. ne per flebothomiã ⁊ alias euacuationes addatur debilitas debilitati. ſcdã ratio. per flebothomiam debilitatur virtus a reſiſtẽdo in caſibus expectatis in his febribus. ergo dimittatur quantũ eſt poſſibile. tenet ꝯña. ne virtus debilitata in caſibus ſuccũbat. ¶ Pro noticia canonis ſciendũ primo ꝙ febrium quedã ſunt in q̇bus eſt intentio ſanguinem eũandi ſicut ſinoche et vniuerſal'r febres omnes in quibus eſt ſolũ ſanguis: aut ſanguis cũ alijs humoribus eſt in cauſa. Quedã ſunt in quibus nõ eſt intẽtio ſanguis ſicut feb. colerice flegmatice ⁊ mlĩce. ⁊ de hiſẽ ſermo in preſenti canone in quibꝰ iubet Aui. flõmiam dimitti quantũ eſt poſſibile. ⁊ vbi opʒ fieri potiꝰ cã ptiri. In primis eñ nõ eſt dubiũ flebothomiam eſſe ſm plurimũ neceſſariã et ſatis copioſam. immo aliqñ vſq; ad ſincopim. nec opus eſt in his ꝑtiri ſicut in ſcdis. nã in ſcdis nõ facimus flebothomiam vt eũemus ſanguinem ſed vt eũemus alios humores qui ſunt ſanguini permixti qui aperta vena cũ ſanguine egrediũtur. ¶ Notandũ ſcdo ꝙ canon iſte de ꝑtitione flebothomie magis obſeruandus eſt apud arabes in quibus regionibꝰ caliditate aeris ſanguis eſt paucior et virtus debilior ꝗ̃ apud grecos in quibus aeris temperie eſt ſanguis multus et virtus fortior. ꝓpter qd Auic. arabs lʒ apud quoſdã fuerit hiſpanꝰ cordubẽſis nõ eſt ita audax in flebothomia. ſicut Gal. grecus vt bene nouit Conciliator differentia. 167. ⁊ nos itali qui ſumus in pñº ſexti climatis declinantes ad frigidũ poſſumꝰ audacius flõmare ꝗ̃ hiſpani ſiculi aut arabes et reliqui qui ad calidum declinant notabiliter.

¶ Et ſcias ꝙ quando aggregantur dolor capitis et febris: tunc curatio feb. dignior. Et ſcias ꝙ dolor capitꝫ qñq; facit redire febrẽ declinatẽ ad augmẽtũ. q̃re opʒ vt ſudeẽ.

¶ Hic ponit cano. curationis febriũ putridarũ in q̇bus q̃dam accñtia cõiunguntur et quedã diſpoſitiões materiales. et ſunt quatuor. Primus canon eſt de dolore capitis qui frequenter febribꝰ cõiungitur. Eſt eñ caput tanꝗ̃ caminũ totius ad qd vapores febriles ꝑueniunt. et dicit duo. primũ ꝙ qñ aggregatur dolor capitis et febris tunc feb. eſt dignior cui intendendũ eſt. ſcdm ꝙ dolor capitis aliquando eſt tãtus ꝙ facit feb. declinantẽ redire ad ꝑncipium ꝓpterea eius cura non eſt negligenda.

Pro cuius canonis declaratiõe ſciẽdũ ꝙ dolor aliqñ ſequiẽ fe. pendens ab ea. aliqñ añcedit eã ⁊ eſt cã eius. Aliqñ dolor et febris pendent ab eadẽ cauſa cõi. vtriq. Si quidem

bementiſſimi ſunt. bilis: furor: atq; pituite cruditas importunam ſanguinis miſſionem ſequitur. Et adoleſcentibus exiguum ſanguis mitti conuenit: neq; nulli poſt longos morbos: aut crapula. Et ventriculo aluoq; aſtricta metus eſt ſanguinem extrahere. Mittere ſanguinẽ viſuʒ habẽti expeditiſſimũ ẽ: ignaro vero difficillimum. Ex omni enim hũore nihil ſanguis dimiſſiõe nociꝰ. Ex larga ꝟo ſanguinis detractiõe mali generanẽ humores.

Caput velut caminum.

De dolore notanda.

Si quidem dolor pendeat a febre ſequēs cā vt puta malā cōplexionē ⁊ vapores febriles tūc aut eſt leuis aut mediocris vel fortis. Si quidē primū febris dignior eſt in curatione. tum q: cā: tū q: ſine eius curatione male curari poterit dolor capitis tū q: eſt maior morbus. Si vō dolor ſit fortis tūc dolor eſt dignior curatione. tum q: auget febrem ſpūs inflāmando ⁊ humores agitando. ꝓpterea dixit ꝙ facit febrem declinantē. i. ꝗ de ſe declinaret vel forte declinat redire ad prinᵐ. tū q: humores ad caput trahēdo forte eēt cā apātis capitis: ita vt ꝓ eius ſedatione aliqñ ſit opus ſtupefactētibus. Si vero dolor ſit cā febris añs eam dolor ſm plurimū eſt dignior curatiōe. Si vero pēdeat ab aliqua cā cōi ceteris paribꝰ febris eſt dignior curatiōe. quia maior morbus ⁊ mēbri nobilioris. ¶ Quomodo autē dolor curādus ſit videndum eſt prima tertij. et videbitur inferius de accñtibus febrium acutarum.

¶ Et cum infans lactās febricitat tūc opʒ vt rectificetur lac matris eius.

¶ Scd̄s canon. cū infans lactans febricitat rectificandum eſt lac nutricis. oʒ aūt rectificari ſm exigentiā febris cauſe eius ⁊ accidentiū ſuorū. vnde nō eodē mō ſemꝑ eſt rectificandū. ſed preter rectificationē lactis poſſumus alterare exterius cum epithimatibus vt ſuper cerebro cordi epī et alijs mēbris applicitis ſm exigentiā. Et tertio ꝑ euātione poſſumus vti cliſteribus ⁊ ſuppoſitorijs et aliqñ apud maiorē neceſſitateʒ. et quando eſſent grādiuſculi poſſemus exhibere parū māne aut caſſie aut vnā pillulā cōmunē. ¶ Et quarto ſi timeremus apā in aliquo mēbro nobili dimittere cum ſanguiſugis aut ventoſa parua ſi tranſiuerit annū ſcōm aut parū diſtaret. Nā Auēzoar flebothomauit puerum triennē. et aliqñ ſi nollent capere mamillaʒ bonum eſt vt mamilla ⁊ ꝓprie pupilla eius infrigidet̄ cū aqua frigida et preſentetur ſibi aliquādo potus aque frigide zuccarate et ſitium nec in his timenda ſunt nocumenta lactis que timentur vltra hanc etatem ꝓpter cōſuetudinē. Et q: lac eſt ꝓximū nature ſanguinis ex quo nutriti ſunt. curā aūt egritudinū puerorū habes ex Auic. tertia primi. ⁊ a Raſi ſpālem tractatum.

¶ Et quando fuerit vrina ycterica in febre ſignificat apoſtema. quare eſt curatio dare in potu aquam ordei aut ſirupum acetoſum. Cum ergo acquieſcit febris intētio ſit ad apoſtema.

¶ Tertius canon. qñ vrina fuerit ycterica. i. valde citrina cū ſpumā colerica in febre ſignificat apoſtema. i. opilationem in poro felleo vel apoſtema ꝓprie ſumptum ſiue preſens ſiue futurū quare huius febris egri debet curari dando in potu aquaʒ ordei aut ſirupum acetoſum. deinde quieſcente febre intentio ſit ad apoſtema.

Pro cuius canonis declaratiōe nota ꝙ aliquando febris ſequit̄ opilationem aut apoſtema pori fellei ad quam ſequitur ycterica colera retenta putrefacta. Aliquādo ecōtra opilatio aut apoſtema ſequit̄ febrē intenſam corrūpentem ſanguinē in coleram que multiplicata facit yctericiā et malaʒ cōplexionē in epe ipſum debilitanteʒ ad quā ſecutū eſt apā aut opilatio. Aliquādo neutra iſtarū ab alia dependet ſicut aliqñ cōtingit ꝙ hoīe diu paſſo opilationem et yctericiā fe. ſibi ꝯiungit̄ nō depēdēs tñ ab opilatione nec ab ycteritia ſed ab alia cā. Nec etiā ipſa opilatio nec ycterica ab iſta feb. depēdent.

¶ Quibus ſic premiſſis dicendū eſt ꝙ ſi febris pēdet ab opilatiōe aut apoſtemate opilō aut apoſtema ſm plurimū eſt dignius curatione. niſi enī febris eſſet maxima per quam timeretur corporis arefactio eſſet a curatione illorum incipiendum ſed in hoc caſu cōtingit raro ꝙ a cuatiōe feb. incohandū ſit. et hanc iniam voluit Aui. ſuperius in ca. de rebus in quarum quibuſdā differūt feb. putredinis ⁊ cōueniunt in quibuſdā. hanc tamen febrem debemus curare non cum opilantibus ſed cum deopilantibus potius ſicut eſt ſirupus acetoſus et aqua ordei in quibus ꝓpter magis infrigidare eſſent infundende ſpecies triaſandali. Si autem apoſtema vel opilatio ſequitur febrē a curatione febris primo eſſet incohādum cum his ꝙ̄ nō eſſent cauſa opilationis aut apoſtematis retinēdo materiam in epate ſicut ſunt predicta. Et hac febre curata ad diſpoſitionis curationē proprie epati veniendū eſt cum ſumptis et applicatis. licʒ etiam premiſſa aliquali curatione pro curatione febris ad curationē diſpoſitionis epatis ſit preparandum ad perfectam curā febris. ⁊ proprie quādo curatio vnius nō impediret curā alterius. Si autem neutra iſtarum dependeret ex altera a curatione febris inchoandum eſſet. q: febris minores dat inducias ꝙ̄ opilatio et ycterica.

Febris ex opilatiōe ⁊ apoſtemate.

¶ Et quando fuerit cum febre colica non aperietur via in dando in potu aquam ordei immo ius galli et leni ius et multiplica vnctuoſitatem deinde det̄ in potu aqua ordei ſi neceſſe fuerit.

Quando colica febri cōiungitur.

¶ Quartus canon. quando colica febri coniungitur non aperietur tibi via inteſtinorum neceſſaria ad curationem colice dando in potu aquam ordei: immo dando ius galli quod ius lenire debes et vnctuoſitatem eius multiplicare. deinde ſemꝑ aperta via cum hoc iure detur aqua ordei. ſ. pro curatione febris ſi fuerit neceſſe. in hoc enim canone videtur magis intendere ad curationem colice ꝙ̄ ad curationem febris.

Contra. quia Auicenna decimoſexto tertij. tractatu quarto capitulo. primo ſatis in principio cōcedit in hoc caſu aquam ordei dimittendo ius galli. ¶ Preterea ius galli ⁊ proprie vnctuoſum quale hic precipit eſt inflammatiuū. ergo nocet in febre. ¶ Pro ſolutione premittendum colicam eſſe duplicem quandam leuem ſequentem exiccationem fecum a caliditate febrili. quandam fortem in qua per flegma mucillaginoſuʒ ſit fortis fecū inuiſcatio. ¶ Premittendum ſecundo ius galli eſſe duplex quoddam purum factum per decoctionem galli antiqui in aqua ſimplici cui ſi volumus eſſe magis lenitiuum et minus calefactiuum addimus in decoctione prima violas iuiubas et ſimilia lenientia et infrigidantia. Quoddam ius galli cōpoſitum magis ſolutiuum et ventoſitatum carminatiuum cum quo bulimus polipodium cartamum ſalgemma daucū aniſum et ſimilia ſoluentia et carminantia ventoſitatem vide Meſue in capitulo proprio de iure galli. ¶ Premittendum tertio febrem quandam eſſe intenſam quandam eſſe remiſſam.

Quibus premiſſis dicenduʒ quod ſi febris fuerit fortis et colica leuis debemus eſſe contenti cum

aqua ordei premiſſo tamen cliſteri lenitiuo et in hoc caſu debemus dimittere ius galli et proprie compoſitum ſolutiuum et ventoſitatum carminatiuum de quo ſupra. et hec fuit intentio Auicenne decimoſexto tertij capitulo allega. Si aūt febris fuerit fortis et colica fortis debemus premittere cliſteria primo lenientia ſicut ex oleo ⁊ iure galli facta leui decoctione rerū frigidarū de quibus ſupra. aut ex decoctione reruꝫ frigidarū ſicut blitis maluarū matrū violaꝝ. deinde ponere aliqua magis ſtimulantia ſicut mel ⁊ ſiſia. Et per os exhiberi ius galli cōpoſitum cū infrigidantibus lenientibus dādo partē magis vnctuoſaꝫ. ¶ Si vero colica fuerit fortis ⁊ febris debilis debemus premittere cliſtere lenitiuū ex oleo deinde ex iure galli cōpoſito ſolutiuo ⁊ carminatiuo ventoſitatū ſi fuerit expediēs ⁊ mel cū iſtis mixtū eſt preſtās in hoc ꝓpoſito optime abſtergens et ſtimulans expulſiuam. et per os poſſum⁹ exhibere ius galli ſimplex aut cōpoſitū ſm ꝙ videbitur expediēs. ⁊ hec fuit intentio Aui. in caſu preſenti. Ubi vero vtraqꝫ fuerit leuis ſufficiēt cliſteria lenitiua et ius galli ſimplex aut cōpoſitū cū infrigidantibus lenientibus. Et ex his facilis eſt rñſio ad rōnes aū oppoſitū.

¶ De ſolutiuis vero eſt potio facta ex tamarindis et tereniabim et ſiracoſt. et quādoqꝫ ponit in ea aqua ordei lubleb. et quādoqꝫ ponitur in ea caſſia fiſtula. et fortaſſe proijcitur deſuper ſcamonea.

¶ Nunc Auic. enumerat ſolutiua cōuenientia in febribus putridis. et hꝫ nouē partes ſm ꝙ nouem ſunt deſcriptiones ſolutiuorū. ſcōa ibi. (Et fortaſſe datur in potu ſcamonea.) tertia ibi. (Et fortaſſe neceſſariū eſt adminiſtri ea que ſunt.) quarta ibi. (Mirabolanos vero.) quinta ibi. (Et aqua duorum granatorū.) ſexta ibi. (Quando fit ex infrigidātibus.) ſeptia ibi. (Aliud ex ſiracoſt.). octaua ibi. (Et de ſolutiuis ſunt.) nona ibi. (Et ē poſſibile vt fiat.) Prima deſcriptio eſt hoc mō ordināda. ℞. tamarindorꝫ. ℥. ſ. incidantur groſſo mō ⁊ bulliant in. ℥. vj. aque ad cōſumptionē medietatis et coletur exprimēdo. que decoctio colata miſceatur cum manna ab. ℥. ſ. ⁊. ß. vſqꝫ ad duas. Siracoſt eñ et terentabin ſunt ſpēs māne. ⁊ qꝛ ſubditur in textu. ⁊ qñqꝫ ponitur in ea caſſia fiſtula vel aliqd lubleb. et fortaſſe ꝓijcitur ſuper ea ſcamonea poſſumus cōponere receptā hoc modo. ℞. tamarindorꝫ. ℥. ß. lubleb .i. lupulorū. M. ß. vel ſaltē lupuli in locū lubleb accipiant ſi nō fit lubleb. bulliāt in. vj. ℥. aque ad cōſumptionē medietatis que decoctio colata ⁊ expreſſa miſceat cum manne flor. caſſie aū. ℥. ß. ſcamonee cocte in citonijs grana. ij. vſqꝫ ad. iij. miſce ⁊ hec medicina valet in tertiana pura tā cōtinua ꝙ̄ interpolata ⁊ in cauſone. Sūt eñ tamarindi frigidi ⁊ ſicci in ſcōo educunt coleram rubeā ⁊ ſanguinis furorē remittunt vel reprimunt. cōferunt ſiti et inflāmationi epis ⁊ ſtomachi reprimunt vomitum ⁊ ſunt medicine febrium acutarū vbi īdigetur lenificatione. vide Meſue. Lubleb eſt ſpēs volubilis credo ꝙ ſit lupulus. eſt frigidus in primo declinans ad ſiccū mundificat ſanguinem ⁊ clarificat ipſum ⁊ leuiter educit coleram. māna eſt equalis declinans ad caliditatem educit coleram cum facilitate doſis eius eſt ab. ℥. ſ. vſqꝫ ad. ij. Caſſia eſt equalis declinans ad caliditatem humida in primo mundificat ſanguinem ſedat eius acuitatem ſoluit coleram et flegma: cōfert febribus calidis. Doſ eius eſt ab. ℥. ſ. vſqꝫ ad ſ et ß. Scamonea calida et ſicca ī tertio gradu potiſſime ſoluēs colerā: inimicat mēbris nobilibus preparatur coquendo ipſam in citonio: et tūc dr̄ diagridiū. Doſis eius eſt a granis. vj. vſqꝫ. ad. xij.

¶ Et fortaſſe datur in potu ſcamonea ſola in iuleb.

¶ Scōa medicina eſt ſcamonea ſola cū iuleb: et lꝫ per iuleb abſolute prolatum debeamus intelligere factum ex zuccaro ⁊ aqua: tamen in hoc caſu melius eſt vt accipiatur iuleb roſa. ℥. ſ.: ſcamonee prepararet in citonio a grañ. v. vſqꝫ ad. viij. miſce et cū ſufficienti quantitate aque diſtemperetur et debite calidum bibatur.

Champerius. Scamonium medicinas omnes exacuit: qđ ⁊ ſtomacho inimicum perhibetur.

¶ Et fortaſſe eſt neceſſarium adminiſtrare ea que ſunt ſicut aloes: quando materia eſt groſſa. et melius quidem eſt vt abluatur et nutriatur cum aqua endiuie et aqua ſolatri., deinde fiant ex eo pillule.

¶ Tertium ſolutiuū eſt aloes calidum in ſcōo: ſiccum in tertio ſoluens coleram groſſam et flegma aperiēs orificia venarū cū apitione venarū ſanguinem emanare faciente. nocumenta eius corrigantur abluendo ipſum et nutriēdo cū aqua endiuie et ſolatri: vt dicit Aui. Sed nota differentiam eſſe inter lotionē iufuſionē et nutricationeꝫ. Lauare eñ medicinam nō eſt niſi mundificare eā cū aliqua re liquida ⁊ ꝓijciatur ⁊ fiat lotio multotiens ſm exigentiam. Infundere vero medicinam eſt vt rei infuſe virtus maneat in liquore illo in quo infunditur. Nutriri vero eſt medicinaꝫ vigorare aut cōſolari per illud cui infuſa eſt. docet ergo Auicē. ablui aloem: ⁊ poſtea nutriri cū aqua endiuie et ſolatri. nam ſic lotum ⁊ nutritum erit cōuenienti⁹ in febribus. Doſ ei⁹ apud Meſ. factis ex eo pillu. vel in puluere ſumpti cū aliquo liquore pauco eſt ab aur̄. ß. vſqꝫ ad. ʒ. ij. Sed in infuſione aur̄ . ſ. vſqꝫ ad. ʒ. Ego cōmuniter do. ʒ. ſ. aut. ℈. iiij. et facit operationē ſolēnem in colera groſſa viſcoſa et flegmate. eſt medicina qua multum cōfido. nec in eo oportet eſſe cuſtodiam.

¶ Mirabolanos vero citrinos quidā adminiſtrauerunt. ſed nō inuenitur ab eis intentio ſcđm quam operentur: conſtringūt eñ poros eius poſt ſolutionem ventris: et exaſperant viſcera eorum. ꝙ ſi fuerint neceſſarij tunc poſt digeſtionem integram.

¶ Quartum ſolutiuum eſt mirabolani. et cum multe ſint ſpecies loquitur hic de citrinis: quia frigidi ſunt in primo gradu. et ſicci in ſcōo ſoluūt coleram ⁊ poſt ſolutionem derelinquunt veſtigium cōſtrictiōis. ꝓpterea dicit Aui. ꝙ nō īuenit ab eo ſcꝫ Raſi intētio ſm quā opent. ꝯſtrigūt. n. poros ⁊ meatus poſt ſolutionem ventris et exaſperant viſcera corrugādo ea. vnde ſubdit Auicen. ꝙ ſi fuerit neceſſarium adminiſtrentur poſt digeſtionem integraꝫ ſcilicet materie faciētis febrem.

**Pro ſolutione** dubij hic ſoliti mouerí vtrum mirabolani cōueniāt in febribus putridis premittendū mirabolanos eē quincuplices. ſcilicet citrinos euacuantes coleram. indos euacuantes melācoliam: kebulos belericos emblicos euacuantes flegma. Omnes ſunt frigidi ſicci et ſtiptici poſt ſolutionem conſtringentes. Et hi omnes preter euacuationem electiuā de qua ſupra eñant cōprimēdo q̄ eūo cōpreſſiua nō extendit vltra ſtōm ⁊ inteſtina.

De mirabolanis in feb.

¶ Premittendū

¶ Premittendū ſcdō ꝙ mirabolanos cōuenire in febri. pōt tripl'r intelligi. aut rōne febrium aut ratione aliarū diſpoſitionū que febribus cōiūgunt. Itē ꝙ ipſi adminiſtrati ſoli cōueniant vel cū alijs medicinis cōpoſiti. Et ſi ſoli aut ſꝫm ſubſtātiā adminiſtrati aut decoctione vel infuſione.

**Quibus premiſſis** ſit hec pͥma cōcluſio. mirabolani ſiue ſoli adminiſtrati ſiue cū alijs medicinis cōpoſiti ⁊ tam ſꝫm ſuā ſubſtantiam ꝗ̄ in infuſione aut decoctione cōueniunt febrientib⁹ rōne aliaꝝ diſpoſitionū que febrib⁹ cōplicant̄ vt puta rōne fluxus ad ſiſtendū ⁊ cōfortandū ſtōm ⁊ inteſtina. Hec cōcluſio eſt de intentiōe auctorū ⁊ cōiter operantiū. ¶ Scdā cōcluſio. mirabolani ſoli rōne febrium nō cōueniunt ante digeſtionē cōpletā: ſed bene poſt digeſtionē et eūationē ad cōfortandum mēbra lapſa ex egritudine ⁊ ceteris eūationibus precedentib⁹. hec cōcluſio eſt de intentione auctorum in parte pn̄ti. ¶ Tertia cōcluſio. mirabolani cū alijs medicinis permixti tā in ſubſtantia ꝗ̄ in decoctione aut infuſione cōueniunt in febrib⁹ an̄ digeſtionē cōpletā. ꝓbatur. q: cū ſcamonea permixti cōcedunt̄ ad frangendū eius acuitatē et cōprimendū ei⁹ ſolutionē ſuperfluā. Et ſimiliter cū caſſia ⁊ māna ad corrigendū eius ſuperfluā lenitionem cū ſine his permixti noceant opilādo. aut cōſtringendo: vt dicit Raſ. 16. cōtinētis caplo de ſequētibus febres. et ita iubet Raſ. 10. Almā. permiſceri eos cū māna. ¶ Quarta cōcluſio. ſoli ſꝫm ſubſtantiā adminiſtrati magis ſunt apti obeſſe ꝗ̄ in decoctione aut infuſione. ꝓbatur. q: ſꝫm ſuam ſubſtantiā adminiſtrati ſunt magis apti opilare et cōſtringere ꝗ̄ in decoctione aut infuſione: cum vis ſtiptica nō tanta remaneat in infuſiōe aut decoctione quanta eſt in ſubſtantia. ¶ Quinta cōcluſio. mirabolani maxime timendi ſunt in corpibus aptis ad opilationes. Et ex his manifeſtuꝫ eſt in quibus caſibus mirabolani cōueniant ⁊ in qͥbus nō. Lites aūt inter Aui. et Raſim omitto. ſunt eñ a ꝓpoſito diſcordes. Si qua tn̄ eſt via ſedandi eorum diſcordiam pōt elici ex cōcluſionibus precedētibus. Modos aūt vtēdi mirabolanis ⁊ doſim eorū habes a Meſ. ſed ꝓ curatione feb. raro medici vtunt̄ eis ſol: ſed ſꝫm plurimū cū alijs medicinis permiſcent in pil'lis pulueribus et potionib⁹ ſꝫm ꝙ eſt expediēs.

Rasis.

**Et aqua duorū granatoruꝫ eſt maximi iuuamenti expreſſa cum pulpis amborum.**

¶ Hoc eſt quintū ſolutiuū. Aqua ſcꝫ duorum granatorum dulciū ⁊ acetoſorū eſt maximi iuuamenti. et expreſſa cū pulpis amborū. i. cū tota ſubſtantia eorum derelictis corticibus exterioribus. ⁊ in horis. i. poſt digōnem materie et minorationem. Recepta pōt ſic ordinari. ℞. ſuccoruꝫ vtriuſꝗ ab ℥. iiij. vſꝗ ad. vj. zuccari. ʒ. ij. miſce. Soluit eñ hec medicina tū leniendo rōne ſucci granati dulcis. tum pungendo ⁊ ſtimulando rōne ſucci acetoſi. tū abſtergendo ⁊ ſtimulando et leniendo rōne zuccari: tū cōprimendo rōne granati. nō credo electiue ſpam ſoluere quapropter exiſtimo vt educat ſolū ea que ſunt in ſtomacho et inteſtinis ⁊ venis meſeraicis. Et in principio conuenit hec medicina ad educendum materias cōmunes que ſunt in ſtomacho et inteſtinis et locis propinquis. Et nocumētum ſiccitatis corrigitur per zuccarum et ſuccum granati dulcis qui eſt lenitiuus. Eſt autem granatum dulce frigidum et humidum in primo gradu. Acetoſum frigidum ⁊ ſiccum in ſecundo. Muzuꝫ vero quod ſub acetoſo cōtinetur eſt medium inter hec valent in febribus acutis lꝫ dulce nocere poſſit in acutis ſua dulcedine qua eſt in coleram conuertibile.

**Et quando in horis de ſolutiuis ſunt q̄ fiunt ex violis et ſcamonea: ita vt de violis ſit quantitas aur̄. j. et de ſcamonea vſꝗ ad ſiliꝗ̄. j. et qñꝗ ponitur in eis parū mente.**

¶ Hoc eſt ſextum ſolutiuum. ℞. violarum aure. j. mente. ʒ. j. ſcamonee correcte ſiliꝗ̄. j. i. pondus. iiij. granorum ordei. bulliant viole et menta in. iiij. ℥. aque ad conſumptionem medietatis. ſed viole ponātur in fine decoctionis: colentur cum expreſſione cum qua decoctione colata miſceatur ſcamonea. viole enim infrigidant et humectant ⁊ ſoluunt coleram. menta vero calida ⁊ ſicca ponitur pro cōfortatione ſtomachi.

**Et qñꝗ fit ex infrigidantibus extiguētibus medicina in qua ponit̄ ſcamonea: ſicut pil'le hmōi. Re. coriādri. ſpodij. roſarū an̄. ʒ. v. canfore toſugi. i. ſcamonee a duodecima pte. ʒ. j. et vſꝗ ad ſextaꝫ partem eius.**

¶ Septimū ſolutiuū factū ex infrigidātibus extinguentibus ꝓpterea valet in febribus multe flāme. ℞. coriandri ſpodij roſarū que ſunt frigide et ſicce an̄. ʒ. ſ. cāphore frigide in tertio ⁊ ſicce cordialis toſugi. ſ. et eſt pondus. iij. granorū ordei. ſcamonee a. 12ª parte. ʒ. ſ. vſꝗ ad. vj. i. a. v. granis vſꝗ ad. x. miſce formando pillulas cuꝫ aliquo liquore ſicut cum aqua endiuie aut acetoſe. vel poſſet fieri puluis et poteſt totum hoc exhiberi vna vice. Quod ſi homo eſſet facilis ventris. poſſet diuidi in duas medietates. nam de ſcamonea dantur. xj. grana ⁊ nullum eſt hic aliud ſolutiuum.

**Et detur in potu de eis aliud. Re. ſiracoſt. ʒ. ij. tereniabin. ʒ. v. ſucci pomorum de ſemi. ſucci citoniorum partes equales. ſucci coriandri humidi ſextam partis vnius aggrega ſuccos: ⁊ ſubmerge ī eis ſiracoſt et tereniabin. et inſpiſſetur cum eis donec fortaſſe coagulētur. deinde ſume camphore pondus ſexte. ʒ. j. et medietatis ſexte et ſcamonee. ʒ. j. et pone ſiracoſt ſuper ignem et pulueriza deſuper camphoram et ſcamoneam: et cōſeruentur ne reſoluatur cum vapore deinde dimittatur donec coaguletur per ſe cum facilitate. et doſis eius ſit a. ʒ. ij. vſꝗ a. ʒ. ij. et ß.**

¶ Octauum ſolutiuū. ℞. ſiracoſt. ʒ. ij. tereniabin. ʒ. v. ⁊ ſunt ſpēs māne. ſed nō habemus niſi vnam ſpeciem. dentur ergo māne. ʒ. vij. ſucci pomorum de ſemi. i. de regione illa: loco quorū capimus poma odorifera dulcia ſicut apia. aut acria: ſicut poma quedam rubea apud nos reperta. ⁊ hec ſunt frigida ⁊ humida cordialia. ſucci citoniorum que ſunt frigida ſed ſtomaticha et ſcamonee correctiua partes equales. ſed poſſumus accipere. an̄. ℥. j. ſucci coriandri hūidi. i. recentis frigidi ⁊ ſicci ſextā partē vnius. ſ. ʒ. j. ß. et miſce ſuccos ponēdo eos ſupra ignem donec aliqualiter inſpiſſentur et ſubmerge in eis mannam ⁊ inſpiſſetur cū eis. i. optie miſceātur donec fortaſſe idest quaſi coagulen/

tur. deinde ſume campbore ſextam partem. ℥.j. et medietatem ſexte ⁊ ſunt. xv. grana. ſcamonee. ℥.ſ. et pone mānā ⁊ ſuccos ſup ignem et pulueriza de ſuper cāphoram et ſcamoneam ⁊ ſeruent ne reſoluantur vaporādo. deinde dimittātur ſuper lento igne donec coagulentur cū facilitate. Doſis eſt a. ℥.ij. vſq̨ ad. ℥.ij. et. v. ⁊ eſt medicina ſolēnis qua debemus vti in cauſone tertiana pura cōtinua et īterpolata. facq̨ꝫ de ſcamonea ſumāt a granis. v. vſq̨ ad. x. ſm exigentiam repletionis ſtipticitatis ventris et virtutis.

¶ Et eſt poſſibile vt fiat ex tereniabin et ſiracoſt et zuccaro tabazaret natiſ. i. forme que ſunt ſicut penidie et ponitur in ea ſcamonea et camphora ſm quantitatem que cadit in vna potione eius et camphore vſq̨ ad toſugi. i. et ſcamonee vſq̨ ad ſextam. ℥.j. quare fit tunc anime nō horribile.

¶ Ponit nonū ſolutiuum ⁊ eſt poſſibile vt fiat ex māna ⁊ zuccaro optimo natiſ. i. forme que ſunt penidia. ⁊ cuꝫ his ſcamonee ⁊ campbore quantitas que cadit in vna potione. verbi gratia campbore toſugi vnum. i. tria grana ſcamonee vſq̨ ad. x. grana. quare fit hec medicina aīe et guſtui nō horribile: immo placidū. Iſte medicine ſolutiue quas Auic. ponit hic lꝫ ſint bone pro magna tamē parte ceciderunt ab vſu. Utimur autem loco harū electuario diafinicone deſcriptis Meſue diaprunis compoſito: ⁊ ſolutiuo Nicolai Aloes tñ apud me remanſit in vſu in eūatione colere ⁊ flegmatis in quo multum fido. et ſi ſit multa caliditas facio ipſum lauare ⁊ nutrire ſicut precipit Aui. Et qñq̨ꝫ ſecum miſceo pro. ℥.ſ. vnū granū aut duo campbore quādo feb. eſt intenſa. Et Aui. hic ſolum poſuit ſolutiua colere omittens ſolutiua flegmatis ⁊ melancolie. Item omiſit digeſtiua. ſed in particularibus capitulis inuenies digeſtiua et ſolutiua et reliqua neceſſaria ad curam febrium ſm ipſarum exigentiam.

¶ Et febricitās quidem in eſtate febre frigida: non ingrediatur domum venti proprie quando ſudat: vt non conuertatur materia a reſolutione ſua.

Canones tres obſeruandi in feb.

¶ In parte preſenti ab initio diuiſa Auicen. ponit tres canones in quibuſdam febribus obſeruādos. Primus canon. febricitans in eſtate febre frigida. ſ. flegmatica aut melancolica nō ſtet in domo ventoſa ⁊ ꝓprie quando ſudat ne materia ꝑbibita a reſolutione ſua conuertatur interius. et in hoc caſu expreſſe locutus eſt de materia frigida. q: eius difficilior eſt reſolutio. obſeruādus tamen eſt in quacunq̨ꝫ materia. nam perflatio et flabellatio eſt apta nocere in quocunq̨ꝫ febriente febre putrida prohibendo materie reſolutionē vbi tamen cauma eſſet magnum aut ſudor ſuperflueret coacte concederetur. eſt tamē bonum in omnibus febribus putridis feneſtris apertis renouare aerē camere vt vapores fetidi exhalent. ⁊ vt aer ſuffocatus tranſpiret ⁊ infrigidetur maxime in febribus acutis ⁊ ꝓprie peſtilentialibus.

¶ Et trociſci quidem non ſunt conuenientes principijs harum febrium niſi poſt digeſtionem et euacuationem. Et trociſci quidem ſunt magis conuenientes ei cuius febris eſt adherens in ſuo ſtomacho quaſi ipſa ſit ethica.

¶ In pte iſta ponit ſcōm canonem in quo implicantur tres propſitiones. prima. trociſci non ſunt conuenientes in principijs febrium putridarum ſecūda. non couenīunt niſi poſt euacuationem et digeſtionē. tertia. trociſci magis ſunt cōuenientes ei cuius febris eſt adherens in ſuo ſtomacho quaſi ipſa ſit ethica

Dubitatur vtrum trociſci conueniant in febribus putridis ante digeſtionem arguitur q̨ ſic. in principio ante digeſtionem competunt digeſtiua. ſed aliqui trociſci ſunt huiuſmodi. ergo ⁊c. tenet conſequentia et antecedens eſt manifeſtum. quia trociſci de camphora digerunt materiam calidam ſubtilē. et trociſci de caparis de eupatorio ⁊ de ſpica materiā frigidā. ¶ In oppoſitū eſt hic Auic. et infra in hoc capitulo de cauſone.

Pro ſolutione premitten^m quod troci. dicunt a trocos grece idem ſonante quod rota. ſunt enim trociſci in forma rote. Inuenti autem ſunt vt medicine ſcōm ſuam ſubſtantiam melius conſeruarentur quarū vſus eſt neceſſarius cum aqua ſirupi et huiuſmodi in quibus ſola virtus et non ſubſtantia ingreditur nō ſint tante impreſſionis quanta eſt neceſſaria aliquando in alterando: aperiendo ⁊ prouocando et faciendo huiuſmodi operationes medico neceſſarias. ¶ Premittendū ſcōo. q̨ trociſci quidam ſunt infrigidatiui quib⁹ vtimur in febribus calidis ſicut trociſci de cāphora de violis ⁊ ſiles. Quidā calefactiui q̄bus vtimur in febribus frigidis ſicut trociſci de reubarbaro de eupatorio de caparis ⁊ ſimiles ⁊ ſunt cū hoc ſubtiliantes apitiui ⁊ ꝓuocantes ⁊ ſimiles habentes virtutes que ꝑtinent caliditati. Trociſci aūt frigidi ſunt duplices quidā ſicci ſtiptici ſicut quidā trociſci de roſ. trociſci de berberis de ſpodio ⁊ ſimiles. Quidaꝫ humidi lenitiui vt trociſci de violis. Itē facti ex ſemine citoniorū violis ſandalis mucillagine pſilij et ſimilib⁹. Trociſci vero calefactiui faciētes in febribus frigidis quidā ſunt leuiter aperitiui ſicut ſunt trociſci de ſeminib⁹ ſ. aniſo feniculo ⁊ ſilib⁹. Quidā fortiter ut de aſſaro rubea et ſimiles.

Quare dicanī ⁊ vnde trociſci

Quibus premiſſis ſit hec pria cōcluſio. In fe. calida nō ꝯueniūt trociſci ſicci ſtiptici. ratio q: coartant ⁊ cōſtringūt materias ⁊ vias opilāt q̄bus debent educi. ¶ Scōa cōluſio. in feb. calida multe inflāmationis cōpetūt ante digōnē trociſci frigidi hūidi lenitiui. ꝓbatur. cōferūt em̄ notabilr̄ infrigidando ⁊ non coartant materias neq̨ꝫ opilant. ¶ Tertia cōcluſio. ſi febris nō ſit multe inflāmationis ſufficiunt aque ⁊ ſirupi infrigidātes. ꝓbatur. ſufficienter em̄ infrigidant et humectāt ⁊ nō ſunt guſtui horribiles ſicut trociſci. ¶ Quarta cōcluſio trociſci infrigidātes quāuis ſint ſtiptici cōueniūt digeſta materia et ꝑ parte eūata ꝓbaī. q: remouent caliditatē remanentē poſt eūonem et cōfortant mēbra laſſa et forſan exiccāt reſiduū materierum. iō dixit Auic. niſi poſt digōnem et eūationē. Silr̄ in trociſcis calidis quib⁹ vtimur in feb. frigidis quatuor ſunt ponende cōcluſiones. ¶ Prima in feb. frigidis in principio nō competunt trociſci calidi fortiter apeririui. Ratio q: agitāt materiā et eam difformiter exiccant ⁊ ingroſſant. et qñq̨ꝫ mouendo materias ad meat⁹ anguſtos opilant. ¶ Scōa cōclo. in fe. fridis in pn°. poſſumus vti trociſcis leuiter apertiuis proprie ſi materia ſit in ſtomacho

De trociſcis e vbi cōueniant

ſit in ſtomacho ⁊ locis ꝓpīquis.probatur.quia indigemus medicinis q̄ morā trahāt in locis illis vt melius perficiantur operatiões quas intendimus.Ex quo ſequitur ꝙ in flegmaticis febribus frequentius q̄ in alijs hmõi trociſci conueniunt. ¶Tertia cõclo.ſi materie ſunt in venis et locis diſtantibus et anguſtis conuenientiores ſunt ſirupi et aque q̄ trociſci.ꝓbatur.q: magis penetrāt. ¶Quarta concluſio.digeſta materia et minorata cõueniunt trociſci magis aperitiui.ꝓbatur.q: tunc nõ timentur nocumenta de ingroſſatiõe materie et opilatione que timētur in principio.⁊ cuꝫ hoc iuuant ad digeſtionē et expulſioneꝫ materie. ¶Nota tñ ꝙ cõcluſiones poſite intelliguntur in cura regulari et merito curationis feb.nā coacte et merito aliarum diſpoſitionũ que aliquando febribus coniunguntur damus trociſcos ſtipticos ab initio vt quādo febri cõiungitur fluxus.Cõſilr aliquādo coacte damus trociſcos in ꝑncipio fortiter apientes et ꝓuocantes vt qñ eſſet retenta vrina aut eſſet aliud ſimile accidēs febri cõplicatuꝫ. Et ex his manifeſte ſunt prime due ꝓpoſitiones in textu preſentis canonis implicite.¶Sed ꝓ declaratione tertie ꝓpoſitionis ſciendũ ꝙ per feb. adherentē ſtomacho quaſi ſit ethica debemus intelligere caliditateꝫ fixā et habituatā in ſubſtātia ſtomachi.hec eñ nõ eſt ethica niſi procedat a caliditate cordis.Eſt eñ neceſſariũ iuxta ſuperius determinata ad eſſe febris ꝙ ſit ꝓcedens a corde vbi ergo eſſet caliditas affixa ſtomacho nõ ꝓcedens a corde hec nõ eſſet ethica ſed quaſi ethica: q: fixa et habituata.pro hac remouēda cõueniũt magis trociſci q̄ aque et ſirupi quare magis infrigidant.tũ q: plus eſt in eis de multitudine formetũ q: longiorē moram cõtrahunt in ſtomacho hec aũt caliditas põt eſſe facta in ſtomacho a preſentia ciborum et humorũ calidoruꝫ qui longam morā in ſtomacho cõtraxerũt que põt remanere.⁊ poſt ipſorũ a ſtomacho eductionē.⁊ ſimiliter intelligi põt de quacunqꝫ mala cõplexione ſtomacho affixa et cuiqꝫ alteri membro.

De cõſuetudine quantũ valeat.

¶Et dimiſſor conſuetudinis in regimine ſuo ſentit febrem quandoqꝫ.et nõ eſt tantum nocumentũ quoniam cauſa eius eſt dimiſſio conſuetudinis in regimine.

¶Tertius canon.quando dimiſſor conſuetudinis in regimine ſuo incurrit febrem nõ eſt tantum nocumentum ſupple quantum eſſet ſi proueniret ab aliqua cauſa corporea.quoniam cauſa huius febris eſt dimiſſio cõſuetudinis in regimine:et non cauſa corporea:cuius aliquando difficilis eſt remotio. lapſo enim redeunte ad ſuam conſuetudinem vel ad aliquod ſibi proportionabile facile redibit ad priſtinam ſanitatem.huius exempla multa dari poſſunt que ſubticeo breuitati indulgens prolixior enim fui q̄ ab initio decreuerim. Utrum aũt liceat miſcere digeſtiua cum ſolutiuis eſt queſtio ſoluta de mente medicorum.habemus enim plurimos ſirupos traditos ab auctoribus in quibus ſolutiua cum digeſtiuis miſcentur ſicut ſirupus de epithimo. Et eſt de intentione Auerroys ſeptimo colliget.et Auicen. hoc confirmat tertio cano.in caplõ de ſingultu ponens quandam medicinam quā verificat que eſt partim ſolutiua partim prouocatiua partim digeſtiua et partim ſtomachi confortatiua.et ſic dei gratia ſit finis expoſitionis huius difficilis capituli.

De ſolutiuis cũ digeſtiuis.

¶De cibatiõe febricitantiũ in gñali. Cap.viij.

SCias ꝙ cõuenientiores cibi febricitantibus ſunt cibi humidi et proprie ei cuius cõplexio eſt humida ex infantibꝰ et groſſis conueniunt enim ex hoc ꝙ aſſimilantur complexioni et ex hoc ꝙ ſunt cõtrarij egritudini.

¶Cum Auic.in capitulo precedenti poſuit canones vniuerſales pro curatione febrium putridarũ decet vt in hͦ capitulo doceat cibare hos febricitantes putride.et hoc eſt quod dicit rubrica huius capituli.Habet hoc capitulum tres partes. In ꝑma docet conuenientē qualitatē ciborum.In ſecūda horam cibationis.In tertia ſpecies diete. ſecũda ibi.(Cuncqꝫ accidit febris.) tertia ibi.(Et ſcias ꝙ de cibatione.) In prima parte dicit ſcias ꝙ cõuenientiores cibi ſcꝫ febricitantibus febribꝰ putridis ſunt cibi humidi et proprie ei cuius cõplexio eſt hũida ex infantibꝰ.ideſt pueris:⁊ groſſis.i.carnoſis.conueniunt enim his ſcꝫ pueris et carnoſis.tum q: aſſimilantur eoruꝫ complexioni humide que cõſeruantur ſimilibus.tũ q: ſunt cõtrarij egritudini.ſ.febri que eſt virtualiter morbꝰ ſiccus.et hic eſt afforiſmꝰ.27.prime particule humide diete ⁊c. ¶Primo notandum ꝙ per cibos Auicē.etiam intelligit potus ambo enim debent eſſe potentia humidi et etiam ſm plurimum melius vt etiam cibi ſint actu humidi.i.liquidi.ſic eñ per eos corpus melius humectabit̃.hec vera ſunt ſumendo indicationem a febre que eſt ſiccitas virtualiter:quia abſolute hec non ſunt ſemper vera cum cõtingat aliquando corpus febriens eſſe valde lapſum ad humidum:ad cuius lapſum medicus haberet maiorem intentionem q̄ ad febrem. et idem ſentiendum eſt de cibis frigidis qui ſemper conueniunt in ratione febris:licet aliquando ratione humoris aut lapſus ad frigidum complexionaliter diſconueniant.Expreſſit autem Auicē. magis humidos q̄ frigidos .q: maiora nocumēta poſſunt cõtingere ex frigidis q̄ ex humidis febriētibus hũide.ſ.opilatiões humorũ incrudatio et ſimilia.ideo ſm plurimum cibi humidi ſunt cõuenientiores q̄ frigidi et multomagis q̄ ſicci. ¶Secundo notandum.ꝙ corporibus naturaliter humidis ſiue merito etatis ſiue merito cõplexionis cõpetunt humidiora intenſiue q̄ corporibus naturaliter ſiccis ambobus equaliter febrientibꝰ ſupra proprium temperamentum. potentius tamen humida conueniunt ſiccis q̄ humidis. Prima pars huius concluſionis ꝓbatur de intentione eius in hac parte.et preter rõnem eius eſt alia efficax.quia cibi minus humidi q̄ ſit corpus naturaliter humidũ nõ pñt ipſum hũectare.cum nihil agat vltra gradũ propriũ:quin tñ humectabunt corpus naturaliter ſiccũ.q: habebũt plus de hũiditate q̄ ipſum. ¶Secũda vero pars cõcluſionis eſt manifeſta.q: vbi eſt maior reſiſtentia ibi deberet eſſe maior potentia.ſed maior reſiſtentia humectantibus eſt in corpore naturaliter ſicco q̄ in corpore naturaliter hũido ipſis equalr̃ febrientibꝰ reſpectu ꝓprij tēperamēti.Uñ reducēdo ad actũ practicuꝫ dabimus corpori ſicco gratia exempli. cibos humidos in primo.ſed in magna quantitate. ſed humidis cibos humidos in ſecunda in pauca quantitate.hi enim ſunt intenſius humidi quā priores. ſed priores potentius humidi ratione maioris multitudinis forme quam potentia rei inſequitur. Et eadem ſententia eſt de frigi/

dis exhibitis corpori calido et frigido equaliter febrientibus reſpectu proprij temperamēti.

¶ Cumqꝫ accidit febris et natura eſt ſicca non cibes penitus dum non egreditur perfecte fex et oportet vt occurrant eis paroxiſmi periodici et paroxiſmi qui ſunt fortes ventribus ipſorum vacuis in quibus nō ſit cibus omnino. nam ſi cibati fuerint in illa hora occupabitur natura in digerendo et dimittet digerere et expellere et confirmabitur egritudo et prolongabitur. Et ꝓpter illud oportet vt poſtponant cibationē vſqꝫ ad declinationē et in eo quod eſt poſt ipam Et ſi accidat forte vt hora declinationis ſit hora cōſuetudinis in cibo: tunc eſt melius ꝙ eſſe poteſt.

Canōes de hora cibationis.

¶ Hic docet horā cibatiōis dans duos canones. Prim⁹. nō cibes febrientē penit⁹. i. nec cibo multo nec pauco niſi mundatis inteſtinis a fecibus perfecte. i. ſufficienter. et nō intelligas perfecte. i. totaliter. hoc enim eſſet valde difficile et nō fieret abſqꝫ egri debilitate: immo ſemper bonū eſt vt in inteſtinis remaneat aliq̄d fecis in qua voluptuetur. ſed educende ſunt feces dure que diu ſteterint in inteſtinis. harū eñ preſentia cum multe ſunt cibum vaporibus ſuis putridis corrumpūt. poſſet etiā ſequi colica. et hec in cura regulari intelligenda ſunt et in hoīe qui cōſuenit aſſellare ſemel aut pluries in die naturali. In his eñ qui naturaliter nō aſſellarent niſi ſemel alternis diebus aut rarius nō eſſet tanta neceſſitas. ¶ Scd̄s canon. opꝫ ꝙ occurrant eis. ſ. febrientibus paroxiſmi periodici. i. febrium interpolatarū et paroxiſmi q̄ ſunt fortes. i. exacerbationes continuarum ventrib⁹. i. ſtomachis ipſorum vacuis in quibus nō ſit cibus oīno. Et hic eſt affo. prime particule. In paroxiſmis ſubtrahere opꝫ. apponere eñ leſio eſt. Nam ſi his aduenīētibus cibati fuerint natura occupabit̄ circa cibū ⁊ dimittet digerere ⁊ expellere materiam tam cōiunctā ꝙ antecedentē et cōfirmabit̄ egritudo ⁊ ꝓlongabitur paroxiſmus ⁊ tota egritudo. Secūdo dicit ꝙ ꝓpter illud opꝫ vt poſtponant cibationem vſqꝫ ad declinationē. ſ. particularem. ⁊ in eo qd̄ eſt poſt ipſaꝫ declinationē. i. vſqꝫ ad tēpus quietis. ſ. perfecte in iterpolatis aut maioris quietis poſſis in cōtinuis. Et hec ē ſnia ypo. primo regiminis acutorū in fine. Tertio dicit ꝙ ſi forte accidat vt hora declinatiōis. ſ. particularis ſit illa in qua ille qui eſt eger fuerit cōſuetus cibari tēpore ſanitatis eſt melius qd̄ eſſe pōt. cū natura multum gaudeat cōſuetudine. ¶ Sed nota ꝙ ſi tempus inter finē vnius paroxiſmi aut exacerbationis ⁊ principium alterius ſit modicū. medicus debet eſſe multo magis ſollicitus de principio alterius quam de declinatione precedentis. cibandus ergo eſt eger potius in paroxiſmo precedente. i. ante initium paroxiſmi ſequentis tanto tempore ꝙ cibus in aduentu paroxiſmi ſequētis ſit digeſtus ſaltem prima digeſtione. hoc aūt tempus diuerſificabitur ſm quantitatē cibi ⁊ ſm facilem aut difficilem eius digeſtionem. ⁊ tertio ſm potentiam ſtomachi digerentis: nā medicus inter omnia tēpora particularia debet eſſe magis ſollicitus de ꝑncipio ne eger cibetur in eo. ſecundo de ſtatu. et tertio de augmento. et quarto de declinatione. Et ſi non poteſt principium vitare det

apho. ii. In exacerbationibus abſtinere oportet

cibos minus corruptibiles ſicut ptiſana panem lotum et ſimilia.

¶ Et ſcias ꝙ de cibatione et regimine eſt quod eſt ſubtile valde et de eo qd̄ eſt groſſum valde. et de eo quod eſt inter illa. et eſt pars eius decliuis ad ſubtile plus et pars eius decliuis ad ſpiſſum plus.

Diete ſpecies.

¶ In parte preſenti ponit ſpecies diete vt doceat illas eligere ſm exigentiaꝫ. habet hec pars duas partes. in prima ponit ſpecies diete. in ſecunda docet eas eligere. ſecunda ibi. (Et ſubtiliationeꝫ quidem.) Prima pars iterum in duas. in prima nanqꝫ enumerat eas. in ſecunda declarat. ſecunda ibi. (Et ſubtile vltimum.) In prima dicit ſcias ꝙ de cibatione et regimine eſt aliquod quod eſt ſubtile valde: ideſt dieta valde ſubtilis. Et de eo eſt quod eſt groſſum valde ideſt dieta groſſa valde. ⁊ eſt quod eſt mediuꝫ inter illa ideſt dieta media inter ſubtiliſſimam et groſſiſſimam. et iſtius diete medie eſt pars eius que declinat ad ſubtilem pl⁹ ideſt ad dietam ſubtiliſſimam. et pars eius que declinat ad groſſum plus ideſt ad dietam groſſiſſimam. et tu ſupple quod eſt pars eius que eſt media inter hec extrema diete medie inter groſſiſſimam et ſubtiliſſimam.

¶ Et ſubtile vltimuꝫ in ſubtilitate eſt prohibitio cibi. et groſſum valde eſt adminiſtratio ciborum ſanoruꝫ hominum.

¶ In parte preſenti declarat ſpecies diete. ⁊ primo ſubtiliſſimam. ſecundo groſſiſſimam. tertio mediam inter illas. ſecunda ibi. (Et groſſum valde.) tertia ibi. (Et illi qui.) In prima parte dicit quod dieta tenuiſſima eſt prohibitio cibi. i. nihil cibi exhibere. in ſecūda dicit qd̄ dieta groſſiſſima eſt adminiſtratio ciborum ſanorum hominum ſicut carnis bouine porcine et ſimilium: habentiuꝫ tamen magnam latitudinem ſcd̄m quantitatem et varietatem eorum que exhibentur. ¶ Primo notandum quod dieta deſcriptiue eſt regimen in cibo et potu debitum ſcd̄m exigentiam eius cui exhibetur. et hoc regimen habet latitudinem magnam terminatam a ſubtractione cibi penitus vſqꝫ ad dietam ſanorum. et ambo extrema huius latitudinis. et ſimiliter medium inter illa habet latitudinem que res manifeſta eſt in dieta ſanoꝝ que eſt groſſiſſima et in dieta media. ſed in dieta tenuiſſima declaratur. Nam quandoqꝫ prohibetur cibus per vnam diem naturalem: quandoqꝫ per tres dies. certum eſt quod illa que ſubtrahit cibum per maius tempus eſt magis tenuis.

De dieta tenuiſſima in febribus valde acutis.

**Sed dubitatur** an ſit dare febrem in qua nullus cibus cōpetat. videtur quod nō per ypo. primo regiminis acutorum dicentem. Caue ne vna die permittas egrum eſurire. ¶ Amplius in febre dandum eſt qd̄ valet contra febrem. ſed talis eſt dieta humida. prima afforiſ. ¶ Amplius in ſtatu et ante ſtatum eſt aliquid afferēdum. prima afforiſ. ¶ In contrarium eſt hic Auicen.

**Ad hoc dubium** dicendum eſt de intentione auctorum quod eſt dabilis febris acuta in tertia die terminanda in qua ſcd̄m auctores nihil cibi eſſet exhibēdum et ipſius exhibitio forte occideret diuertendo naturā a pugna cōtra materiā nec de hoc mireris iā vidi mulierē patientē fluxū vētris q̄ ſtetit ꝓpter obſtinationē octo dieb⁹ abſqꝫ cibo nec bibit niſi

bit niſi aquam: que tamẽ in fine dicti temporis liberata eſt et a febre ⁊ a fluxu. Et aliam vidi propter impotentiã deglutiendi non comediſſe vſq; ad ſeptimum que tamen ſuperuixit. Secũdo dico ꝙ noſtro tẽpore hec dieta nõ eſt obſeruanda. nã dandũ eſt aliquid cõſuetũ prima affor. homines eñ noſtri tẽporis magis indulgent gule q̃ tẽpore ypo. Et debemus ſemp dubitare de caſu virtutis cum neſciamus diſtincte quantũ virtus conſtet: et quanto tẽpore conſtare poſſet abſq; cibo. ⁊ fortaſſe cadente virtute oportebit cibare tẽpore criſis. ꝓpterea melius eſt ante ſtatum aliquid dediſſe. ⁊ eo magis. q: neſcimus quantum ſtatus eſt longinquus. ¶ Preterea debemus timere infamiam quã etiam timuit Raſis. 18. continentis capitulo de mirabilibus caſibus. ne ſi eger periret dicat vulgus nos eum fame occidiſſe. Eſt enim honor fere ciuilis vite finis. primo ethicorũ. ⁊ qui nõ timet infamiam indecẽs eſt ⁊ inuerecũdus. tertio ethico.

Notau dignũ c Raſi peno.

¶ Preterea minor error eſt declinare ad dietã groſſiorem q̃ oportet q̃ ad tenuiores. in tenuibus eñ dietis magis peccant egrotantes. prima afforiſ. immo nõ auderem tranſire ſcðam diem quin aliquid exhiberem: ſicut aquã ordei vel aliquid ſimile. Ratio autem quare egri diutius poſſunt viuere ſine cibo q̃ ipſi ſani eſt. q: quãuis eorum calor ſit intenſior tempore febris q̃ tẽpore ſanitatis et ratione huius magis reſoluat humidum. tamen ratione multitudinis caloris, eſt potentior tempore ſanitatis q̃ tempore egritudinis ⁊ magis reſoluens cũ calor paucificetur tempore egritudinis.

Verenda eſt tenuiſſima dieta

¶ Preterea fames que adeſt tempore ſanitatis ⁊ nõ tempore egritudinis eſt cauſa vt magis calor exacuatur: et propter triſtem ſenſationem magis in fame ſpiritus reſoluantur.

**Sed ad rationes** in oppoſitũ ſuadẽtes ꝙ nõ competat tenuiſſima dieta reſpondetur. ¶ Ad primã ꝙ ypo. loquitur in febre prolongabili tempore in quo nõ poteſt eger ſtare ſine cibo. ¶ Ad ſecundum dicendũ ꝙ aliqua valent cõtra febrẽ ex parte vna que magis nocẽt ex parte altera. ¶ Sed ad tertiã dicitꝰ ꝙ verũ eſt qñ ſtatus eſt longiquus ſupra tertiam diẽ. ¶ In queſtiõe aũt querente vtrũ aliquis febriens debeat groſſius cibari q̃ ipſe ſanus credo tenẽdas eſſe has cõcluſiones. Prima. ꝙ nullꝰ febriens in vnica cibatiõe groſſius cibari debꝫ q̃ ipſe ſanus ceteris paribus. ꝓbatur. q: virtus digeſtiua eſt debilior. ¶ Scða cõcluſio. aliq̃s febriẽs in toto decurſu ſue feb. groſſius cibandus eſt quãtum ad id quod conuertitur in ſubſtantiã eius q̃ ipſe ſanus in equali tẽpore. Tertia concluſio. ſm plurimũ febrientes groſſius cibandi ſunt quantũ ad id quod conuertitur in eorum ſubſtantiam toto decurſu ſuarum egritudinum ⁊ ſuarum neutralitatum q̃ ipſi ſani in equali tẽpore. ꝓbatur. cum magis reſoluãtur in eodẽ tẽpore ⁊ oporteat ipſos priſtine ſanitati reſtitui. et ex huius probatiõe pẽdet probatio ſecũde concluſionis.

¶ Et illi qui ſequuntur latus eius ſubtile qð eſt medium eſt vt ſit cõtẽtus in cibo ſucco granatorum ⁊ iuleb ſubtili valde. ⁊ poſt ipſum aqua ordei ſubtilis ⁊ poſt ipſam aq̃ ordei groſſa et oleribus frigidis et humidis ſicut attriplices ⁊ ſpinachia et blitis et ſimilia et poſtea kiſt ordei ſicut eſt et eſt medium.

De media dieta.

¶ Nunc determinat partes diete medie. et primo declinãtẽ ad ſubtiliſſimam. ſecũdo mediam. tertio declinantẽ ad groſſiſſimam. ⁊ q: poſuerat kiſt ordei medium extollit ipſum multis laudibus. et ipſum cõparat ad alia. ſecũda ibi. (Poſtea kiſt ordei). tertia ibi. (Et illi qui ſequuntur.) quarta ibi. (Et kiſt quidẽ ordei.) In pria dicit ꝙ illi q̃ ſequũtur latꝰ ſubtile debẽt eſſe cõtenti ſucco. i. vino granatorum. eſt enim pauci nutrimẽti ⁊ frigidi. In ſecundo loco verſus dietam mediã eſt iuleb ſubtile. ideſt aqua zuccarata pauci zuccari ⁊ eſt quaſi ꝑatum. et poſt ipſum eſt aqua ordei groſſa de qua infra. Et poſt ipſam ſunt olera frigida et humida ſicut ſunt attriplices. i. criſolochanna. et eſt dictuꝫ olus aureum ſpinachia blitis ⁊ ſimilia ſicut lactucaet endiuia.

**Sed contra.** q: hmõi olera ſunt dieta ſanorum. ergo nõ ſunt dieta ſubtilis. ¶ Reſpondetꝰ ꝙ ſunt dieta ſanorũ ad hunc intellectum. q: ipſis vtuntur ſani ſicut ⁊ vino granatorum. ſed nõ ſunt dieta ſanorum ad intellectum medicorum. q: cũ ipſi ſolis nõ poſſent in ſuo robore cõſeruari. debentur tamẽ ipſa ſola egris pro pauco tempore in egritudinibꝰ acutis magis attendẽdo egritudini ⁊ cauſe eius q̃ robori virtutis ne creſcat materia morbi. i. ne natura diuertatur per dietã groſſam a pugna cõtra morbũ Poſtea eſt kiſt ordei. i. ptiſana ſicut eſt. i. nõ colata Sed quõ fiat ptiſana colata ⁊ nõ colata dicetꝰ in ſequẽti ca. et eſt mediũ. i. dieta media. Qð autem ſit media non põt demõſtrari: ſed credimus antiquis. Utrũ tñ kiſt ordei ſit dieta media per equidiſtantiam inter extrema totius diete humane an ſolum inter extrema diete cõuenientis hominibꝰ egris. non intendo ad preſens determinare forte vtrũq; põt defendi. Credo tñ intentionẽ auctorũ fuiſſe ponere ipam mediã iter extrema diete egrorum quibus aliquid datur vt patere põt ex dictis Auicen. in parte preſenti qui exemplificando nullam facit mentionẽ de dieta ſanorum: nec de dieta tenuiſſima que eſt nihil dare.

De gallo ⁊ gallina.

¶ Et illi qui ſequuntur latus groſſi ſunt galli et galline extremitates et ſubtiliores eis ſunt alkobugi et pulli. et ſubtilius eis ſunt alchangi et oua ſorbilia pauca ſubtilia et piſces parui. ⁊ ſubtilius eis ſunt kiſt ordei ſicut eſt: et ſubtilius eo eſt panis ſimile ſolutus in aqua bene frigida ſolutiõe bona ſubtili. groſſius aũt cibus fortior eſt eo. In hac parte declarat partẽ diete medie terminate ad dietã ſanorũ incipiens ab extremo groſſiori eiuſdem tendens verſus medium. In primo loco ponit gallos ſatis groſſos: nondũ tamẽ coeũtes. et galline extremitates. ſcꝫ alas ſm oẽs partes q̃ ſunt extra pectus. In ſcðo loco ponit alkobugi. i. ꝑdices et proprie iuuenes. gallos paruos qui interdum a Raſi vocantur gallicelli femelle tñ ab auctoribꝰ magis laudantꝰ. In tertio loco ſũt athinargi. i. aues ꝑue ⁊ ꝓprie ficedule. ⁊ cũ his ponit oua ſorbilia pauca: vt puta duo. ſubtilia. i. parum cocta ⁊ piſces ꝑuos petroſos. hi eñ ſunt pauci nutrimenti ⁊ ſubtilis. ¶ Ultio ponit kiſt ordei ſicut eſt. ideſt nõ colatum ⁊ eſt medium. Et deinde dicit quod ſubtilior q̃ kiſt ordei eſt panis ſimile. ideſt optime farine frumenti diſſolutus in aqua frigida diſſolutione bona ideſt exquiſita ſubtili ideſt quod ſit multa aqua et parum panis ita vt bibi

poſſit. Et hic cibus ponitur in latitudine ſubtilis diete ꝓpter paucitatem panis. lotio aūt remouet partē fermentalē calidam. Sed apud Azararium lauatur ſolum pluries infundendo ſuper ipſum aquam frigidā et nō manibus cōterēdo. groſſus aūt ſcꝫ panis nō diſſolutus eſſet cibus fortior exiſtens in latitudine diete groſſe. vt puta quando fruſta panis non loti bulirent cum aqua donec fieret cibus quem panatam appellamus nō sorbilis: ſed maſticabilis. ergo panis vno modo preparatus eſt in latitudīe diete ſubtilis. alio modo in latitudīe diete groſſe.

¶ Et kiſt quidem ordei eſt bonus cibus. ipſum enim aggregat ad glutinationem et digeſtionem ſuam et lenitatem et planitiem et lubricitatem et abſterſionem et humectationem et contrarietatem febris ⁊ ſedationem ſitis et velocitatem penetrationis et ablutionem ⁊ nō eſt in eo ſtipticitas quapropter nō reſidet neqꝫ figitur in poris et meatibus quāuis ſint cōſtricti et nō eſt in ea adherentia cum incedit per meri. et fortaſſe abſtergit ſpiſſum flegmatis. Et quando bona fit eius decoctio non inflat omnino.

Laudes kiſt ordei.

¶ In parte preſenti Auicen. primo multis laudibus extollit kiſt ordei .i. ptiſanam ordeaceā. ſcō comparat ipſam ad quedaꝫ alia. ſcōa ibi. (Antiqui quidem.) In prima parte dicit ꝙ kiſt ordei eſt bonus cibus febricitantibus: q: habet multa iuuamenta ⁊ nullum nocumentum. Iuuamenta auteꝫ ſunt. q: hꝫ glutinationem per quam humores nimium ſubtiles ⁊ fluxibiles digerit inuiſcādo eos. Secūdo habet digeſtionem. q: eſt facilis digeſtionis. Tertio lenitatem. q: lenit ⁊ mollificat obiectum expellendum. Quarto planitieꝫ. q: remouet inequalitates que ſunt in membrorum ſuperficie per quas ꝓhibetur euacuatio. Quinto lubricitatem per quam obiectum lubricando expellitur. et hec lubricitas ſequitur ad planitiem ⁊ lenitatem de quibus ſupra. Cum enim obiectum expellendum eſt factum lene ſm̄ eius ſuperficieꝫ ⁊ via per quam tranſit eſt facta plana facile lubricat obiectum expellendum. Sexto habet abſterſioneꝫ per aliquas partes ſubtiles ſeparantes humorē adherentem a membri ſuperficie. ¶ Septimo habet humectationem ꝓhibenteꝫ corporis exiccationē Octauo habet contrarietatem febris: cum febris ſit calor: ſed kiſt ordei ſit frigidum. Nono ſedat ſitim infrigidando et humectando ⁊ humidum roriduꝫ reſtaurando. Decimo velociter penetrat. q: cito nutrit eo ꝙ eſt facilis digeſtionis et ſubtilis ſubſtantie. Undecimo abluit per aquaꝫ ⁊ per partes quaſdam ſubtiles ad quam ablutioneꝫ ſequitur mundificatio meatuum. Duodecimo nō habet ſtipticitatem propterea nō reſidet nec figitur in poris et meatibus qui ſunt ampliores ꝙ̄ pori quāuis ſunt cōſtricti ſiue naturaliter ſiue preter naturaliter. Decimotertio nō eſt in eo adherentia cum incedit meri cū ſit applanatiua ſuperficiei eius nec habet viſcoſitatem magnā qua adhereat. Decimoquarto fortaſſe .i. aliquādo abſtergit ſpiſſum flegmatis: ſcꝫ quādo ſpiſſitudo nō eſt magna. ⁊ hoc facit per quaſdam partes ſubtiles. et multo magis hoc faciet ſi zuccarū ſit ſibi admixtū Decimoquinto quādo bene coquitur non inflat omnino. humidum enim ventoſabile per bonam decoctionem reſoluitur. et hoc eſt quod voluit dicere Auicen. ꝙ kiſt ordei aggregat ideſt adiungit ad glutinationem que eſt prima eius proprietas hic poſita. decimoquarto. alias proprietates de quibus ſtatim dictum eſt. et hoc Auic. ſumpſit ab hyppocrate primo regiminis acutorū.

¶ Et antiqui quidem vſi ſunt vbi neceſſaria eſt ſubtiliatio regiminis ſubtilioris regimine qō eſt kiſt ordei et aqua eiꝰ aq̄ mellis plurime aque: quoniā nutrimentū eius eſt parum. ⁊ ꝙ ipſa facit penetrare aquam. et eius humectatio ⁊ abſterſio ⁊ eius apertio et prouocatio eius eſt multum. et caliditas eius eſt cōfracta. Et ipſa proculdubio quādoqꝫ addit in virtute additionem quandaꝫ quāuis ſit parua. et ſequitur eam ſirupus acetoſus de melle: ſed eſt groſſior et nutribilior et fortioris abſterſiōis ⁊ inciſionis. ⁊ non eſt in eo de calefactione de nocumento viſcerum calidorum: qō eſt in aqua mellis: nunc autem mel cāne quod eſt zuccarū et proprie mundificatum eſt melius melle apis. lꝫ eius abſterſio ſit minor abſterſione mellis. ⁊ ſimiliter ſirupꝰ acetoſus de zuccaro. et ſit ſufficiētia in ſirupo acetoſo: ſed fortaſſe faciet incurrere raſuram inteſtinorū. et hoc quidem timoroſuꝫ eſt in egritudinibus acutis.

De kiſt ordei.

¶ In hac parte cōparat primo kiſt ordei ad quedam alia auctoritate antiquorum. ſcō excuſat ſe ab vlteriori determinatione aq̄ ordei ⁊ ſirupi acetoſi cum de his et modo vtēdi eis ſit facturus ſermonem ſingularē ſcꝫ capitulū quod ſequitur. ſecunda ibi. (Et nos ponemus.) In prima parte dicit ꝙ antiq̇ in egritudinibꝰ i qbꝰ erat neceſſariū regimē ſubtilius ꝙ̄ kiſt ordei vſi ſunt et aqua ordei de qua in ſequenti capitulo. ⁊ aqua mellis plurime aque ſupple pauci mellis. q: nutrimentum eiꝰ eſt paucū. Et ſecūdo q: mel facit penetrare aquaꝫ ad mēbra ipſis aquam mellis ob ſui dulcedinem attrahentibus. Tertio. q: eius ſcꝫ aque mellis humectatio abſterſio apertio et prouocatio eſt multa: que omnia in febribus conueniunt et maxime flegmaticis aut pendentibꝰ ab humore groſſo vbi non ſit multa caliditas. ⁊ caliditas etiā eius eſt cōfracta ideſt remiſſa per aquam. vnde nō eſt apta multum inflammare. Quarto proculdubio addit in virtute additionem quandam quāuis parua ſit ideſt nutrit quāuis eius nutrimentum ſit modicū et ſequitur ipſam .ſ. aquam mellis ſirupus acetoſus de melle apum. ſed eſt groſſior .i. magis ſpiſſus habens plus de melle ꝙ̄ aqua mellis. ⁊ ſic eſt nutribilior et fortioris inciſionis ratione aceti et fortioris abſterſionis ratione pluris mellis ⁊ nō calefacit viſcera ſicut aqua mellis ratione aceti infrigidantis. ideo quāto eſt plus acetoſum tanto minus calefacit. Poſtea ſubdit. mel cāne quod eſt zuccarum et proprie mundificatum ideſt trium coctarum eſt melius melle apum. licet eius abſterſio ſit minor abſterſiōe mellis. ⁊ ſimiliter ſirupus acetoſus de zuc. eſt melior ſirupo acetoſo de melle. et ſit ſufficientia in ſirupo acetoſo de zucca. eſt enim conuenientior in febribus ſecūdū plurimum

ꝙ̄ aqua

q̄ aqua mellis et q̄ ſirupus acetoſus de melle habens tantum abſterſionis et inciſionis quantuʒ ē opportunum. ſed fortaſſe faciet incurrere raſuraʒ id eſt excoriationem ſcilicet inteſtinorum que dicitur diſſinteria. et hec quidem ſcilicet diſſinteria ē timoroſa in egritudinibus acutis in quibus frequentius accidit q̄ in cronicis. propterea cauendum eſt a ſirupo acetoſo in paratis ad diſſinteriā et multo magis in his in quibus inceperit.

Et nos ponemus aque ordei potationem. et ſirupi acetoſi ſermonem ſingularē.

Hic promittit ſe facturū ſermonē ſingularē. i. capitulū propriū de ſirupo acetoſo et aqua ordei. et de modo adminiſtratiōis eorū. Primo notandū ꝙ quāuis antiqui et Auicē. multū in parte preſenti laudent aquā mellis in febribus: tamen nō vtimur ea timore inflāmatiōis propter caliditatem et dulcedinem ſuam. et magis timenda est ipſius inflāmatio tempore noſtro in quo eſt multus vſus vini et rerum calidarū et humores calidi dominātur. verum in regione frigida et in fridis egritudinibus poſſemus vti ea. et ſimiliter ſirupo acetoſo mellino. et conuenientior eſſet quā aqua ordei et ſirupus acetoſus de zuccaro: et proprie in his in quibus facile cibus in ſtomacho acetoſatur. Secūdo notandū quod mel apum eſt calidum et ſiccum in ſcdo. Et quāuis fiat ex manna cadēte ſuper folijs arborū collecto ab apibus. et ratio huius deberet eſſe tēperatū. tamē apum labor que ſunt notabiliter calide facit ipſum eſſe calidū ⁊ ſiccū in ſecundo. Proportio autem aque ad mel in faciendo aquam mellis apud Meſue debet eē octupla. Si autem vis facere ipſam minus calidam fac creſcere aque proportionē ad mel. et ſi times inflationē fac ipſam magis decoqui: et ſi vis ipſam magis ſolutiuā fac ipſam min' decoq. zuccarū auteʒ taberzet apud Auicē. eſt calidū in primo. licet ſcdm cōmunem opinionē zuccarū trium coctarum ſit circa temperiem in actiuis et paſſiuis:

Et ſubtiliationē quideʒ regiminis egri ſignificat natura materiei et poſſibilitas nature in digerendo ipſam et reſoluendo ⁊ euacuando eam.

Cū diſtinxerit ſpecies diete exēplificādo de eis oſtendit hic ea que indicant de eis. et primo in generali: ſcdo in ſpeciali. ſcda ibi. (Et eſtas quidem) Prima in duas. Primo oſtēdit que ſunt illa que indicant ſubtiliationē: In ſcda oſtēdit que ſunt illa que indicant ingroſſationeʒ. ſcda ibi. (Et dignior horarū ad ingroſſandū.) Prima in tres ſcdʒ quod tria ſunt que incidāt ſubtiliationē: licʒ etiā ponat virtutem ſi ꝯſentit. ſcda ibi. (Et dignior horarum ad ſubtiliationem.) tertia ibi. (Et de illis que).

Notandum primo quod per ſubtiliationem regiminis intelligimus cibi diminutioneʒ ſiue non dationem. Omnis enim febris putrida indicat cibi diminutionē reſpectu eius quod erat cōueniēs in tempore ſanitatis: et hoc propter materiam ad cuius digeſtionē et euacuationem volumus naturam vacare. Secundo notandū quod per naturam materie intelligimus ipſam materiā et conſequenter morbum ab ipſa pendentē. Omnis eñ morbus prout pendet a materia eſt pꝛincipale indicans ſubtiliationē diete. virtus autem non indicat: ſed bene conſentit ſi fortis ſit. ipſa enim nō impedita a cibo tota conuerſa circa materiam melius digerit reſoluit et euacuat: aut ſi poteſt ad benignum reducit. Et de his eſt ſermo primo regiminis acutorum cōmento. xliiij.

Et dignior horarum ad ſubtiliationeʒ eſt ſtatus. hic enim eſt vehementia occupationis nature in pugna materiei. Et non oportet vt ab ea recedens occupetur re illa. et proprie apud criſim. Ante vero illud pugna nondum eſt confirmata.

In parte iſta dicit ꝙ dignior horarū: ideſt tēporum vniuerſaliū ad ſubtiliandū dietam eſt ſtatus ſcʒ vniuerſalis quo ad accidētia. quia in eo eſt maxime natura occupata in pugna contra materiam et nō oportet vt ab ea pugna recedens occupetur re alia: ſcʒ cibo. ⁊ proprie apud criſim: ideſt tēpore criſis. vel parum ante criſim. Sed ante illud liberius cibus concedi poteſt cum nondum ſit pugna confirmata: ideſt vehemens. Et hic ſermo quantū ad primam partem eſt afforiſ. decimus prime particule. Quādo in ſtatu fuerit egritudo: tunc tenuiſſima dieta neceſſariū eſt vti. Et quantuʒ ad ſecundam eſt alia pars affo. Prius vero vberius reficiendum vt ſufficiat egrotans. Notanduʒ ꝙ hic canon continet veritatem generaliter de ſtatu vniuerſali quo ad accidentia ſiue ſtatus. quo ad accidentia coincidat cum ſtatu quo ad digeſtionē materie ſicut in morbis reſeruantibus materiam ad vnicam creticam expulſionem: ſiue nō coincidat ſicut in morbis nō reſeruātibus. Tūc enim maxime ſubtrahendus eſt cibus cum eſt ſtatus accidentiū. et hoc cura regulari. Nam quandoq̄ coacte timore caſus virtutis oportet tempore ſtatus: immo in ipſa criſi ingroſſare dietam dando aquam carnis vinum et ſimilia.

Qn̄ ⁊ quō dieta ſubtiliāda.

Et de illis que ſignificāt et faciunt pertinere ad ſubtiliationem eſt vt ſi ſit neceſſitas flebothomie aut ſolutionis vētris aut cliſteris aut ſedationis doloris: tunc oportet vt des operam ad cōſumendam illam neceſſitatem: deinde ciba ſi neceſſarius eſt cibus niſi ſit prohibens aliud.

Al' canō circa ſubtiliationem diete.

In hac parte ponit tertium canonē circa ſubtiliationem diete dicens quod de illis que ſignificant ſubtiliationē diete eſt vt ſi ſit neceſſitas flebothomie aut ſolutionis ventris: ſcʒ cū farmaco aut cliſteri aut ſedationis doloris: tunc oportet vt des operam ad conſumendam illam neceſſitatem. deinde ciba ſi neceſſarius eſt cibus niſi ſit prohibēs. Notandū primo quod ſtāte neceſſitate alicuius euacuationis debemus primo illam euacuationē facere: deinde cibare. Cauſa eſt: quia nō debēt fieri huiuſmodi euacuationes cibo exiſtēte in ſtomacho. eſſent enim cauſa vt cibus nō cōuenienter digereretur aut forte euomeret. Similiter dolor fortis impedit cibationem diuertendo ſpiritus a ſtomacho ad locum dolentem. quare debilitata digeſtiua vel retentiua ſtomachi fit vt cibus vel male digeratur vel euomatur. quapropter prius dolorē ſeda. deinde ciba. dixit tamē niſi ſit prohibens. q: propter caſum virtutis aut timorem caſus eius: quandoq̄ cibamus anteq̄ flebothomemus. Et ſimiliter quando dubitamus ne propter flebothomiam colera repat ad ſtomachum: vtputa in his qui in flebothomia parati ſunt ſincopiʒare propter raptum colere ad ſtomachum. Similiter quādoq̄ prius cibamus quam ventrem ſoluamus volendo confortare virtutē. et de hoc eſt ſermo apud Auicen. xj. tertij. capitulo de cura ſincopis: vbi di

eſt quod quandoq̧ curatio facit neceſſariũ vt fiat mũdificatio. Et ſi tu times nocumẽtum eius opoꝛtet vt confoꝛtes ſtomachũ et ad bibendũ da vinũ odoꝛiferũ et ciba cibo laudabili. Quandoq̧ etiã cogimur pꝛius cibare quam cliſterizare in hominibus quibuſdam qui cliſteribus leduntur cum ſint ieiuni pꝛopter cauſas notas de quibus eſt multa ſenſibilitas. Unde ſtatim cõmotione facta inteſtinis et euapoꝛatione fiente in eis nocet ſtomacho. et de eis eſt multa debilitas ſtomachi. et ſub hac intentione pꝛeceptũ eſt in libꝛo Raſis nono continentis. pꝛimo capitulo quod cliſtere non fiat ſtomacho ieiuno: quandoq̧ etiam multa debilitas et doloꝛis pꝛolongatio cogit cibare ante ſedationem doloꝛis. Et pꝛopter has cauſas dixit niſi ſit pꝛohibens. Secundo poſſet intelligi niſi ſit pꝛohibens: ſcꝫ cibare completis his neceſſitatibus. flebotomia enim facta aut cliſteri aut ventris ſolutione aut ſedato doloꝛe poſſet paroxiſmus ſuperuenire. vnde cogeremur poſtponere cibationem.

¶ Et ingroſſationem quidem regiminis ſignificat virtus. Et dignioꝛ hoꝛarum ad ingroſſandum eſt hoꝛa in qua virtus non eſt valde occupata in materia et eſt pꝛincipiũ egritudinis. Et opoꝛtet vt ſuccurratur nocumento illius ingroſſationis cum ſparſione: quoniã eſt leuius ſuper virtute iterum.

*Indicantia ingroſſationẽ diete.*

¶ Ponit illa que indicant ingroſſationẽ diete: ⁊ dicit tria. Pꝛimũ quod ingroſſationem regiminis ſignificat virtus. Secundũ quod dignioꝛ hoꝛarum ad ingroſſandũ dietam eſt hoꝛa in qua virtus nõ valde occupata eſt in materia et eſt pꝛincipiũ egritudinis: ſcilicet vniuerſale. Tertium quod opoꝛtet vt ſuccurratur nocumento illius ingroſſationis cum ſparſione: ideſt diuiſione et exhibitione cibi in pluribus vicibus: quoniam hec partitio cibi in pluribus vicibus facilius a virtute tolerat̃ quã exhibitio multi cibi vice vnica. Non enim poteſt a virtute debili digeri. Unde ſi febꝛiẽs ꝯſueuit comedere bis in die tempoꝛe ſanitatis comedat tertio: tum tamen ſit minus quam tempoꝛe ſanitatis.

¶ Pꝛimo notandũ quod per ingroſſationẽ non intelligit dietam groſſam diſtinctã cõtra alias ſpecies diete: ſed ipſam cibationẽ. Illud enĩ quod de cibo datur non datur niſi pꝛopter virtutem: vt enĩ virtus nutriatur ⁊ nõ moꝛbꝰ cibus datur infirmo. ipſa enim virtus eſt cuius gratia cibamus ⁊ nõ febꝛis: vt Gal. dicit in cõmento illius affo. Contemplari opoꝛtet. Et pꝛimo regiminis acutoꝛũ. Sicut ergo moꝛbꝰ ſiue materia pꝛĩcipaliter indicat ſubtiliationem ſiue ablationẽ cibi: et virtus eſt cõſentiens: ſic virtus pꝛincipaliter indicat ingroſſationem ſiue dationem cibi et moꝛbus eſt ſicut conſentiens. ¶ Secundo notandũ quod per ingroſſationem cõuenientẽ in pꝛincipio magis quam in augmento et ſtatu intelligit quãcunq̧ cibi exhibitionem ſiue ſit dieta tenuis ſicut in pꝛincipio moꝛboꝛum acutoꝝ: ſiue ſit dieta groſſa ſicut in pꝛincipio cronicoꝛum. Plus enim cibi debemus exhibere in pꝛincipio quã in augmento et ſtatu vniuerſalibus In declinatiõe tamen vniuerſali debemꝰ groſſius cibare quam in pꝛincipio vniuerſali. Et hec vera ſunt et obſeruanda in regimine egri vniuerſali cõcernente decurſum egritudinis per omnia ſua tempoꝛa. Nam in pꝛincipio plus cibi exhibemus in augmento minus. in ſtatu adhuc minus aut nihil et pꝛopꝛie hoꝛa criſis. Sꝫ in declinatione groſſius dietamus q̄ in ceteris. in regimine tamẽ particulari pꝛopter aliquam cauſam vrgentem facimus contrarium. nam in pꝛincipio aliquãdo multum ſubtrahimus cibum pꝛopter plenitudinem q̄ aliquando eſt in pꝛincipio. et non tanta in tempoꝛibus ſequentibus. quandoq̧ plus de cibo afferimus in ſtatu timoꝛe caſus virtutis. Item aliquando in pꝛincipio ſubtiliamus dietam cum ignoꝛamus egritudinem vt natura conuerſa contra moꝛbum non impedita a cibo ipſum ſuperet aut manifeſtet: vt dixit Auicenna in cura vniuerſali febꝛiũ putridarum. ¶ Et nota ꝙ hoc regimen vniuerſale ſupꝛaſcriptum intelligitur taliter eſſe obſeruãduꝫ in tempoꝛibus vniuerſalibus diſtinctis penes accidentia et non penes materiam quando non coincidunt ſicut non reſeruantibus materiam ad vnicam creticam expulſionem de vtriſq̧ ſimul intelligitur. ſed in moꝛbis immaterialibus ſicut in ethicis non eſt hoc regimen vniuerſale obſeruandum. Quandoq̧ enim groſſius dietamus in augmento et ſtatu quãtum ad multitudinem eius quod debet in ſubſtantiaꝫ nutriti conuerti cũ ſit in his maioꝛ reſolutio q̄ in pꝛincipio: licet quo ad vnam cibationem groſſius cibemus in pꝛincipio cum virtus ſit foꝛtioꝛ. In effimeris vero magis cibamꝰ. in declinatione regulariter: licet in pꝛincipio aliquãdo notabiliter cibemus cum coꝛpus pꝛopter cauſam pꝛecedentem eſt pꝛeter modum reſolutum ſicut in effimera ex fame ex exercitio ⁊ ſimilibꝰ. ¶ Et nota ꝙ licet in omnibus egritudinibus materialibus in pꝛincipio augmento et ſtatu ſit minus de cibo offerendum abſolute: et quantum ad id quod conuertitur in ſubſtantiã nutriti. in toto tamen tẽpoꝛe declinationis et neutalitatis conualeſcentie eſt plus cibi offerendum quantum ad id quod cõuertitur in ſubſtantiam nutriti q̄ tempoꝛe ſanitatis. aliter non reduceretur ad pꝛiſtinam ſanitateꝫ cum ex egritudine ſit conſumptus. et accipio ly toto cathegoꝛice. Similiter credo ex eodeꝫ fundamẽto ꝙ in tempoꝛe ethice. ſit plus cibandum quantũ ad id quod conuertitur in ſubſtantiaꝫ nutriti q̄ in equali tempoꝛe ſanitatis ipſiꝰ. plus tamẽ vna vice eſt. cibi exhibẽdũ ceteris paribus in ſanitate q̄ in aliq̃ egritudine niſi foꝛte in fame canina. ¶ Moꝛum tamen oppoſitum poſſet defendi tenẽdo maioꝛem poſſe fieri reſolutionẽ in ſanis a caloꝛe multiplicato in quanto q̄ in febꝛiẽtibus a caloꝛe maioꝛi inteñſione ⁊ pꝛecipue exercitatis.

*De dieta eſtatis.*

¶ Et eſtas quidem pꝛopter ſuam reſolutionem indiget additione cibationis et ſeparationis eius. nam virtus nõ ſufficit ad digerendum illud quod multum eſt ſemel. Et quoniam reſolutio in ea eſt per ſparſionem: tunc opoꝛtet vt cambium ſit per ſparſionem.

Hic docet conuenientem cibationẽ et electionem ſpecierũ diete magis i ſpali. Et hꝫ hec ps quinq̧ ptes. In pꝛĩa docet eligere conuenientẽ cibatiões ſcðm tpa anni In ſcða ſm ſpecies egritudinis: in tertia ſecundum diuerſam diſpoſitionem virtutis in quarta ſecũdum complexionem. in quinta ſecũdum etatem. Secunda ibi (Et cuꝫ itellexeris) Tertia ibi (Et quando ſcis) Quarta ibi (Et de coꝛpoꝛibus) Quinta ibi (Et ſenes quidem) Pꝛima in quatuoꝛ. nam pꝛimo ponit cibationem conuenientem in eſtate. Secũdo in hyeme. Tertio in autũno Quarto infert generalem indicationem a moꝛbo ſumptam

ſumptam ipſam comparādo indicationi ſumpte a virtute. Scđa ibi (Et in hyeme) Tertia ibi (Et autūnus quidem) Quarta ibi (Et ſcias). In prima parte dicit duo. primum ꝙ eſtas propter ſuaꝫ reſolutionem ſcilicet magnam a caliditate contingentis indiget additione cibationis ꝙ plus de cibo exhibeatur ꝙ̄ tempore frigido in quo fit minor reſolutio. Secundū eſt ꝙ indiget ſeparatione eiꝰ. ideſt partitione ita ꝙ pluribus vicibus exhibeat̃: et non multum cibi vna vice. Et huius partitionis ſubdit duas cauſas. Prima. quia virtus facta debilis propter nimiam reſolutionem in eſtate non ſufficeret multum cibum ſimul vna vice digerere. Secunda. quia in eſtate reſolutio eſt per ſparſionem .i. continua aut valde frequens oportet ꝙ cābium .i. quod reſtauratur loco deperditi fit. ꝑ ſparſionem id eſt continuum aut valde frequens vt in omnibus quo ad multitudinem et continuitatem vel frequentiam reſtaurando proportionetur reſolutioni.

Dieta hyemis ¶ Et in hyeme eſt res econtrario: quoniā propter paruitatem reſolutionis eius non facit indigere cambio multo. Ampliꝰ ſi multum dederit cambium ſubito erit tolerans ipſum et fortis apud expulſionē eius.

¶ Hic eſt canon cibationis in hyeme. et vult ꝙ econtra fiat ſcilicet ꝙ detur minus de cibo ꝙ̄ in eſtate propter paucitatem reſolutiōis non facientem indigere cambio multo. Uult ſecūdo ꝙ detur cibus in quantitate maiori vna vice: quoniam virtus eſt fortis cum non ſit reſoluta ſicut in eſtate potens multum digerere cibum qui eſt cambium reſoluti. et eſt fortis apud expulſionem eius ad mēbra nutrienda cum eſt digeſtusꝰ. Aut aliter apud expulſionem eius ſcilicet ſuperfluitatis que in digeſtione eius reſecantur. Aut tertio apud expulſionem eiꝰ. id eſt quando cibus eſt expulſus per omnes digeſtiones ſtat virtus conſtans abſ cibo nouo pluri tempore. quia non ita diſſoluitur ſicut in eſtate. Et ex hoc textu aperte liquet plus de cibo eſſe offerēdum in equali tēpore: vt puta die naturali in eſtate ꝙ̄ in hyeme. Econtra vero in hyeme minus de cibo eſſe offerendum in equali tempore: ʒ in vna vice plus exhibendum ſit. et per cibum hic intellige cibū et potū: nā per vtrūq humidū deperditū eſt aptū reſtaurari. ¶ Notandū ne contingat error in expoſitiōe huius textus ꝙ reſolutio et reſtauratio quantū ad diſpoſitiōes ſunt motus continui. ſemper eñ calor diſponit ad reſolutiōneꝫ humidi ⁊ ipſius reſtaurationē: ſed quantū ad reſoluta ⁊ reſtaurata nō ſunt motus ꝯtinui: imo hoc mō reſolutio ⁊ reſtauratio ſunt mutationes q̄ fiunt in inſtāti Nam ſi hoc mō accepte eſſent cōtinue ſequeretur in quacunq parte tēporis fore infinita reſoluta ⁊ infinita reſtaurata: et cōſequēter in quacunq parte temporis infinitum reſolueret̃ ⁊ infinitū reſtauraretur. Qui tamē tenent formā ſubſtātialē in reſolutione deperditi ſucceſſiue et in reſtauratiōe ſucceſſiue acquiri poſſent: defendere ipas eſſe motus cōtinuos. Et conſequēter ꝯcederent ꝙ in quacūq parte tēporis infinita reſoluerētur ⁊ infinita reſtaurarentur. ¶ Ex quibus tamē nō ſequit̃ ꝙ in aliqua parte corporis reſolutū ⁊ reſtauratuꝫ ſit infinitū. ¶ Sed his omiſſis ſequendo cōmunē opinionem dicamus de intentione Auicē. in hoc textu qđ plura ſunt reſoluta et plura ſunt reſtaurata in eſtate quam in hieme. ⁊ hoc eſt quod dixit per ſparſionē.

¶ Et autūnus quidem eſt tempus malum et propter hoc oportet vt ſubtilietur in eo inter conſeruationem virtutis et inter ſuperationem materie et ſpargere paulatim in eo eſt melius: et prorſus ſpargere cum debilitate virtutis eſt melius egro.

¶ Nunc ponit dietam conuenientē in autūno dicens ꝙ autūnus eſt tempus malum. ſimulatur eñ morbo de corruptiōe humorū. propterea oportet vt ſubtilietur in eo inter ꝯſeruationē virtutis et ſuperationē materie: ideſt ꝙ taliter ordinetur dieta ꝙ virtus conſeruetur ⁊ materia ſuperetur. Et ſpargere paulatim. ideſt cibū partiri: parum pro vice exhibendo eſt melius in eo vt virtus debilis in autumno ſaltem in comparatione ad hiemem ⁊ ver poſſit bene digerere ne materia multiplicetur: et concludit ꝙ partiri cibum quando virtus eſt debilis melius eſt egro cum virtus debilis non poſſit multum cibum vna vice ſumptū digerere: et quia cum male digeritur ſuggerit materiam morbo. Dieta autūni.

¶ Et ſcias quod ſi nō eſſet illud quod pertinet virtuti eſſet magis neceſſarium vt ſubtiliaretur cibus vltima ſubtiliatiōe: ſed virtus non ſuffert illud et deficit. et cum deficit non valet curatio. Curans enim ſicut ſciuiſti eſt virtus: non medicus: quoniam medicus facit ꝑuenire inſtrumentū ad virtutē.

¶ In parte iſta infert dietam a morbo ſumptam ipſam diete a virtute ſumpte comparando. Et dicit quod ſi nō eſſet illud quod pertinet virtuti eſſet melius quod ſubtiliaretur cibus vltima ſubtiliatione que eſt nihil dare: ſed virtus non ſufficit illud et deficit: et cum deficit non valet curatio. Curans enim vt ſciuiſti eſt virtus nō medicus: ſcilicet principaliter. facit enim medicus inſtrumēta peruenire ad virtutē. Eſt itaq virtus agens principale: medicus vero miniſter et ſubſeruiens. porrigit enim inſtrumenta virtuti. iuxta illud Galeni tertio tegni iuxta principiū. Omnium quidem natura operatrix: medicus vero miniſter. Sed hoc eſt verum nō ſemper: ſed vt plurimum. Nam inurendo ſuendo ſecando carnem mortuā auferendo membra diſlocata aut fracta ad loca ſua reducēdo medicus eſt principale agens iuxta illud Gal. quarto de ingenio ſanitatis. Carnem quidem ſolidare et creare actiōe nature fiunt. medicine enim in his nihil agunt niſi quod ea que naturam impediunt expellunt. Amputare vero carnem et incendere nō actione nature fiunt ſed cum medicinis fortiter exiccantibus. Dieta a morbo.

Dubitatur vtrum dicta Auicēne in tribus ſcilicet de eſtate hieme ⁊ autumno cōtineāt veritatem. ¶ Pro ſolutione dubij premittēdum quod corpora regenda ſunt duplicia. quedaꝫ robuſta ſiue merito cōplexionis ſiue merito etatis et hec ſunt apta tēpore frigido fortificari per antiparistaſim et tempore calido debilitari propter nimiam reſolutionē. quedaꝫ vero ſunt debilia que oppoſito modo ſe habent. ¶ Secundo premittendum qđ licet dicta Auicē. poſſint verificari in corporibus ſanis et egris. intentio tamen Auicen. eſt in parte preſenti regere corpora egra et proprie ſebrientia febre putrida. ¶ Tertio premittendum quod per cibum aliquando intelligimus cibū proprie ſumptum diſtinctum contra potum. et hic nō poteſt glutiri ſine maſticatione. Quādoq vero accipimus cibum cōmuniter pro quocunq apto nutrire corpꝰ. ſiue maſticatiōe egeat ad hoc vt poſſit

Hyeme diete groſſiores q̄ vētres calidiores.

Alexāder Aphrodiſæus lib. 2. p̄ble. 119. Cur p̄ hyeme plus cibi adſumunt, plurimiq̄ et fortius poſſunt. Quoniā calor nō pri coporis pulſus exterioris frigoris vehemētia ad ſedem interiorem ſe recipiens, magis facit ut cibus & plurimus & fortiꝰ coquatur & aſſumatur.

deglutiri:ſiue poſſit deglutiri ſine maſticatione.
**Quibus ſic** p̄miſſis ſit hec prima con-
cluſio.accipiendo cibum ꝓ-
p̄ie in corporibus robuſtis tota ſumma cibatio-
nis hiemalis debet eſſe maior ꝙ̄ tota ſumma ciba
tionis eſtiue. Iſta cōcluſio eſt de intentione Rabi
prima affo.cōmento.xvij.Quibus ſemel aut bis.
dum dicit.eſtas eſt tempus in quo cibus debet da
ri pluribus vicibus et minoris quātitatis: de quo
cunq̄ꝫ comedat in omnibus vicibus. Secundo cor
pus eſtate habet humores corruptos. igitur minꝰ
de cibo eſt exhibendum. conſequentia tenet: quia
non pura corpora quāto magis nutries tanto ma
gis ledes. Tertio virtus pro recompenſatione re-
ſoluti eſt fortior in hieme quā in eſtate. ergo plus
de cibo eſt dandum in hyeme quā in eſtate. aſſum
ptum eſt de intentione omniū auctorū:⁊ cōſequen
tia probat̄:q̄ ceteris paribus plus de cibo dāduꝫ
eſt in habētibus fortiorē digeſtiuā. et ideo videmꝰ
carnoſum corpus in hyeme impinguari in eſtate
vero macreſieri.¶ Et ꝯfirmat̄.quia cibus magnū
nocumētum afferret:ſi nō poſſet cōuenienter dige
ri.melius aūt et in maiori quantitate digereret̄ in
hyeme quam in eſtate virtute exiſtēte fortiori in to
ta hyeme quā in tota eſtate.¶ Preterea oportet in
hyeme multū habere de ſanguine et ſpiritu vt cor-
pus a frigore defendatur. Et pro ꝯcluſione hac eſt
experiētia Gentilis in ſolutione huiꝰ dubij. ¶ Se
cunda cōcluſio.potus debet eſſe maior eſtate quaꝫ
hyeme. Pro hac eſt experientia ⁊ autoritas Raſis
xvij.cōtinentis capitulo de aere.dum dicit. Eſtate
vtere cibis humidis :et vinū ſit multum bene lim-
phatuꝫ.¶ Preterea maior eſt indigētia humidi ro
ridi eſtate quā hyeme:cuius ſignum eſt ſitis ma-
ior eſtate quam hyeme:nec etiā ſolum propter hu
midi recōpenſam conuenit maior potus: ſed pro-
pter refrigerare calidum intenſum calore eſtiuo.
¶ Tertia ꝯcluſio.accipiēdo cibuꝫ cōmuniter plus
de cibo offerendū eſt in tota eſtate quā in tota hye
me. Hanc cōcluſionē vult Auicē.in littera niſi veli
mus peruertere textū eius. ¶ Et pro hac eſt ratio
ſua:quia mlto maior eſt reſolutio in eſtate tota ꝙ̄
in tota hyeme. Nec obſtat fortitudo ꝟtutis maior
in hyeme quā in eſtate:quia ea que ſunt liquida a
virtute etiam debili facile tranſmutātur.¶ Quar-
ta cōcluſio.in corporibus debilibus que fortificā
tur eſtate et debilitant̄ hyeme plus de cibo ⁊ potu
et frequentius eſt offerendū in eſtate quā in hyeme
cōcluſio manifeſta eſt. quia reſolutio eſt maior et
virtus nutritiua eſt fortior eſtate quam hyeme.
¶ Quinta concluſio licet ſcōm plurimū in corpori
bus robuſtis egris ſit plus de cibo exhibēdum tē-
pore hyemis quā eſtatis.aliquādo tamē in egritu
dine peracuta eſt plus de cibo exhibendū in eſtate
quam hyeme. Prima pars eſt manifeſta cum ſcōm
plurimū morbi ſint magis cronici tēpore hyemis
quā eſtatis in quibus groſſius eſt cibandū. Sed ſe
cunda probatur:quia quādoq̄ꝫ in egritudine per-
acuta terminād a cretice in tertia die nihil cibi da
bimus in hyeme:quia virtus eſt magis potens to
lerare abſq̄ꝫ cibo que tamen in eſtate non poterit
tolerare cum merito eſtatis virtus ſit debilior.
¶ Et ex iſto fundamento tenendū eſt quod frequē-
ter in corporibus robuſtis aliorum paritate ſup-
poſita ex parte morbi et reliquorū eſt groſſius die
tandum in eſtate quā in hyeme. quia in eſtate vir-
tus eſt debilior quā in hyeme que indicat de maio
ri cibi oblatione licet minus pro vice ſit exhiben-
dum. ¶ Et nota ꝙ Auicen .in hoc capitulo nullā
fecit mentionem de cibatione cōuenienti in vere:
quia noluit eius cibationeꝫ debere intelligi per ci
bationes aliorū temporū. Indicatione enim ſum
pta a virtute plus de cibo eſt exhibendū in vna vi
ce in hyeme quam in vere et in vere quā in autūno
et in autumno quam in eſtate.pluribus tamen vi-
cibus exhibendus eſt cibus in eſtate quam in autū
no et in autumno quam in vere. et in vere quam in
hyeme. Tota tamē ſumma cibi diſtincta cōtra po-
tum debet eſſe maior in hyeme quā in vere:et in ve
re quā in autumno. et in autumno quam in eſtate.
¶ Sed ſumma potus ſe habet econtra. ¶ Accipiē
do vero cibū vt eſt cōmunis ad cibum ꝓp̄ie ſum-
ptum et ad potū:maior ſumma offerēda eſt in eſta
te quam autumno:et in autumno quam in vere:⁊
in vere quam in hyeme.¶ Et hec omnia ex iam di-
ctis facile poſſunt perſuaderi . Et hec vera ſunt
in corporibus naturaliter robuſtis. in debilibus
vero in multis ſe habent res econtra.¶ Dixi ſupe-
rius indicatione ſumpta a virtute:quia indicatio-
ne ſumpta a repletione que in multis eſt in vere:et
a corruptione humorū que in multis eſt in autum-
no.cum ver aſſimiletur morbo de repletione: ⁊ au
tumnus morbo de corruptiōe humorū.multotiēs
oporteret cibare ſubtilius in vere ⁊ autūno quā in
eſtate.¶ Et hoc dubium ſit hoc modo breuiter ex-
peditum. Longiores enim ſermones dimitto do-
minis theoricis.

¶ Et cum intellexeris hoc:tunc oportebit
vt conſideres.nam ſi egritudo fuerit valde
et illud eſt vt ſit ſtatus eius propinquus:et
extimaueris quod virtus nō deficiet in hoc
tempore quod eſt inter pricipium eius vſq̄ꝫ
ad ſtatum eius alleuiabis occupationem a
virtute et incitabis eam ſuper materiam:et
non facias eam occupari in cibo ſpiſſo:im
mo ſubtilia regimē ſtatim cum dimiſſiōe ci-
bi omnino: et proprie in die criſis.

Spēs diete ſm̄ ꝺiuerſitates egritudines.

¶ In parte iſta docet eligere ſpecies diete ſcōm di
uerſitates egritudinū penes cronicitatem et acui
tatem ipſarum.ſecundo docet regimē dietādi gra
datim.ſcōa ibi.(Uerum eſt tibi neceſſarium.) Pri
ma in tres.primo ponit regimē per dietā in febre
valde acuta. Secundo in febre acuta abſolute. ter
tio in cronica.ſecunda ibi.(Et ſi videris)tertia ibi
(Et ſi videris egritudinē cronicā.) In prima par-
te Auicenna vult iſtam concluſionē.in febre valde
acuta habente ſtatum propinquū conſtante virtu
te non ingroſſetur.immo ſubtilietur regimē:⁊ om-
nis auferatur cibus et proprie in die criſis. Cōclu
ſio arguitur ſic.natura nō debet occcupari in dige
rendo cibum ſpiſſum: immo incitari ſupra mate-
riam.ergo cōcluſio vera. Ueniendo ergo ad litterā
dicit Auicenna cum intellexeris hec: ſcꝫ que dicta
ſunt in parte prelecta:ſcꝫ de ſpeciebus diete ⁊ qd̄
niſi eſſet reſpectus ad virtutē ſubtiliaremus vlti-
me. Oportet conſiderare manerīe egritudinis que
ſi fuerit valde acuta habens ſtatum propinquū te
extimante nō deficere virtutē in hoc tempore quod
eſt a principio vſq̄ꝫ ad ſtatum alleuia virtutē ne oc
cupetur ſupra cibum ſpiſſum: immo ſupra mate-
riam febris.quare ſubtilia regimē ſaltē in die cri-
ſis omnino dimittendo cibum.quaſi dicat qd̄ ali-
quid ſubtile poſſet exhiberi in pricipio aut in aug
mento ſicut parum vini grauatorū aut parū aque
ordei ſubtilis:ſed nihil in ſtatu.

¶ Et ſi videris

¶ Et ſi videris egritudinē acutam nō valde: immo acutam abſolute: tunc opoꝛtebit vt ſubtilies regimē non in vltimo niſi apud ſtatum in die criſis pꝛopꝛie niſi pꝛopter cauſam maximam.

Dieta egritudinis acute.

¶ In parte iſta dicit Auicenna pꝛimum. Si cognoueris egritudinem acutam non valde: immo egritudinem acutam abſolute: que ſcꝫ terminanda ſit a quarto vſcꝫ ad decimūquartum: tunc opoꝛtebit vt ſubtilies regimen non in vltimo: quod eſt nihil dare. Secundo dicit quod non ſubtiliare regimen in vltimo eſt obſeruandum niſi apud ſtatum: ideſt in ſtatu et pꝛopꝛie in die criſis. nam tūc eſt vltimo ſubtiliādum. Tertio dicit niſi pꝛopter cauſam maximam ſcilicet pꝛopter manifeſtam debilitatē virtutis. necꝫ in ſtatu: necꝫ hoꝛa criſis eſt vltime ſubtiliandum: immo accidētibus virtutem diſſoluentibus illico dandus eſt cibus. pꝛima affoꝛiſmoꝛum.

¶ Et ſi videris egritudinem cronicam aut propinquā cronice: non ſubtilies regimē. virtus enim non ſaluabitur vſcꝫ ad ſtatum cum ſubtiliatione regiminis.

¶ In hac parte dicit duo. Pꝛimum ſi videris: ideſt cognoueris egritudinem cronicam: ideſt tempoꝛalem terminādam vltra quadrageſimū. aut pꝛopinquam cronice: ſcilicet tropicam que terminatur in decimoquarto excluſiue vſcꝫ ad quadrageſimum incluſiue non ſubtilies regimē. Scdo reddens cauſam dicit: quia virtus nō ſaluabitur vſcꝫ ad ſtatuꝫ cum ſubtiliatione regiminis.

¶ Uerum eſt tibi neceſſarium cum hoc in omnibus ſpeciebus: vt ſit pꝛincipiū tui regiminis groſſius: et poſtremū tui regiminis perueniens ad ſtatum ſubtilius et gradatim pꝛocedas in eo quod eſt inter illa. ita vt virtus ſit conſeruata vſcꝫ pꝛope ſtatū: tunc enim intende ſuper materiam: et non ſis occupatus in alio.

Regimē per dietam.

¶ In parte illa ponit gradatim pꝛoceſſum in regimine per dietam: et intendit iſtam cōcluſionē. In omni ſpecie febꝛis debes a pꝛincipio groſſius dietare. ſecundo in ſtatu ſubtilius: et in ſpacio inter pꝛincipium et ſtatum debes gradatim pꝛocedere continue ſubtilius dietando. cōcluſio arguitur ſic. Taliter debet infirmus a pꝛincipio dietari vt virtus conſeruetur vſcꝫ ad ſtatum: et taliter in ſtatu vt ſit intenta materie et nō occupata. igitur in pꝛincipio eſt groſſius dietandū et in ſtatu ſubtilius et in tēpoꝛe medio gradatim a groſſioꝛi ad ſubtilius pꝛocedendum. tenet conſequentia. et partes antecedētis ſunt ſatis manifeſte intelligēti terminos.

**Dubitatur** circa has partes. vtrum contineant veritatem. ſed circa regimen pꝛimum ab Auicenna poſitum hic nō opoꝛtet aliud inquirere. Superius enim ſufficienter in hoc capitulo diſputatū fuit. An ſit debilis febꝛis peracuta in qua nullus competat cibus: ſufficiūt que dicta ſunt in determinatiōe huius queſtiōis.

Galeni intentio.

¶ Pꝛo notitia huius et alioꝛū regiminū eſt ſciendum de intentione Galeni pꝛimo et tertio pꝛonoſticoꝛum: et tertio de creticis quod egritudinū. quedam ſunt peracute: quarum finis eſt vſcꝫ ad quartum diem incluſiue. Quedam acute abſolute: quarum finis eſt a quarto excluſiue vſcꝫ ad decimumquartum incluſiue. quedam tropice: quoꝛum finis eſt a decimoquarto excluſiue vſcꝫ ad. 40. incluſiue. Quedā cronice: quarum terminus eſt a quadrageſimo die excluſiue ſupꝛa. Et de his duab⁹ vltimis ſpeciebus determinat ſimul in vltimo regimine. In peracutis vero conuenit tenuiſſima dieta que eſt nihil dare vſcꝫ ad quartum diem ſi fuerit virtus tolerans. Sed dixi in determinatione dubij illius quod tempoꝛe noſtro in quo homines ſunt aſſueti groſſius dietari quam tempoꝛe ypo. tutius eſt aliquid dari in pꝛincipio aut in augmento: ſicut parum aque oꝛdei aut iuleb aut vini granatoꝛuꝫ. Rationes vide in dubio illo. et hoc innuit Auicenna in textu. Si vero egritudo fuerit abſolute acuta detur in pꝛincipio ptiſana oꝛdeacea vel panata ſubtilis abſcꝫ vino ouis carnibus et ſimilibus que declinant ad dietam groſſam: in augmēto detur ptiſana aut panata ſubtilioꝛ aut ratione quātitatis: aut quia ſit minus de pane aut farina et ſimilibus in genere ſubtilis diete. Sed tempoꝛe noſtro eſſet melius vt huiuſmodi decoquerentur in bꝛodio pulli parui et ſimiliū. Sed in ſtatu nihil detur et pꝛopꝛie in hoꝛa criſis. ſed tempoꝛe noſtro conceddatur aliquid aque oꝛdei aut iuleb aut vini granatoꝛum ⁊ ſimilium. Si vero egritudo fuerit cronica aut pꝛopinqua cronice ſicut tropica concedatur groſſioꝛ dieta: ſicut panata cum pullo: et in augmento panata cum paucioꝛibus carnibus aut magis ſubtilibus: ſed in ſtatu ſola panata aut ptiſana oꝛdeacea abſcꝫ carnibus: et poſſet concedi in regione noſtra aliquid vini cum apparet digeſtio in pꝛincipio et in augmento et in ſtatu minus. et hec omnia intelliguntur in cura regulari et in regimine vniuerſali quod oꝛdinetur in relatione ad ſtatum: quia cura coacta opoꝛtet aliquando dare vinum aquam carnis in ſtatu et hoꝛa criſis. Item in regimine particulari pꝛopter multitudineꝫ materie opoꝛtet aliquando attenuare dietam in egritudine cronica quouſcꝫ minoꝛata ſit plenitudo: et poſtea ingroſſare minoꝛata plenitudine: ⁊ poſtea ſubtiliando pꝛocedere vſcꝫ ad ſtatum incluſiue: et pꝛopꝛie in hoꝛa criſis. Similiter in regimine tentatiuo. cum ignoꝛemus egritudinem opoꝛtet ab ipſo initio attenuare vt virtus non occupata cibo vel manifeſtet eā vel ſuperet ipſam vt ſtatim dicetur. et etiam dictum fuit ſuperius in curatione vniuerſali febꝛium. Et hic nota exemplū Alyabatis tertio pꝛactice qui aſſimilat egrum peregrino: egritudinem peregrinationi ſiue vie: dietam expenſis peregrinus enim ſi peregrinatio ſit lōga defert ſecum multū pecunie ne deficiat in via. ſin vero bꝛeuiſſima: non opus eſt vt ſecum deferat aliquid pecunie. ſi vero media ſit mediocriter ſecum deferat de pecunia. ¶ Et hic nota ꝙ penes Auicen. ⁊ alios autoꝛes illa dieta dicitur ſubtilis que parum nutrit. Illa groſſa que multuꝫ nutrit. Illa mediocris que mediocriter nutrit: ſiue hec perueniāt merito quātitatis ſiue merito qualitatis. he vero menſurantur in relatione ad dietam conuenientem ſibi ſano. ¶ Item nota quod in tēpoꝛe iſto cum ſit mētio de tempoꝛibus intelligitur de ipſis vniuerſalibus diſtinctis penes accidentia. ¶ Sed quomodo dietandum ſit in tempoꝛibus particularibus dicetur inferius. Eſt enim ſi neceſſitas cogat exhibendus cibus potius in declinatione: deinde in augmento: poſtea deterius in ſtatu: peſſimū in pꝛincipio particulari in moꝛbis materialibus: et hec veritatem continent ſcdm plurimum.

¶ Et quando ſcis quod virtus eſt foꝛtis: De virtute diete.

tunc foꝛtaſſe neceſſarium facit diſpoſitio vt ſis contentus iuleb ſolo: et ſi non plus ſaltem hebdomada vna: et pꝛopꝛie in febꝛibꝰ apoſtematum: quod ſi timueris debilitateꝫ ſis contentus aqua oꝛdei.

¶ In parte p̄ſenti docet eligere diuerſas ſpecies diete ſecundū diuerſas diſpoſitiones virtutis: et duo facit. Pꝛimo ponit duos canones. ſecūdo remouet errorem quendā. ſecūda ibi. (Et illius quidem qui exiſtimauit). Pꝛima in duas. nam pꝛimo docet qualiter dietandū ſit cognita egritudine et diſpoſitione virtutis. in ſecunda qualiter dietandum ſit incognita egritudine. ſecūda ibi. (Et cum ambigua.) In pꝛima parte dicit duo. Pꝛimū quādo ſcis quod virtus eſt foꝛtis: tunc foꝛtaſſe diſpoſitio: ideſt egritudo facit neceſſariū: ideſt eſſe valde vtile et conueniens vt ſis contentus iuleb ſolo ſaltem hebdomada vna et pꝛopꝛie in febꝛibꝰ apoſtematum. Secundo dicit quod ſi timueris debilitatem ſis cōtentus aqua oꝛdei que eſt nutribilioꝛ iuleb. ¶ Notandū pꝛimo quod per iuleb debes intelligere ſirupum ſimplicem factum ex aqua ⁊ zuccaro. vel addita aliqua parte aque roſate. vt vult Johannes ſerapiōis in ſeptimo bꝛeuiarij. et eſt a greco iulē. Et certum eſt quod ſi debet eſſe minus nutritiuum aqua oꝛdei: opoꝛtet quod ſit in eius compoſitione parum zuccari. et multum aque niſi foꝛte per aquam oꝛdei intelligeremus ptiſanam: ⁊ certe noſtro tempoꝛe nō debemus eſſe cōtenti ſolo iuleb. aut aqua oꝛdei: ſꝫ dabimus ptiſanā. Non credamus tamen ſicut dicit Gentilis quod Auicēna fuerit ita inſciens quod in magnis caſibus virtutis ſuccurrat cum aqua oꝛdei: immo cum vino et aqua carnis vt apparet vndecima tertij. Sed intētio ſua fuit vt valde tenuiter dietemꝰ. modo virtus non cadat. ¶ Secundo notādum quod maxime in febꝛibus apoſtematū debemus attenuare regimē vt materia diuertatur a fluxu ad partē apoſtematam facto coꝛpoꝛe auaro pꝛopter cibi abſtinētiaꝫ vnde in apoſtemate inteſtini recti facit Auic. ieiunare duobus diebus tertio canone. fen. x.

¶ Et cū ambigua ſit tibi diſpoſitio in egritudine et non cognoſcis eam: tunc vt declines ad ſubtiliationem eſt melius quam vt declines ad additionem te obſeruante virtutem et tolerantiam.

¶ Hic ponit ſecundū canonē dicens. quando non cognoſcis egritudinem eſt melius vt declines ad tenuitatem diete quam ingroſſationē te tamē obſeruante virtutem et tolerantiam eius. ideſt quanto tempoꝛe iudicio eſtimatiuo potes tolerare hāc ſubtiliationem vt non magis ſubtilies quam virtus poſſit tolerare.

Contra. minus nocumentum eſt declinare ad dietam groſſioꝛem quam opoꝛtet quam ad ſubtilioꝛem ꝙ opoꝛtet. igitur te ignoꝛante egritudinē et durationem eius eſt tutius declinare ad ingroſſanduꝫ dietam quam ad ſubtiliandum. tenet conſequentia. quia in rebus dubijs pars tutioꝛ et minus malum eſt eligendū. Sed antecedēs eſt ypocra. pꝛima afoꝛiſ. Omne enim peccatuꝫ quodcunqꝫ ſit magnū magis ſit in tenuibus quam in groſſioꝛibus dietis. ¶ Preterea ſi ſpeciem egritudinis ignoꝛo multo magis ignoꝛabo durationem eius cum valde difficilius cognita ſit duratio egritudinis quā ſpecies eius. Et ꝯſequēter nullo pacto conſeruare potero virtutem neqꝫ tolerantiā eius. i. quanto tempoꝛe poſſit tolerare. ¶ Preterea inſurgit dubium quanta debet eſſe huiuſmodi ſubtilitas diete: debet ne eſſe tenuiſſima aut magis appꝛopinquare medie. ¶ Ad hoc dicendum eſt quod hic canon eſt ad faciendum nos deuenire in noticiam egritudinis ignoꝛate. hoc autem melius fit cum natura nō occupata cibo ſe totam conuertit contra egritudinem: quia aut ſuperat: aut manifeſtat eam. ¶ Ad pꝛimam igitur rationem dicitur quod licet ſit maius malum declinare ad dietam ſubtilioꝛem quaꝫ groſſioꝛē ꝙ opꝫ. Attamen hic timoꝛ maioꝛis mali eligitur vt veniamus in notitiam egritudis cuius cognitio pꝛeeligitur timoꝛi illius maioꝛis mali.

¶ Ad ſcōm dicitur quod licet tēpus tolerantie adequate ſciri nō poſſit tamē per virtutem pꝛeſenteꝫ aliquam habeo conieccturā de tolerantia virtutis. etiam quotidie tangendo pulſum conſiderādo virtutem vitalem animalē et naturalē menſure tenoꝛem virtutis an perduret an manifeſte deficiat.

¶ Ad tertium dicitur quod medicus habet aliquā conieccturam de duratione egritudinis. dato quod nō cognoſcat ſpeciem egritudinis que coniectura ſumitur a tempoꝛe anni. a cōplexione. a modo paroxiſmandi et pulſu et reliquis de quibus actum eſt pꝛima quarti capitulo quarto ⁊ ſcōm coniecturam illam longitudinis aut bꝛeuitatis dietat.

¶ Sed pone quod nullā habeas penitus de egritudine notitiam: ſicut ydiota tunc melius eſt vt oꝛdines dietam mediam: ſcilicet panē lotum vel ptiſanam oꝛdeaceā tēpoꝛe noſtro in bꝛodio pulli. ſic enim minus poſſes errare quam ſi oꝛdinares aliquam extremā dietam cum medium minus diſtet ab extremis ꝙ extrema inter ſe.

¶ Et illius quidem qui exiſtimauit quod cibatio in febꝛe acuta eſt melioꝛ: quoniam non eſt intentio in digeſtione et in euacuatione cum volueris vt faciat id natura aut non faciat. erroꝛem iam te ſcire feci: immo quando times caſum virtutis tunc cibatio eſt melioꝛ.

¶ In parte pꝛeſenti Auicenna dicit duo. Pꝛimum quod ſuperius fecit te ſcire erroꝛem illius ſcilicet Raſis qui exiſtimauit quod cibatio et confoꝛtatio in febꝛe acuta ſupple pendente a materia ſubtili eſt melioꝛ. quoniā non eſt intentio digeſtioni cum materia ſubtilis ſecundum ipſum ſit digeſta. Et pꝛo ſed eſt intentio in euacuatione cum volueris vt faciat eam natura: aut volueris quod non faciat eam natura: ſed ars cum tempoꝛe euacuationis opoꝛteat quod virtus ſit foꝛtis. pꝛopter ea cibo eſt confoꝛtanda. Dicit ſcōo: immo quando times caſum virtutis: tunc cibatio eſt melioꝛ: et nō eſt melioꝛ cum euacuatio eſt facienda niſi foꝛte ipa deficiat. ¶ Notandū quod Auicenna fecit erroꝛeꝫ huius Raſis ſciri: ſcilicet in pꝛecedenti capitulo vbi oſtendit materiam ſubtilem indigere digeſtione. et fecit etiam te ſcire erroꝛem eius aut alterius circa euacuationem in hoc capitulo illo. §. Et de illis que ſignificant ſubtiliationem eſt neceſſitas flebotbomie aut ſolutionis ventris. Cum enī adeſt neceſſitas euacuationis opoꝛtet pꝛius abſoluere neceſſitatē illam: poſtea cibare: niſi timeamus caſuꝫ virtutis vel virtutem defecturam.

Repꝛehēdit raſim penum.

¶ Et de coꝛpoꝛibus ſunt coꝛpoꝛa coꝛpoꝛa colerica

ra colerica que requirunt regimen diuerſuz ab illo qd dicimus.et proprie quando ſunt aſſueta comeſtione plurima.ipſi enim cum nõ cibant ſaltem in principio febris:imo in hora q̃ eſt prauior ea ⁊ eſt hora ſtat⁹ nõ vacue ſunt diſpoſitiões eorũ a duab⁹ reb⁹:qm̃ cum ipſi ſint debilium virtutum ſuperuenit eis ſincopis et moriuntur in paroxiſmo et ſi ſunt fortium virtutum cadunt in extenuationem et apparent ſuper eos ſigna ariditatis et ex minoratione naſi et profundatione oculorum.et quod tempora ſunt depreſſa:⁊ fortaſſe ſuperuenit eis ſincopis ante illud propter id quod effunditur ad ſtomachos eorum de colera mordicatiua.

Modi dietandi cõplexiõe

¶ In parte preſenti docet diuerſum modum dietãdi ſcd̃m diuerſitatẽ cõplexionũ et quaſdã diſpoſitiones particulares. Et habet hec pars quattuor partes. In prima parte ponit canonẽ ſpecialẽ indicando de ſpeciali corporis cõplexione. In ſecũda parte ponit canonez indicando ab aptitudine reſolutionis. In tertia Auicenna ſummat naturales diſpoſitiones propter quas oportet diuerſificare cibationes ab eo quod dictum eſt. In quarta parte explicat quaſdam diſpoſitiones preternaturales ſiue accidentia quedam propter que oportet variare cibationẽ.⁊ explicat modos cibationũ hic cõuenientiũ.ibi ſcd̃a.(Et ſunt de hoibus).ibi tertia(Et omnis cuius calor)ibi quarta(Et de eis ſunt quibus). ¶ In prima parte Auic.vult iſtã concluſionẽ.corpora colerica et ꝓprie ſolita comedere multum requirunt regimen diuerſum a predicto regimine.Cõcluſio arguitur ſic. Iſta ſunt cibanda in principio et ſtatu paroxiſmorũ. ergo cõcluſio eſt vera.tenet conſequẽtia probatur antecedens.quia ſi nõ cibantur in principio et ſtatu. vel ſuperuenit ſincopis et moriuntur in paroxiſmis, vel fit fortis eorum extenuatio et ſigna ariditatis: vt minoratio naſi et ꝓfundatio oculorũ.ergo ſunt cibanda in principio ⁊ ſtatu paroxiſmi.Ueniendo ergo ad litterã dicit quod de corporibus ſunt quedam corpora colerica que requirunt regimẽ diuerſum ab eo quod diximus:et proprie quãdo ſunt aſſueta comeſtioni plurime. ipa enim cum nõ cibãtur in principio:ſcʒ paroxiſmi aut in hora que eſt prauior ea ſcʒ hora ſtat⁹.nõ vacue ſunt eorũ diſpoſitiones a duabus rebus: ideſt incurrunt alterum duorum.Nam ſi ſunt debiliuʒ virtutum naturaliter ſcʒ pauci ſpiritus ⁊ ſanguis ſuperuenit eis ſincopis et moriuntur in paroxiſmo. Et ſi ſunt fortiũ virtutum cadunt in extenuationem et apparent ſupra eos ſigna ariditatis ex minoratiõe naſi et profundatione oculoꝝ et quod timpora ſunt depreſſa:ideſt priuata ſuis tumoribus naturalibus:⁊ fortaſſe ſuperuenit eis ſincopis ante: ideſt ante hanc extenuationem propter illud quod effunditur ad ſtomachos eorũ de colera mordicatiua ⁊ ceteris.

**Dubitatur** vtrum corpora colerica indigeant cõtrario regimine ei qd diximus:ſcʒ quod ſint cibanda in pricipio ⁊ ſtatu paroxiſmi.Et arguitur qd nõ:quia multa ſunt talia.et ſic in multis eſſet hoc regimen obſeruandũ. cum tamen Auicenna iubeat raro hoc regimen fieri.¶ Secundo complexio ſicca indiget conſeruari cum ſiccis: ſicut humida humidis. vnde dieta humida confert infantibus et graſſis. ergo nõ debẽt iſta corpora ſicca cibo humectari.¶ Preterea dicit hoc regimẽ eſſe obſeruandũ quando hec corpora ſunt aſſueta plurime comeſtioni.¶ Sed cõtra hoc eſt Galenus primo regiminis acutoruʒ.capitulo quarto vbi ponens duo exẽpla ponit illum cuius vult regimen attenuare cõſuetum plurima comeſtione.Et videtur cõueniens.quia plurima comeſtio eſt ſignũ plurime repletionis: et vbi eſt plurima repletio conuenit minus cibare.

**Dicendum pro** ſolutiõe dubij quod corpora de quibus eſt hic ſermo ſunt exuberantia multa colera calida et ſicca macra vtentia in vita ſua multo exercitio et parum dormiẽtia:et de his eſt iuuenis de quo loquitur Galenus.xviij.terapẽtice.capitulo tertio ⁊ in lib.de cauſis pro catarticis.capitulo ſcd̃o.Non ergo ſunt omnia corpora colerica ſed quedam.qd patet ex modo loquendi Auicen.Non eñ dixit corpora colerica: ſed de corporibus. quaſi dicat.aliqua ſunt regẽda regimine cõtrario ei:qd ſupra ſcriptum eſt.debent enim cibari in principio paroxiſmi in ſtatu paroxiſmi et parũ ante initiũ:et quandocunq; fuerint incibati ne ſincopizẽt in paroxiſmo et moriantur ſubito.aut ſi releuentur a ſincopi incurrant extenuationẽ et faciem tornatilem qualis deſcripta eſt ab ypo.primo pronoſticoꝝ.Si tamẽ eſſet poſſibile expectare declinationẽ paroxiſmi eſſet preſtantius:et ex his patet ſolutio ad rationem primã.¶ Ad ſecundã dicendum quod hoc accidens quod timetur preiudicat naturali complexioni. Uel melius dic quod nõ omnia corpora ſunt conſeruãda cum ſimilibus ſed ſolũmodo corpora inculpate ſana:imo huiuſmodi ſunt potius preſeruanda cum cõtrarijs prohibentibus prohibentibus vlteriorẽ lapſum cum ſemper prona ſint in ſiccitatem ⁊ arefactionẽ.¶ Ad tertiam dicendũ quod aliquis eſt homo aſſuetus multo cibo indigens illo propter plurimã eius reſolutionẽ: et hec non impinguantur nec habẽt fecem plurimã:et de iſto loquitur Auicẽna.xiij.tertij.capitulo de ſignificationibus diſpoſitionũ ſtomachi. et de hoc eſt ſermo hic.Aliquis eſt aſſuetus multo cibo non indigens eo qui eo repletur ⁊ faſtiditur habens multitudinem fecum et conſtituitur in diſpoſitiõe neutra:et huic conuenit in febre minoratio cibi:et de hoc loquitur Galenus primo regiminis acutorũ. Aliter dicitur quod conſuetudo multi cibi aut eſt diu aſſueta ante morbum: et hec eſt illa de qua loquitur hic Auicenna.Alia vero parui temporis ante febrem:et de hac loquitur Gal.loco.ſupra allegato,et forte hec reſpõſio coincidit cum prima.

¶ Notandum qd in hac parte reperitur duplex littera.vna eſt purior:altera prauior. ſi dicat purior textus eſt clarus.in hora enim ſtatus calor eſt purior.quia intenſior et nõ admixtus frigiditati cui frequenter eſt admixtus in pricipio. Si vero dicat prauior poteſt dupliciter itelligi.vno modo ad reſoluendum et corpus extenuandũ:et eſt ſenſus littere clarus.Alio modo quo ad cibum . ⁊ dicunt cõmuniter ꝙ nocumentũ cibationis eſt maius intenſiue in ſtatu paroxiſmi. ſed nocumentuʒ cibatiõis in pricipio paroxiſmi eſt maius extenſiue. quia in ſtatu calor eſt intenſior: et cibus addit in calorem: ſed nocumentũ cibationis in principio paroxiſmi eſt maius extenſiue:quia nocumentum eius extenditur ad omnia tempora paroxiſmi ſequẽtia.Ego autem credo nocumentuʒ cibationis in principio paroxiſmi nõ ſolum eſſe maius extenſiue:ſed ſcd̃m

plurimum eſſe maius intenſiue: cum inteſiora fiāt nocumenta et pauca iuuamenta. Nocet enim ſuffocando calorem innatū coartādo magis pulſuʒ et pauca eſt tunc indigentia cibi cum corpus nondum ſit exiccatum et reſolutum. ¶ Item prolongatur principium et cetera tempora et mors poteſt ita accidere in principio per viam ſuffocationis: ſicut in ſtatu per viam reſolutionis: ſed in ſtatu nocet. quia forte prolongat ſtatum et declinationem licet forte prouocando ſudorem qui forte nō prouocaretur ſine cibo: poſſit eſſe cauſa abbreuiationis eorum. ¶ Item facit aliqualiter excreſcere calorem: ſed multa iuuamenta facit humectando et reſtaurando corpus exiccatū et reſolutum. Credo itaqꝫ intelligendum eſſe ꝙ ſtatus eſt hora prauior quo ad corporis exiccationē nō quo ad cibationē. et maxime in his corporibus de quibus hic loquitur. in quibꝰ poteſt accidere ſincopis et mors ſubita per viam reſolutionis. Et non ſolum ſtatus eſt prauior hora ad occidenduʒ per viam reſolutiōis quā principiū: immo declinatio paroxiſmi eſt prauior hora quā principiū ad occidendū per viam reſolutionis. tertio de criſi. cap̄. tertio ⁊ ſcd̄a quarti. capitulo de horis et ſpeciebus mortis. Et ſi queraẗ in quo tempore eſt melius cibare hec corpora que ſincopiʒant in paroxiſmis et quandoqꝫ ſubito moriuntur. ¶ Dicendū quod ſincopis poteſt accidere his corporibus dupliciter. vno modo ex defluxu colere ad os ſtomachi: et hoc magis accidit in principio paroxiſmi. Alio modo per viam reſolutionis: et hoc magis accidit in ſtatu. ¶ Dicendum igitur quod ſi accidat ſincopis ſolum ex defluxu colere ad ſtomachum melius eſt cibare parū ante principium cum aliquo ſtiptico frigido ſicut cum pane infuſo in vino granatorum vt ſtomachus confortatus a ſe coleram repellat. aut ſi veniret ad ſtomachum facile poſſit vomi. Sed in his qui ſincopiʒant propter reſolutionem: aut vtroqꝫ modo debemus in principio vel parum ante principium: et etiam in ſtatu ſi nō poſſit expectare vſqꝫ ad declinationem: ſed in principio vel parum ante principium cum cibo iam dicto: et forte ſi panis eſſet infuſus in vino ſtiptico eſſet preſtantius. In ſtatu autē cum aliquo reſumptiuo: ſicut cum aqua carnis vino et ſimilibus ſi nō poteſt expectare declinationē. hec enim cura eſt coacta.

¶ Et ſunt de hominibus quidam qui ſunt exuberātis carnis: ſʒ cum abſcindiẗ ab eis cibꝰ debilitanẗ ⁊ extenuationē icurrūt: q̄re non tolerant prohibitionem cibi.

¶ In parte preſenti ponit quendam canonem cibationis diuerſe a cōmuni conſuetudine cibationis egrorū. Et dicit quod de hominibus ſunt quidam exuberantis carnis a quibus cum cibus abſcinditur in paroxiſmo debilitantur et extenuantur: quare non tolerant prohibitionem cibi. ¶ Notandum quod corpora huiuſmodi ſanguinea carnoſa ſunt duplicia. Quedaʒ eniʒ ſunt denſa in poris ſuis et habentia humidum ſpiſſum et ratione huius non facile reſolubilia: licet habeant multuʒ de calore faciente ad reſolutionem: et hec facile tolerant famem apud Galenum nono terapentice. Quedam autem ſunt rara in poris ſuis et habentia humidum non ſpiſſum: et hec ſunt facile reſolubilia: et cum patiuntur famem extenuationem incurruunt. et ſunt cibanda in paroxiſmo. ⁊ ꝓpꝛie in ſtatu quando prolongatur.

¶ Et omnis cuiꝰ calor innatus fortis eſt valde aut plurimus: aut calor innatꝰ eſt valde debilis nō poteſt dimittere cibum.

¶ In parte preſenti Auicenna ſummat cauſas cibationis diuerſe a cōmuni cibatiōe egrorū dicēs ꝙ omnis cuius calor innatus eſt fortis valde: ideſt intenſus: aut ſiccitati conſuētus: aut vtroqꝫ modo ſicut in corpibus colericis de quibꝰ ſupra. Naʒ per hec duo calor fit acutior notabilr̄ reſoluēs: ⁊ plurimus. i. cū magna multitudine caloris ſequēte multitudinē ſubiecti ꝓpꝛij: ſicut in ſanguineis: de quibus ſupra: ⁊ in infātibꝰ: aut calor innatꝰ valde debilis: q2 remiſſus ⁊ paucus: ſicut in corporibꝰ exanguibꝰ priuatꝭ calore: necnō ſpiritibꝰ aut merito cōplexionis: aut merito etatis: ſicut decrepiti nō pn̄t dimittere cibuʒ. Sunt enim in paroxiſmo cibādi.

Contra. contrariarū diſpoſitionum regimina debent eſſe contraria. ergo ſi vnus iſtorū nō tolerat abſtinentiā alter tolerabit eam. ¶ Preterea calor innatus valde debilis parum reſoluit. ergo tolerat abſtinentiam. tertio calor multus oſtēdit multam copiam ſanguinis: et talis tolerat abſtinentiam. ¶ Ad primum dicenduʒ quod contrariarū diſpoſitionū in eo quod ſunt contrarie cōtraria debēt eſſe regimina. et hoc modo: q2 calor paucus ⁊ calor multꝰ ſunt ꝯtrarij: q2 paucus paꝝ reſoluit ⁊ parū pōt digerere. multus multū reſoluit et multū pōt digerere. idigēt regimīe ꝯtrario. ſ. paucus pauco cibo ꝓ vice: ſicut i decrepitis ⁊ exanguibus. ⁊ multꝰ multo cibo ꝓ vice: ſicut in infantibꝰ et ſanguineis: ſed in illo in quo ꝯueniūt indigēt ſilr̄ regimine. ꝯueniūt eni̅ in hoc: ꝙ vterqꝫ ē paratꝰ extinctiōi. vnꝰ ꝓpẗ nimiā reſolutionē: altꝰ ꝓpter paucitatē hūidi: vn̄ niſi cito ſubueniaẗ extinguiẗ. Exēplū hētis in lucerna habēte mlt̄ū de oleo: ſʒ papyrū magnā cū multo igne multū de oleo cōſumēte. hec ei exigit multū oleū ⁊ frequēter. Si āt lucerna hēat valde modicū de oleo: ⁊ papyrū paruā cū parua flāma exigeret paucū oleū: ſʒ frequēter: ſic eſt de cibo in corporibus multi et pauci caloris: et ex his patet ſolutio ad rationes alias.

¶ Et de eis ſunt quibus accidit dolor et leſio in ſtomacho et dolor capitis propter cōmunitatē: et iſti ſunt de hoc genere. Et iſtis fortaſſe ſufficit aqua ordei et fortaſſe egent vt miſceant ſuccum granatorum et ſimilia illi vt confortetur os ſtomachi. Et quandoqꝫ eſt nobis neceſſariuʒ vt faciamus eos vomere cum facilitate ante cibū. Et in plurimis iſtorum ſi debilitantur: ⁊ proprie ſi ſuperuenit eis ſincopis: cauſa non eſt vehemētia debilitatis: immo effuſio materiei ad os ſtomachi. Cum ergo ſumunt in potu ſirupum acetoſum permixtum cum aqua calida multa: aut vinum permixtuʒ cum aqua multa euomunt in vomitu humores colericos et virtus eorum fit fortis. Tunc qꝫ cibantur aliquo robuch ſtipticorū ſedātur:

¶ In hac parte Auicē. explicat quaſdā diſpoſitiones preternaturales propter quas oportet variare cibationē: ⁊ explicat modos cibationuʒ dicens ſex. Primū quod ſunt aliqui q̇bus accidit dolor in ſtomacho et leſio. ſ. alia: ſicut nauſea et ſubuerſio et dolor etiā capitis per cōitateʒ a ſtomacho ⁊ iſti ſunt de hoc gn̄e qui nō pn̄t abſtinere a cibo. Scd̄o

dicit ꝙ

dicit ꝙ iſtis foꝛtaſſe ſufficit aqua oꝛdei. et foꝛtaſſe egent vt miſceatur ſecum vinū granatoꝝ et ſimilia illi os ſtomachi confoꝛtantia et infrigidantia ſicut vinum citonioꝝ .iij.dicit: ꝙ quandoqꝫ eſt neceſſariū vt faciamus eos vomere cū facilitate.i.leuibus remedijs ante cibum ad educendū ſuꝑflua que ſunt in ſtomacho.Quarto dicit:ꝙ pluribꝰ iſtorum ſi debilitantur:et pꝛopꝛie ſi ſuperueniunt eis ſincopis cauſa non eſt debilitas magna.ſ. per viam reſolutionis ſpirituū et conſumptionem humidi: immo cauſa ſincopis ſue eſt effuſio materie ad os ſtomachi.Quinto dicit ꝙ cum ſumūt in potu ſirupum acetoſum cum aqua calida multa:vtputa ſirupi acetoſi.℥.ij.aque.℥.iiij:aut circa.ita vt totuꝫ ſit tepidum:aut ſumāt vinū permixtuꝫ cum aqua multa qđ ſit ſimiliter tepidū euomūt humoꝛes colericos et virtus eoꝛū eſt foꝛtis: quia non ſincopizant ꝓpter defectū ſpirituū : immo ꝓpter cōpaſſionem coꝛdis ad os ſtomachi.Ultimo dicit ꝙ cū cibantur aliquo rob ſtipticoꝛum ſedātur.ſ. ſincopis et reliqua accidentia.Eſt autē rob ſuccus per decoctionē inſpiſſatus. Eligatur itaqꝫ rob de citonijs de piris:aut aliud ſimile frigidum oꝛis ſtomachi confoꝛtatiuū et colere repꝛeſſiuum. ¶Notandū pꝛimo ꝙ hi de quibꝰ eſt hic ſermo dñr infelices a generatione.habent eñi poꝛum felleū euntem ad os ſtomachi latioꝛem ꝙ debeat eſſe in naturali diſpoſitione:et plus colere deferentē. vnde ex qualibet leui cauſa colerā euomunt.immo ꝗdā omni die.et de his eſt ſermo apud Ga.ſcđo tegni. et ſcđo regiminis acutoꝝ.cōmento.xxix. Hi auteꝫ cibandi ſunt parum ante paroxiſmū vel etiam in pꝛincipio paroxiſmi aliquo ſtiptico infrigidante ſicut dictum eſt.Nam huiuſmodi ſumpta aut ꝓhibent aduentū colere ad os ſtomachi.aut ſi nō poſſunt pꝛohibere cū hoc cibo eam facile euomunt:⁊ ſic ſincopis pꝛohibetur. Et hec cibatio multū differt a cibatione pꝛimoꝛū coꝛpoꝛum colericoꝝ.illi eñi cum ſincopizent pꝛopter debilitatē ſequenteꝫ reſolutionē debent cibari.cū aqua carnis et vino. Eſt tamen melius vt aque carnis ſit aliquid frigidum ſtipticum admixtū vt ſimul ſubueniatur debilitati per viam reſolutionis: et ſincopi venienti ex defluxu colere ad os ſtomachi : ſicut aliquando ſibi accidit . Et ſimiliter eſſet in his faciendum ſi ſue debilitati ſequenti raptū colere ad ſtomachū complicaretur debilitas per viā reſolutionis : ſicut accidit aliquādo:et tunc etiam cibandi eſſent i ſtatu:ſicut pꝛioꝛes. Pꝛimo ergo cibādi ſunt ante aduētū paroxiſmi cū aliquo ſtiptico frigido ꝓhibente aduentū colere ad ſtomachum. Secundo ſi colera peruenit ad ſtomachū pꝛocuretur eiꝰ eductio cū vomitu . Tertio ſtomachus confoꝛtetur cū aliquo frigido ſtiptico.

¶Et ſenes quidem et debiles et infantes ſunt de genere eoꝛum qui non tolerant famem . De pꝛimis vero ſenibꝰ ſunt qui ſunt vehementis tolerantie famis et ſequuntur eos adoleſcentes:et pꝛopꝛie habentes ſolida mēbꝛa amplas venas in aere frigido.

¶Hic ponit cañ.cibationis ſm etates.Et pꝛimo facit hoc.ſcđo docet euitare quēdam erroꝛem.ſecunda ibi.(Et multotiens.)In pꝛima parte dicit tria.pꝛimū ꝙ ſenes.ſ.decrepiti.et debiles ſicut cōualeſcētes ex moꝛbo reſolutiuo. Iterū debiles naturaliter ꝓpter humidi paucitatē et caloꝛis inati qui in hoc decrepitis ꝓpoꝛtionantur: et infantes ſunt de his qui nō tolerant famem:imo ſunt cibādi in paroxiſmo nimis ꝓlixo. Scđo dicit ꝙ de pꝛimis ſenibus ſunt aliꝗ qui optime tolerant famē: et hi ſunt ꝗ habēt humidū ſpiſſum cum denſitate poꝛoꝛū.tertio ꝙ hos ſenes in tolerātia famis ſequuntur adoleſcentes. per adoleſcentes intelligēdo iuuenes et pueros ſibi pꝛoximos qui pꝛopꝛie adoleſcentes vocantur. Nam adoleſcentia etiam ſignificat iuuētutē apud Conciliatoꝛē dĩa.124. et pꝛopꝛie illi adoleſcētes et ſenes pꝛimi optime tolerant famē qui habēt ſolida mēbꝛa.i.denſa in poꝛis cum ſpiſſitudine humidi et amplas venas: et cū hoc plenas ſanguine:nō tamen cū caloꝛe valde intenſo et in aere frigido parū reſoluēte. et hic eſt affoꝛiſmꝰ pꝛime particule. Senes facillime tolerant ieiuniū. Raſis vero.xvij.continētis ca.iiij. vnde Auicen̄.accipit hunc paſſum ſicut dicit. Illi ꝗ ſunt debiles virtute ſicut decrepiti:et multe diſſolutionis:ſicut pueri nō poſſunt abſtinere a cibo et qui plus pati poſſunt ieiuniū ſunt ſenes: ⁊ poſt illos ꝗ in vltimo iuuētutis.maxime tamen quoꝛū coꝛpoꝛa ſunt duri tactus et pauce diſſolutionis ⁊ largi pectoꝛis:et aſſueti in aere frigido et regimīe groſſo ante moꝛbum. Raſis.

¶Et multotiens quidem errat medicus in huiuſmodi egrotis ſcđm alium modum quoniam ipſe pꝛohibet eis cibum in pꝛincipio rei. et quando appꝛopinquat ſtatus et ſciunt quod cadit virtus cibāt in illa hora neceſſario.iā vero ergo errauerunt duobus modis et ſi ipſi cibarent eos in pꝛincipio eſſet erroꝛ ille:et ignoꝛantia infra hunc erroꝛem.

¶Hic ponit quēdam canonem vt illum euitemꝰ. ſcđo oſtendit nocumenta que accidūt ex illo canone.ſecunda ibi.(Accidit illis.) In pꝛima parte dicit ꝙ medicus errat in cibando hos egros.ſcilicet febꝛientes ſcđm alium modum:pꝛeter hunc ꝗ ſtatim poſitus eſt.quia non cibantur in paroxiſmo ꝗ ſunt cibandi iuxta canones ſtatim poſitos. Sed hic ſecundus erroꝛ eſt.quia medicus ignarus ꝓhibet cibum in pꝛincipio vniuerſali: aut minuit magis quā opoꝛtet. Et quando appꝛopinquat ſtatꝰ vniuerſalis et vident virtutem cadere coguntur tūc neceſſario cibare groſſius quā debet. quapꝛopter errant duobus modis.Unus modus: q2 non cibauerunt in pꝛincipio quando erat cibandum. ſecundo quia cibant in ſtatu magis quā ſit cibandum:et ſi cibaſſent in pꝛincipio etiam groſſius ꝙ opus fuiſſet minoꝛ erroꝛ fuiſſet et minoꝛ ignoꝛantia.i.minus nocumentū quā cibare ipſos in ſtatu: ⁊ non cibaſſe in pꝛincipio.aut minus cibaſſe quā erat opoꝛtunū.Cibatio eñi facta in ſtatu plus nocumentū affert quā cibatio facta in pꝛincipio iuxta ſuperius determinata.

¶Et accidit iſtis egris vt accidāt eis catarri nauſeatiui ⁊ colerici ⁊ vigilatiui ꝓpter reſolutionē ⁊ pꝛiuationē digōnis et inꝗeti ſiūt et alienātur:et coartant̄ materie et virtutes eoꝛū et multiplicātur ipſoꝛū vapoꝛes quare audiūt id qđ non ē et tremūt et citātur vel ſaliūt et ꝑmutātur in lectis:et imaginātur qđ nō eſt:et tremūt vel ſaliūt labia eoꝛū inferioꝛa ꝑꝑ doloꝛē oꝛis ſtōi:et contriſtant̄ aīe eoꝝ ꝓpter grauitatē materiei.

¶ Hic ponit nocumenta que accidunt illis qui in principio non cibātur: aut cibantur ſubtiliꝰ quā erat oportunū. poſtea cibanť in ſtatu groſſiꝰ ꝙ eſt oportunū. accidūt enim catarri nauſeatiui .i. nauſeam excitantes fluendo ad os ſtomachi. Et colerici. nam quātūcunqꝫ febris non penderet a colera. multotiens tamen ea excitanť hūores colerici qui: quia ad motū ſunt promptiores ſimul cum alijs hūoribus mouētur ad os ſtomachi. immo faciunt alios hūores fluere. et vigilatiui .i. vigilare facientes ſua caliditate et ſiccitate: et fortaſſe tuſſim excitando ſi fluant ad pulmonē. ⁊ hi catarri poſſunt excitari. tam ꝓpter ſuperfluā inanitionē calore inflāmato defectu cibi: et ſua inflāmatione liquefaciendo humores in capite contētos ꝙ propter ſuperfluam repletionē cibi tēpore ſtatus. vnde corrumpiť cibus: et euaporādo eſt cauſa hmōi catarrorum. ꝓpter qđ dixit ꝓpter reſolutionē .i. diſſolutionē tēpore inanitionis in pncipio et priuationē digeſtionis ſumpto cibo tēpore ſtatus et inquieti fiunt et reuoluūtur non potentes quieſcere in vno loco maxime ꝓpter vigilias ſequētes acutos vapores ad caput perueniētes. et alienantur vaporibus peruenietibus ad organa virtutū interioꝝ ſuas operationes impedientibus: ſicut in freneſi non vera accidit. Et coartāt materie virtutes eorum .ſ. aīales naturales et vitales: aut oēs: aut plures ex his. Et per materias intellige chilum cum vaporibus ſuis: et materias malas que ex chilo corrupto generantur. Et poteſtis etiā intelligere materias diſſolutas tēpore ianitiōis: et multiplicantur vapores maxime per actionem caliditatis tēpore ſtatus agētis in cibum: et in ea que ex cibo generantur. quare audiūt illud qđ non eſt vaporibus multiplicatis et venietibꝰ ad miringā auditꝰ ſunt eñi cauſa tinnitus. vnde exiſtimāt aliquem ſonum eſſe in aere qui non eſt. et ſimiliter imaginantur qđ non eſt. Ex eadē cauſa tremūt citanť vel ſaliunt et cōmouentur labia eoꝝ inferiora ꝓpter dolorē oris ſtomachi ſequētē: aut cibi corruptionem aut catarrum ad ipſum defluentē. Eſt eñi pellicula labij inferioris ori ſtomachi cōtinua. Unde ore ſtomachi cōmoto cōmouetur labium inferiꝰ magis quā ſuperius. licet etiā ſuperius cōtinueť ori ſtomachi. quia cū ſit pendens non eſt aptū ita cōmoueri: ſicut inferius. Et contriſtantur aīe eorum propter prauitatē materie euaporantis ad cor et ad cerebrum: ſiue illa materia ſit chilus corruptꝰ ſiue genita ab eo: et hec ſententia ſūpta eſt ab hypocra. ij. regiminis acutorum. ſ. illo. Multotiēs autē a capite: et ſic eſt finis huiꝰ capituli.

¶ Canon in dando in potu aquam ordei: et ſirupum acetoſum. Capitulum. ix.

Champerius. Si fuerit immoderata calitas parcēdū eſt melicrato: at vtendū ptiſane ſucco: ſinautē opilatiōes difficulter ſolubĺes nobiſcū reputauerimus: oxymel dādū ē: ꝓpterea

Aqua ordei quedam eſt i qua nō eſt de corpore ordei: niſi quod ē ſicut virtus et forma et non eſt ei introitus in curatione: aut fiducia in iuuamento: niſi quādo eſt complete decoctionis. Et que de ea eſt melior eſt vt ſit aque quātitas ſacraiati. xx. et ordei ſacraiati. j. et ſit iam reducta ꝓpter ad quintam: et aſſumatur illud quod de ea rubeum eſt et ſubtile: hoc enim eſt ſubtile cuius nutrimentum eſt minus et cuius humectatio eſt maior: et ablutio eiꝰ et abſtractio ſuperfluitatum ab ea et digeſtio facta ab ipſa eſt multa equalis.

¶ Quia Auicē. promiſit ſuperius ſe facturū ſermonem ſingularē de aqua ordei: ⁊ ſirupo acetoſo. Ideo facit hoc capitulū in quo agit de modo conficiendi aquā ordei: et ſirupū acetoſum. Et ponit canonem in vſu vtriuſqꝫ. Habet hoc capitulū tres partes. In prima docet facere aquam ordei. In ſecunda ſirupum acetoſum. In tertia ponit canoñ. i vſu vtriuſqꝫ. ſcđa ibi. (Et melior q̇dē ſi) tertia ibi. (Et aggregare.) Prima in duas. nā in pma ponit duas diuerſitates aq̄ ordei penes īgredi parū aut multū de corpe ordei in aquā. In ſecūda ponit diuerſitates ipſius ſumptas ex parte ordei. ſecunda ibi. (Et aqua quidem ordei). Prima in duas. naꝫ in prima parte docet conficere aquā ordei in quā ingreditur virtus ordei ⁊ parū de corpore eius. In ſecunda docet, cōficere aquā in quam ingreditur multū de corpore ordei. ſecunda ibi. (Et de ea eſt in qua) In prima parte dicit ꝙ quedā aqua ordei eſt in qua non eſt de corpore ordei ſcilicet aliquid notabile: ſed ſolū aliquid: quod eſt ſicut virtus prima aut ſecūda, ⁊ forma ideſt proprietas tertia nō ꝙ illud parū quod ingreditur de corpore ordei in aquā ſit virtus prima aut ſecunda aut tertia eius ſed in ipſo ſeruanť huiuſmodi virtutes. Secundo dicit ꝙ nō valet in curatione: neqꝫ eſt fiducia in iuuamēto eius niſi quando eſt complete decoctiōis ſcilicet vſqꝫ ad aperturam granorum ordei incluſiue. non tamen magnā ſed inchoantē. nam ſi eſſet magna multum de corpore ordei in aquam ingrederetur. Tertio dicit ꝙ melior aqua ordei ē: vt ſit aq̄ ſacraiati. xx. et ordei ſacraiati vnū. Eſt autē ſacraiati pōdus q̄tuor. ʒ. cū dimidio aut ſꝫ alios vj. ʒ. Sed nō pōt eē error. ordeū ſit ſubuigecuplū ad aquā ⁊ bullierint ſimul donec remaneat ſolum prope quintam partem aque. Quarto dicit quod de ea ſumatur illud quod eſt rubeum: et ſubtile et ſpiſſum remanens in fundo. tendens vero magis ad albedinem abijciatur. Hoc enim ſubtile aque eſt pauci nutrimēti: quia parū eſt in eo de eo corpore ordei. ſed eius humectatio eſt maior ratione aque. ſed ablutio eius et extractio ſuperfluitatuꝫ. ſcilicet per vrinam et per ſeceſſum eſt ratiōe aque: ⁊ virtutis abſterſiue que eſt in cortice ordei: intrinſeco ratione nitroſitatis ſparſe cum eius ſuperficie. ⁊ digeſtio eius eſt multa equalis .i. non ſuperfluens. infrigidat enim et abſtergit: ſed nō ſuperflue. et humectat ſufficienter.

Et de ea eſt in qua ē aliquid de corpore ordei et farina eius. Et magis dilectū mihi in his eſt vt non ſit plurimuꝫ decoctum immo ſecūdum menſuram que auferat inflationem et nō perueniat: ad hoc vt faciat ipſam viſcoſam vehementer. Et huiuſmodi quidem eſt pluris nutrimēti et minoris ablutionis et digeſtionis: et accidit ei multotiēs vt acetetur in ſtomacho frigido in ſubſtantia ſua: ⁊ ſi ſit in eo calor extraneus multus de malitia complexionis.

¶ In parte iſta agit de aqua ordei in qua eſt plus de ordei corpore: et farina eius quam dicit non multum debere decoqui: ſed ſecundum menſurā que aufert inflationē ab ea que eſt apta

eſſe in ea

etiā oxymel co imoderate vtē tibus inteſtina ꝓſtringit: et tu ſſiꝫ mouet: ⁊ ne uoſas offendi partes: ita ite difficillima e aliqđ hmōi iu nire auxiliū: q ſane nō offēda vlla in pte: ꝓ ſit plm: hoc aū fit ob affectio nū in corpe co tra naturā ꝯpl xum. Quare in ter ea q̄ facile offēdūt ſatius fuerit ptiſane ſucco vti quoa poſſumus. U nū quoqꝫ aq̄ lutū potū cūc mouet excrem ta: cōcoctione apparēte i v nis manifeſta.

eſſe in ea merito huius ordei ventoſabilis: niſi ſufficienter decoquatur. non proueniat ad hoc vt faciat ipſam viſcoſam vehemēter: et hec quidem eſt pluris nutrimēti rōne farine ingredientis in aquā: ſed eſt minoris ablutionis rōne paucitatis aque. vñ nō impetuoſe fluit: et eſt minoris digōnis ſua viſcoſitate abſterſionē impediēte. Secundo dicit ꝙ multotiēs acetat in ſtō frigido naturaliter: ꝗuis ſit in eo calor extraneus et multū de malitia complexionis calide. naȝ ſi ſtōus eſſet calidus ⁊ ſiccus naturaliter: ⁊ cū hoc habens calorē extraneum potius corrūperet ad fumoſum ꝙ̄ ad acetoſuȝ. ⁊ hec aqua eſt magis apta acetoſari cū diutius permaneat in ſtomacho ꝙ̄ aqua ſubtilis de qua ſupra. ¶ Modus autem faciēdi hāc aquā eſt permittendo ipſam magis bulire ſcilicet vſqȝ ad completaȝ aperturā granorū ordei. ita tamen vt non inſpiſſetur. ſic enim eſſet ptiſana ⁊ non aqua ordei.

¶ Et aqua quidem ordei quandoqȝ eſt decocta ex ordeo ipſo et qñqȝ eſt excorticatū.

¶ In parte iſta ponit duas maneries aque ordei ſumptas ex parte ordei dicens: ꝙ eſt aliqua aqua ordei facta ex ordeo ipſo ſcilicet ſicut eſt: quia non mūdato a cortice ſcilicet interiori: ſed bene ab exteriori. Facta enim ex ordeo non mūdato ab aliquo cortice nō habet iuuamēta que querimus ex aqua ordei. vt vult Meſue ⁊ Azarauius libro decimoſexto capitulo primo ⁊ huius virtutes poſite ſunt ſuperius. Alia eſt aqua facta ex ordeo mundato ab vtroqȝ cortice que eſt minꝰ abſterſiua ꝙ̄ por. ſed magis ſitim ⁊ aſperitatē ſedat: inflammationem extinguit magis: humectat guttur pectus. et pulmonē lenit precordia humectat ⁊c. Sed prima ratione abſterſionis magis digerit abluit ⁊ aperit opilatiōes ꝙ̄ ſecūda. ¶ Pro clariori intelligentia eſt ſciēduȝ primo ꝙ ex ordeo pñt fieri iſta ſcilicet aqua ordei. ſuccus. ptiſana. kiſt. ſauich. alphita. polēta. puls. pulmentuȝ. far. Et aqua ordei eſt corpus humiduȝ potabile in quo aqua in magna ꝗtitate excedit ordeū ſiue ordeum ſit fractum ſiue non. Succus ordei eſt humidū expreſſuȝ ex ordeo. Ptiſana vero ordei eſt cibus liquidus medius ſecundum ſubſtantiam inter potū verū ⁊ cibum maſticatione indigētē. Et ſit dupliciter. vno modo farinam ordei paucā aque ordei admiſcēdo que taȝ diu permittantur bulire donec fiat liquor medius inter verum potū ⁊ cibū maſticatione indigenteȝ: ⁊ cū decoquitur debet ſemper permiſceri ne fundo adhereat. decoctio autem ſufficiens per odorē cognoſcitur. Fit etiam ptiſana decoquēdo ordeū mundum tāta decoctione vt fiat cibus mediocris ſubſtātie vt ſtatim dictum eſt. Et eſt duplex: quedam colata que poſtꝙ̄ facta eſt colatur et partes groſſiores abijciuntur. Kiſt vero ordei eſt ſuccus ex ordeo poſt decoctionē expreſſus. ⁊ eſt ideȝ quod ptiſana colata. Puls vero ⁊ pulmētum alphita ⁊ polenta ordei eſt ideȝ quod ptiſana ordei quomodocunqȝ fiat. Far vero ordei eſt ordeuȝ groſſum in partes fractum: licet ſumendo a frangendo far dictū fieri poſſit ex quocūqȝ grano. veruȝ apud nos far eſt quoddā ſpeciale granū in partes fractum: quod forſitan eſt ſpecies ordei. ¶ Aqua vero ordei apud Meſue quem debes ſequi: eſt enim doctor veritatis eſt duplex. Una que eſt potus medicinalis. Altera que eſt potus tantū. Prima fit hoc modo. ℞. ordei excorticati a cortice primo exteriori. poſtea fricati cū pāno aſpero fricatione vehemēti circiter librā vnaȝ: ⁊ ſit ordeum ſubtile medium inter nouū ⁊ antiquū ſuper quod nō ceciderit aliquid corruptionis. neqȝ de contagione fumi: aut pulueris: ⁊ quod cōſeruatū fuit in loco aeris liberi: ⁊ iam habuit perfectionem in natiuitate ſua: et ponatur in olla munda et vitreata et optime abſterſa. ⁊ pone ſuper ipm aque libras. 20. que aqua ſit bene cōditionata: ⁊ exerce coctionē cū omni facilitate ꝗtum eſt poſſibile: ⁊ ſine fumo auferēdo a principio ſpumā eius ⁊ decoquatur vſqȝ ad conſumptionē medietatis aque: aut duarū tertiarū. deinde cōſeruetur in vaſe vitreo. Habet enim hec aqua virtutē lenitiuam reſultātem in ea ex aqua ⁊ medulla ordei: ⁊ abſterſiuā ⁊ lauatiuam a nitroſitate quadā expāſa in cortice interiori ordei tegēte medullā eiꝰ. eſt igitur lauatiua ſputi facilitatiua. ventris lubricatiua. opilationes aperit ⁊ vrinam prouocat. ¶ Ars vero faciendi aquam ordei que eſt potus tantum completur hoc modo. ℞. ordei excorticati circa librā vnā: ⁊ frica ipſum cuȝ pāno aſpero. fricatione vehemēti vſqȝ ad excluſionem ⁊ ſeparationem corticū interiorū omnino: ⁊ laua lauationibus pluribus cum aqua calida. deinde pone illud in olla. ⁊ poſtea funde ſup illud aque circiter libr. 8. deinde buliant cū facilitate ebullitione vna. ⁊ proijciatur ab eo aqua illa. deinde pone ſuper ipm aque circiter libr. 20. ⁊ decoque cum facilitate vſqȝ ad lib. 10. vel. 7. deinde cola ⁊ recōde in vaſe vitreo. hec aūt aqua ſitim ⁊ aſperitatem ſedat: inflāmationē extinguit pectus ⁊ pulmonem ⁊ guttur lenit ſitim extinguit: vētrē lubricum reddit precordia humectat ⁊ ſputū facilitat. Hec autem aqua vlteriorē recipiēs digōnē refundēdo adhuc parū poſt parum ſuper eaȝ circiter libras. 10. aque calide efficiẗ cibus ⁊ potus quē quibuſdam colatum quibuſdā non colatū Hypo. dari iuſſit ſcōm neceſſitatis exigētiā. Eſt enim non colatus pluris nutrimenti. colatus vero paucioris. ⁊ quando vlteriorem recipit decoctionē vſquequo ſit mediuȝ inter iūctū: ⁊ liquidū eſt cibus laudabilis habēs bonitates ſolennes quo vtendum eſt: cum adhuc pluri opus eſt nutrimento. ¶ Diuerſitates autē quas tu reperies inter auctores variantes proportionem aque ad ordeum: ⁊ in maiori: aut minori decoctione ſicut hic vides inter Meſue ⁊ Aui. cōcorda diſtinguēdo de ordeo. Eſt enim quoddā quod cito decoquitur. quoddā qō tarde. licet etiaȝ inter aquam ſit hec dr̄ia: eſt eñ quedā aqua in qua res cito decoquiẗ: et eſt melior: quedam in qua tarde: et eſt deterior. Et ſcōm hoc auctores: ſicut Auicē. voluerunt decoctionem maiorem fieri vſqȝquo remaneat fere qnta pars. alij vero ſicut Meſue ecōtra. Accidunt etiā he diuerſitates ſcōm vas in quo exercetur decoctio cum eſt lati aut ſtricti orificij. Cum eñ eſt lati orificij. opus eſt plus de aq̄ conſumi. cū vero ſtricti econtra. Iſte etiā diuerſitates ſunt ſcōm diuerſitatem iuuamentorū que queris ex aqua ordei. Cū enim vis facere aquā ordei que ſit potus medicinalis pauciori opus eſt decoctione. Cum vero vis facere potum tantum opus eſt pluri decoctiōe. Cum vero ptiſanā que per aquā ordei aliquādo intelligitur adhuc pluri opus eſt decoctione. Cum vero cibum maſticatione indigētem multo pluri opus eſt decoctione. Diuerſitates autem in hoc ꝙ ordeum debeat eſſe fractum vel integrum ſoluuntur ſcōm diuerſas neceſſitates. Si enim vis ꝙ plus de corpore: ſiue farina ordei ingrediatur in aquam melius eſt vt ſit fractum. ſic enim erit magis nutritiuum. Si enim opus eſt minori nutrimento debet eſſe integrum.

Aqua ordei [illegible] Meſue.

Aqua potus tantu quomodo fiat.

¶ Nota ꝙ cum vis plus humectare melius eſt ordeum groſſum. cum vero minus melius eſt ordeū ſubtile. Sed vt non ſit error in aqua ordei attende hoc ſolum. Nam cum vis facere aquam ordei potum medicinalem bulliat ordeuʒ quouſ incipiat aperiri. ſi vero potum tantum bulliat vſ ad completam apertioneʒ. ¶ Ultimo nota ꝙ aqua ordei conuenit in febribus colericis et ſanguineis. Iteʒ in febribus flegmaticis a flegmate ſalſo: et in febribus melancolicis a melancolia aduſta. ſed in febribus pendentibus ab hūoribus frigidis quibus non inſit caliditas nec de per ſe: nec de per accidēs raro cōuenit: in febrib⁹ vero effimeris cōuenit. In ethicis ꝯuenit aq̄ ordei: q̄ eſt pot⁹ tātū magis ꝙ̄ illa q̄ eſt pot⁹ medicinalis. Si ṽo in febrib⁹ pendētib⁹ ab hūorib⁹ frigidis vis ea vti decoquatᷣ ſimul cū ordeo aliq̇d calidū: ſicut radix apij aut feniculi aut ſimilia. Et pro potu quotidiano poſſumus in his vti aqua zucharata cum zucharo optimo. et ſi vis aliquātulum calefacere cum zucharo vnius cocte: ⁊ ſi vis vti aqua ordei ſit medicinalis eſt enim minus frigida et potus bonus quotidianus in febribus pendentibus ab humore frigido viſcoſo eſt aqua zucha. cum pauco oximelle ſimplici.

**Dubitatur.** Utrum aqua ordei ſit humida virtualiter: quia de actuali humiditate non eſt dubium. Arguitur ꝙ non. q: ordeum ſiccum eſt virtualiter merito ſue complexionis. et complexio aque non eſt ſicca ne humida cum non habeat complexionem: quia ſimplex. ergo aqua ordei ſcōm cōplexionē ſuam eſt ſicca et ſic virtualiter erit ſicca. tenet conſequētia cum nō cōponatᷣ niſi ex aqua et ordeo. ¶ Solet dupliciter reſpōderi. primo ꝙ licet aqua ſimplex nō habeat complexionem. humiditas tamē ſua actualis vincit complexionem ſiccā ordei: et ſic virtualiter humectat.

**Contra. ſequitur** qđ ōis decoctio facta in aqua eſt humida virtualiter: et debet humectare. ꝯſequēs falſum: et contra Meſue tractatu. vij. et ꝯtra oēs auctoritates. Sed probatur cōſequentia: quia aq̄ determinat ſibi ſummam frigiditateʒ aut ſaltem ſine admixtione ſiccitatis: quia ſimplex: et eſt maioris quantitatis quā reliqua que decoquunᷣ in ea. ergo aggregatū debet eſſe virtualiter humidū ¶ Preterea humiditas actualis que eſt qualitas prima non contrariatur complexioni ſicce: que eſt qualitas ſcđa cum tantū vnum vni opponatur. Et certum eſt humiditatē aque q̄ eſt qualitas prima opponi ſiccitati que eſt qualitas prima: et ſic non opponitur cōplexioni ſicce: quare non ſibi cōtra operatur. ¶ Et confirmatur. q: ambe poſſunt in eodē ſubiecto intēdi: ſicut in feoriēte cuius complexio efficiatur humida. ¶ Et cōſequēter ſequitᷣ ꝙ idem corpus per aquā ordei exiccabitur et humectabitur. ¶ Aliter dicunt quidam ſicut Marſilius inguē in queſtionibus ſuper libro de generatione: ꝙ quodlibet elemētū determinat ſibi duas qualitates actuales et duas ṽtualiter tales a primis diſtinctas: et ſic in aqua erit humiditas actualis: ⁊ humiditas virtualis abinuicē diſtincte: ⁊ ſic per humiditatem virtualem contra operabitᷣ ſiccitati complexionali ordei: licet non per humiditatem actualem.

**Contra adhuc** ſtant ratiōes facte cōtra primā reſponſionem niſi dicat: ꝙ illa humiditas eſt remiſſior ꝙ̄ ſit humiditas actualis: et ſic conſequenter decoctiones ille erunt ſicce in quibus bulient notabiliter ſicca: et in notabili quātitate: ſed ille in quib⁹ bulient remiſſe ſicca: aut in pauca quātitate erūt humide. et ita dicatur de alijs qualitatibus.

**Sed contra** hanc reſponſionē ſunt inſtantie difficiles quas relinquo dominis philoſophis. Una tamen medicinalis inſtantia eſt ſatis apparens. ſequeretᷣ em̄ ꝙ aq̄ decoctiōis camomille eſſet frigida ṽtualiter conſequens contra experientiā: et contra cōmunē opinionē. et conſequentia probatur. quia aqua ē primū frigidorū: et magis frigida ꝙ̄ humida: aut ſaltem equaliter ſcōm oīm opinionem. ſed camomilla non eſt magis calida ꝙ̄ ordeum ſit ſiccum. ergo ⁊c. He inſtantie ſunt mihi difficiles quibus male poteſt reſponderi. niſi forte dicatur ꝙ ordeū ſit ſiccum ſcōm cortices. eſt tamen humidum quo ad medullā et farinā eius. qđ tamen non bene cōſonat mentibus auctorū. Nec valet ſi diceretur ꝙ aqua qua vtimur non eſt ſimplex quia certum eſt ꝙ non ſit vere mixtum: ne habet complexionem ſed de his alias.

¶ Et melior quidem ſirupus acetoſus apud me eſt ille ī quo ponitur zucharum in vaſe: deinde funditur ſuper ipſum acetum forte quod ſit de vino tante quātitatis, vt eleuetᷣ ſuper dorſum zuchari: immo dimittat ipſum diſcoopertum. deinde ponuntur ſub vaſe carbones quieti ⁊ cibus calidus donec liquefiat zucharū in aceto ſine ebullitione: deinde colligitur ſpuma: ⁊ dimittitur vna hora cum multo calore donec miſceat zucharum cum aceto: deinde fundatᷣ ſuper ipſum aque quantitas duorum digitorum: ⁊ buliat vſ ad ſpiſſitudinem.

¶ Hic docet conficere ſirupum acetoſum: dicens ꝙ melior ſirupus acetoſus eſt ille in quo ponitur zucharum. ſcilicet trium coctarum in vaſe. deinde funditur ſuper ipſum acetum forte: quod ſit de vino vt ſit magis inciſiuum ⁊ penetratiuum. ⁊ nō debet eſſe ex vino granatorum aggreſta ⁊ ſimilib⁹ ne ex aqua. et ſit tante ꝗ̄titatis vt nō cooperiat zucharum totaliter: ſed ſecundum dorſum eius. ſ. ſecundum partem altiorem maneat diſcoopertum. deinde accendatur ignis quietus. ſ. paruus ex carbonibus: ita vt cinis calidus cū paucis prunis ſufficiat donec liquefiat zucharum cum aceto ſine ebulitione. deinde tollatur ſpuma ⁊ dimittatur ſic hora vna cum multo calore: ſed abſ ebulitione notabili donec miſceatur zucharum cum aceto. deinde fundatur ſuper ipſo aque quātitas duorum digitorum ſecundum latum: ⁊ poſtea bulliat donec inſpiſſetur. Mod⁹ tamen Meſue quē debes ſequi eſt clarus ⁊ bonus. Accipe zuchari albi lib. q̇n: funde ſuꝑ illud ī vaſe lapideo aque fōtium dulcium ⁊ clarorum lib. quatuor: ⁊ decoquatur ſemper abijciendo ſpumam. Et ſit ignis quo coquitur prunarum: aut tenuis flamme: ⁊ ſine fumo donec clarificetur: ⁊ diminuta ſit aqua: ſicut medietas. deinde funde ſuꝑ ipſum aceti vini albi et clari libras duas: ſi vis facere parū acetoſum. ſi vero multum pōe libras quatuor. ſi vero mediocriter: pōe aceti lib tres. ⁊ poſtea ꝑfice decoctionē vſ ad ſpiſſitudinē: ⁊ ſit doſis ei⁹ ab ℥. ſ. vſ ad tres cū aq̄ frida bū ꝯditionata. In hoc em̄ ſirupo acetoſo ē īfridatio ꝑ aquā ⁊ acetū: ⁊ ē hūectatio ꝑ

aquam

aquam ⁊ aliqualiter per zuccharum: ſi non eſt antiquum incidit et apit per acetum: ⁊ abſtergit per zucharũ: et etiã aperit: ⁊ ē pot⁹ cõueniēs ĩ febrib⁹. Quantitas autem aceti debet poni ſcd̃m guſtum hominis: et eius tolerantiam et ſcd̃m groſſitudinem aut ſubtilitatem materierum: earumq; viſcoſitatem. In groſſioꝛi enim ⁊ viſcoſioꝛi plus de aceto debet poni: et acutius: et valet in omni materia ita vt etiam in melancolica: quãuis ſibi aſſimilet̃ ſcd̃m qualitates pꝛimas propter inciſionem ſubtiliationem et abſterſionem: q̃ eſt in eo merito aceti et zuchari. miſceatur autem tantum aque in potu quotidiane quãtum exigit guſtus patientis.

**Et aggregare ſirupum acetoſum: et aquam oꝛdei ſimul eſt illaudabile: quoniã coꝛrumpit aquam oꝛdei ſcd̃m plurimum.**

In parte pꝛeſenti ponit octo canones. quoꝛum pꝛimus eſt. Aggregare. i. miſcere ſirupũ acetoſum et aquam oꝛdei ſimul eſt illaudabile. quoniam ſirupus acetoſus coꝛrũpit aquam oꝛdei ſcd̃m plurimum. ſ. ad acetoſum.

**Contra. quia** auctoꝛes pꝛecipue Auicen̄. permiſcet ſirupum acetoſum cum aqua oꝛdei. pꝛima tertij. cap. de freneſi: et infra docebit miſceri cum aqua oꝛdei parũ aceti. Similiter in capitulo de febꝛe flegmatica concedit hanc mixtionē. Item Gal̃. pꝛimo alimētoꝛum docet acetum ptiſane miſcere.

**Pꝛo ſolutione** hoꝛum dicẽdum ꝙ aq̃ oꝛdei aut dat̃ gratia cibi: ſicut illa in qua plus eſt de farina: ⁊ tunc non debent permiſceri. nam ſirupus acetoſus in notabili quãtitate faceret ipſam ex ſtomacho deſcendere ante completam digeſtionē. Et quãuis Ga. permiſceat acetum cum ptiſana: hoc facit in pauca quãtitate: vt ſit inciſiuum et pꝛohibitiuum inflammationis: et non ſit tantũ ꝙ faciat illam deſcendere. Si autem aqua oꝛdei detur ad alterandum: et non dubitetur de acetoſatione: quia foꝛte datur in ſtomacho naturaliter calido: in quo non ſunt humoꝛes potentes coꝛrumpere aquaꝫ oꝛdei ad acetoſum: permiſceri tunc poſſunt adinuicem. licet etiam ſeparati: poſſint dari. Si autem detur in ſtomacho naturaliter frigido: aut in quo ſunt humoꝛes potentes coꝛrumpere aquam oꝛdei ad acetoſum: non debent permiſceri: q꞉ coꝛrumperet̃ ad acetoſuꝫ. ſed debet pꝛius pꝛemitti ſirupus acetoſus vt dicet. poſtea exhiberi aqua oꝛdei: quia tamen frequenter in ſtomachis febꝛiẽtium reperiũtur humoꝛes huiuſmodi. Auicẽna ꝓhibuit huiuſmodi adinuicem permiſceri: ne ſirupus acetoſus adiuuet ad coꝛrumpendum aquam oꝛdei ad acetoſum. et quia hoc non eſt ſemper ideo dixit ſcd̃m plurimum.

Auicẽna.

**Et non opoꝛtet vt detur in potu aqua oꝛdei cuꝫ ſiccitas nature adeſt: immo ante ipſam fiat cliſtere.**

Secundus canon. Non detur in potu aqua oꝛdei cum venter eſt ſiccus: immo ante ipſius exhibitionem fiat cliſtere. Hic canon ſumpt⁹ eſt ab Hypo. pꝛimo regiminis acutoꝛum: et verificatus in pꝛincipio pꝛecedentis capituli. Et poteſt hic canon intelligi tam de aqua oꝛdei que datur pꝛo cibo. quia regulariter ante cibi exhibitioneꝫ debet venter eſſe non plenus fecibus. poteſt etiam verificari de aqua oꝛdei data medicinaliter. ipſa eñ habet virtutem abſtergendi et lauandi ſuperfluitates quas ad loca fecum conducit que pꝛohibite ab exitu propter fecum obuiationē nocebunt euapoꝛantes: aut mote ad venas: quare pꝛemittatur cliſtere.

**Qd̃ ſi acetet in ſtomacho detur in potu qd̃ de ea eſt magis ſubtile. Quod ſi acetat coquatur cum ea radix apij et eius ſimile. Si vero acetat iterum. tunc neceſſarium ē vt miſceatur aliquid piperis cum ea pꝛopꝛie quãdo materia non ē vehemẽtis ſubtilitatis et caliditatis.**

Tertius canon. Qd̃ ſi acetat. ſ. aqua oꝛdei in ſtomacho detur in potu qd̃ de ea eſt magis ſubtile: eſt calidius et paruam moꝛam contrahit in ſtomacho. Qd̃ ſi acetat etiam illud qd̃ eſt ſubtile coquatur cum ea radix apij vel ſimile: ſicut feniculi. Si vero adhuc acetat neceſſariuꝫ eſt vt miſceatur ſecũ aliquid piperis: dum decoquit̃. Et pꝛopꝛie qñ materia nõ. eſt vehemẽtis caliditatis nec ſubtilitatis. Notandũ ꝙ aqua oꝛdei eſt merito cõplexionis: quia frigida: et merito modi ſub̃e. quia ſubtilis: apta vt acetoſetur. pꝛopterea concurrente frigiditate ſtomachi: aut humoꝛibus frigidis in ſtomacho facile coꝛrumpitur ad acetoſum que coꝛruptio nocet digeſtioni. pꝛopterea ſuccurrendũ eſt iuxta oꝛdinem ſupꝛaſcriptum.

**Et quando multiplicatur eius inflatio tunc miſceatur cum ea ad calefactos parũ aceti vini acetoſi.**

Quartus canon. Quãdo multiplicatur eius. ſ. aque oꝛdei inflatio miſceatur cum ea ad calefactos. i. inflãmatos. parum vini acetoſi. ideſt aceti vini.

**Pꝛo quo** notandũ ꝙ licet inflatio a ventoſitate pꝛoueniẽs caloꝛis significet debilitatem reſpectu caloꝛis reſoluẽtis materiã inſenſibiliter. inflatio tamen aliquando ꝓuenit pꝛopter vehementem caliditatem tranſmutantem humoꝛem in vẽtoſitatem. Quapꝛopter in calefactis. ſ. exceſſiue nimia caliditate ventoſantibus humoꝛem conuenit parum aceti vini qd̃ penetrando remittit caliditatem. et ita pꝛohibet inflationem a ventoſitate pendentem. Et quid per acetum vini habeamus intelligere patet per Raſim. xvij. continẽtis capitulo de febꝛe ſanguinea in fine auctoꝛitate Mengarai. Quãdo vis vt deficiat inflatio aque oꝛdei: pone in ipſa ex aceto vini: ⁊ pꝛopꝛie in calefacto vel colerico. Si vero inflatio pꝛoueniret pꝛopter caliditatis diminutionem acetoſa non conuenirent. Nam acetoſa cauſant vẽtoſitatem apud Auicen̄. vigeſima tertij. tractatu pꝛimo capitulo de cura pꝛiapiſmi in fine.

**Uerum cum ſirupus acetoſus in potu datur incidit hũoꝛes ⁊ pꝛeparat ſuperfluitates ad expulſionem: et tu conſequenter poſt duas hoꝛas da aquã allꝛiſt oꝛdei ſubtilem pꝛedictam vt abluat quod incidit et abſtergat id ⁊ extrahat ipſum per ſudoꝛeꝫ ⁊ pꝛouocationem.**

Quintus canon. cum ſirupus acetoſus in potu datur: incidit humoꝛes: ⁊ pꝛeparat ſuperfluitates ad expulſionem. facit enim operationem digeſtiui. Et conſequenter poſt duas hoꝛas da aquam lꝛiſt oꝛdei. ideſt oꝛdei excoꝛticati a coꝛtice exterioꝛi ſubtilem pꝛedictam: ſcilicet illam q̃ eſt pot⁹ medicinalis vt abluat quod icidit. ſ. ſirupus acetoſus ⁊ abſtergat ⁊ extrahat illõ ꝑ ſudoꝛē ⁊ ꝓuocationē. ſ.

vrine. Quapropter ſirupus acetoſus eſt premittē-
dus ſicut digeſtiua premittuntur euacuatiuis.
Nota tamen ꝙ licet aqua ordei: habeat virtutem
lauatiuā: non tñ hꝫ virtutē tertiam ꝓuocāteꝫ: aut
ſudorem facientem. Sed materijs inciſis per ſiru
pum acetoſum: deinde cōmotis per aquam ordei
natura cōmouetur ad expellendum per has vias
adiuta tamen ab aqua ordei.

¶ Et non eſt nocumentum ſi detur in po-
tu ſirupus acetoſus apud cenam cum iam
ſeparatus eſt cibus a ſtomacho.

¶ Sextus canon. Non eſt nocumētum: immo ſup-
ple iuuamētum ſi detur in potu ſirupus acetoſus
apud cenam. i. ante cenam. ſ. tanto tempore ꝙ ſit
digeſtus cum cena ſumitur: et ꝙ ſit etiam celebra-
ta digeſtio cibi precedentis: et ſic faciūt plures q̇
digeſtiua exhibēt bis in die. ſ. ante cenā: et in mane
confidentes per hunc modum digeſtionem velo-
citari.

¶ Et quandoqꝫ eſt neceſſarium vt premit
tatur iuleb ante aquā ordei vt addat in hu
mectatione: et illud eſt cum vides ſiccitatē
dominantem ſuper corpus et linguam.

¶ Septimus canon: quandoqꝫ eſt neceſſarium vt
premittatur iuleb qđ fit ex aqua et zucharo ante
aquam ordei. ſ. per duas horas: aut circa vt corpꝰ
et materia humectetur. et hoc maxime obſeruādū
eſt cum vides ſiccitatem dominantem ſuper cor-
pus et linguam. Eſt enim hoc humectatiuum ra-
tione aque ⁊ zuchari. licet etiam ratiōe zuchari
ſit abſterſiuum. Ubi ergo indiges amplius hume
ctatione premitte iuleb aque ordei. Ubi vero inci-
ſione et ſubtiliatione: ſicut in materijs groſſis et
viſcoſis premitte ſirupum acetoſum. Poteſt etiaꝫ
ly ante dicere preelectionē vt ſit ſenſus: ꝙ vbi in-
diges maiori humectatione preeligatur iuleb aq̄
ordei. Cum iuleb humectet ratiōe aque et zucha
ri ſed aqua ordei tantum humectat ratione aque: ⁊
exiccat ratione ordei.

¶ Et quandoqꝫ eſt neceſſarium vt premit
tatur ante ipſam ad leniendum naturam
aliquid de tamarindis ante illud per duas
horas.

¶ Octauus canon. quandoqꝫ eſt neceſſariū vt pre
mittatur ante aquam ordei ad leniendum naturā
aliq̇d de tamarindis. ſ. per duas horas. Ante hoc
autem neceſſarium eſt cum adeſt ſiccitas ventris
etiam in inteſtinis ſuperioribus. non enim con-
fidimus ꝙ aqua ordei ſufficiat ad lenīedum: neqꝫ
etiam cliſteria perueniant ad inteſtina ſuperiora
opus itaqꝫ eſt vt ſumatur lenitiuum. Mos autem
medicorum eſt vt potius exhibeant aliquid māne
aut caſſie. circa vnā ℥. māne: aut ſex. ʒ. caſſie ꝙ ta-
marindos. quia non confidunt inteſtina poſſe le-
niri niſi ꝑ notabilē quātitatē tamarindoꝝ q̇ forte
remanētes i ſtomacho cū ſumit᷑ aq̄ ordei eſſent cā
vt corrūperetur ad acetoſum. ¶ In homine tamen
habente ſtomachum calidum cuius venter ſit fa-
cile ſolubilis eorum adminiſtratio eſſet cōueniēs
proprie in febribus multe incenſionis. ¶ Notan-
dum ꝙ ſicut ante aquam ordei debemus premit-
tere cliſtere lenitiuū. ita etiam eſt faciendum ante
ſirupum acetoſum ſimplicem: et compoſitū vt via
ſit aperta: per quam poſſit educi qđ per huiuſmo-
di eſt inciſſum et abſterſum ne remanens in inteſti
nis euaporando noceat. ne etiam illud cum aliq̄
parte fecali hi ſirupi et proprie acetoſus compo-
ſitus ad epar penetrare faciat. Et ſi cliſtere nō po
terit eadem die ante hos ſirupos: aut aquam or-
dei premitti ſufficiat vt die precedenti premiſſum
ſit. et intelliguntur: vbi venter ſit valde ſtipticus ⁊
plenus fecibus.

## ¶ De curationibus febrium acutarum. Cap. x.

QUod dictum eſt de regimine le-
nificationis ⁊ prouocationis ⁊
ſudationis ⁊ digeſtionis: dein-
de euacuationis cum medicina
poſt illud. Et quod dictum eſt
de cibatione poſt ipm eſt illud: quod opor
tuit nos rememorari hic.

¶ Auicēna in capitulo precedenti tradit regimen
generale febrium acutatum. quia ceteris magis
ꝑiculoſe ſunt. Et diuiditur hoc capitulū in duas
partes. Nam in prima parte premittit regimen
contra materiam. In ſecunda contra febrem. Se-
cunda ibi. parum infra. (At modi extinctionis ve
hementie caliditatis.) ¶ Dicit primo oportere
nos recordari pro curando febres acutas inten-
dendo ad cauſam et virtutem regiminis dicti de
lenificatione. ſ. ventris: et prouocatione. ſ. vrine ⁊
ſudoris et digeſtione materie febris et euacuatio
ne poſt digeſtionem cum medicina digerente hu
morem qui eſt cauſa febris. Tacuit autem flebo-
thomiam dans illam intelligere ꝑ reliquas eua-
cuatiōes: aut forte: quia raro in febre acuta de co
lerica materia vehementis inflammationis con-
ueniat flebothomia: ne eger ad nimiam colerico-
rum ebulitionē perducatur contra canonē. quar-
te primi. capitulo de flebothomia. Oportet etiaꝫ
nos rememorari eius quod dictum eſt de cibatio-
ne febricitātium poſt capitulum de cura generali
febrium acutarum: vt per hec que dicta ſunt in il
lis duobus capitulis poſſimus recte intēdere ad
curam febris: et ad virtutem.

¶ At modi extinctionis vehementie cali-
ditatis ſunt cum infrigidatiōe aeris: et cū
infrigidatione cibi: ⁊ cum epithimatibus ⁊
emplaſtris et medicinis.

¶ Nunc Auicēn. facit quod dictum eſt. et continet
partes duas. Nam in prima ponit ſex modos ex-
tinguendi vehementiā caloris. Et declarat duos
illorum modorum. In ſecūda vero declarat alios
quatuor modos. Secunda ibi. (Et oportet vt ſit
aer.) Prima in tres. nam in prima ponit quatuor
modos extinguendi caliditatem quos non decla
rat. In ſecunda ponit quintum quem declarat.
In tertia ſextum ipſum declarans. Secunda ibi.
(Et cum retentione eorum.) tertia ibi. (Et quan
doqꝫ iuuatur per adminiſtrationē.) In prima di-
cit ꝙ modi extinctionis vehementie caliditatis
ſcilicet febrilis perficiuntur cum infrigidatione
aeris. Et ſecundo cum infrigidatione cibi: ſub ci-
bo etiam comprehendendo potum. Et tertio cuꝫ
epithimatibus et emplaſtris. Et quarto cum me-
dicinis frigidis.

¶ Et cum retentione eoruꝫ que ſunt ſicut
mucillago pſilij et mucillago granorum ci
tonij: et ſuccus portulace et ſuccus liquiri-
tie in ore: vt ſedetur ſitis. Nā aſſiduari gut
turi patientis egritudinem calidā aliquid
vt remaneat

vt remaneat os humidum: et nõ excitetur in curis eſt iuuatiuum valde.

¶Hic ponit quintũ modum quem declarat: et eſt cum retentione in ore eorum que ſunt ſicut mucillago pſilij: que eſt frigida et hũida in primo. ⁊ mucillago granorum .i. ſeminum citoniorum: frigida et humida in primo: que mucillagines per decoctionem horum granorum in aqua extrahũtur. ſ. mucillago ſeminis pſilij debet extrahi per leuem decoctionẽ ipſius: et abſq; contuſione: ne forte aliquid de medulla eius calida et ſicca: in quarto ꝑmiſceatur cum mucillagine. Eſt enim mucillago humiditas alba viſcoſa ad ſimilitudine muci nariũ ſic dicta cuꝫ his lingua poſſet leniri aut ſacculi his pleni ſuper linguam teneri: ſimiliter ſucc⁹ portulace frigidus et humidus: in ſecundo. Item ſuccus liquiritie humidus: ſed tẽperatus in actiuis. cum tamen dulcedo eſt febrientibus nõ grata. ¶Preſtantiora his ad hanc intẽtionem humectationis lingue ⁊ ſedationis ſitis eſt fruſtum angurie in ore tentum et ſepe renouatum. Item pruna ſiue recentia: ſiue ſicca excorticata: et in aqua frigida infuſa. et aqua frigida ſola in ore tenta eſt febrientibus acute dilecta. Et reddẽs rationẽ dicit ꝙ aſſiduare gutturi patientis egritudinẽ calidaꝫ aliquid vt remaneat humidũ eſt valde iuuatiuuꝫ. Guttur nãq; eſt ſpaciũ ad quod terminatur meri et epiglotis propter quam exiccationeꝫ deglutio et anhelitus poſſet impediri. immo etiam guſtus lingue ſuperficie valde exiccata.

¶Et quandoq; iuuatur per adminiſtrationem cliſteris facti ex ſucco melonis indi et cucumeris et cucurbite et portulace cuꝫ oleo roſato et cum aliquantulo camphore iuuamento maximo.

¶Ponit ſextum modum extinctionis caliditatis febrilis: quem declarat dicens: ꝙ quandoq; iuuãtur per adminiſtrationẽ cliſteris cuius deſcriptio ſit iſta. Recipe ſucci melonis idi. ſucci cucumeris. ſucci cucurbite. ſucci portulace ana. ℥ .ſ. olei roſ. ℥ .iij. vbi cũ infrigidatione nõ op⁹ ſit inteſtinoruꝫ confortatione tantũdem olei violati eſſet preſtantius camphore frigide ĩ tertio gradu: grana ꝗnq; his adde decoctionis matrum violarum. ℥ .xv. et tepidum imponatur. hic ſal non ponitᷣ vt diutius retineatur. ſic enim magis humectat ⁊ infrigidat. et forte propter hanc cauſam poſuit oleum roſatum: ne ab huiuſmodi frigidis que retinentur inteſtina debilitentur.

¶Et oportet vt ſit aer infrigidatus quantum poſſibile eſt.

¶Nunc autem declarat modos extinctiõis quos prius nominauit. Et primo modum extinctionis per aerem frigidum. ſecundo per cibum et potuꝫ. tertio ꝑ epithimatha embrocas et emplaſtra. quarto per medicinas. ſecunda ibi. (Regimen aũt cibi.) tertia ibi. (Epithimata vero et emplaſtra.) quarta ibi. in fine capituli. (Et quandoq; eſt potus de papauere.) Prima in duas. Nã primo explicat qualitatem aeris conuenientẽ. ſecundo ponit per que paretur iſte aer. ſcđa ibi. (Et eius infrigidatio.) In prima parte dicit oportere aereꝫ eſſe infrigidatuꝫ quantũ eſt poſſibile. ¶Pro parte prima notandum eſt. hic intelligendum eſſe de aere qui inſpiratur. Hic enim immediatius cor refrigerat. nec tamẽ timetur cordis ſuperflua infrigidatio: cum aer infrigidatus inſpiratus ad cor non perueniat niſi primo pulmone moderetᷣ. Sed aerem corporis ambitũ contingentem nõ oporteret eſſe frigidiſſimum. quia non poſſet ſuꝑflua frigiditate magnum refrigerium afferre cordi: cuꝫ oporteat per poros et loca anguſta ad cor deferri. plurimum tamen nocere poſſet inſpiſſando cutem: et conſequenter prohibendo vaporũ calidorum tranſpirationem quam ſententiam vide decimo terapentice. viij. cap. hoc autẽ poterit fieri locando egrum in aere valde frigido. et ipſum pannis aliqualiter operiendo. ¶Secundo notandũ merito dici quantum eſt poſſibile. quia pluries difficile eſt reperiri aerem ſufficienter contrarium febri acutiſſime: ſicut in eſtate. non enim facile eſt hyeme calidiſſimum. eſtate vero frigidiſſimum reperiri. x. terapentice. capitulo ſupraſcripto.

¶Et eius infrigidatio eſt per prohibitionem frequentie: et per ſuſpẽſionem flabellorum multorum: et per poſitionem niuis plurime. Et ſi domus eſt ꝓximi temporis ex quo linita fuerit luto: et ꝓprie illo in quo ponitur loco palee cotum papiri: tunc eſt melius. Et quandoq; preparantᷣ in ea manationes: vt fontium et rorationes: et currit in ea aqua dulcis. Aut ſtratus eſt ſuper lacunam coopertam cum rethi: et eſt ſtratus ſuper quem dormit ex tabari et his ſimilibus. Et reliquus ſtrat⁹ eſt ex extremitatibus ſalicum et citoniorum ⁊ mirti aſꝑſis aqua roſata ⁊ malorum nenufaris ⁊ roſis et violis. Et ponuntur quandoq; calathi in quibus ſunt ordines de fruſtis fructuum boni odoris frigidorum ſicut malorum acetoſorum et citoniorum et modorũ pirorum: boni odoris aſperſis in aqua roſata et nenufare ⁊ ſalicibus ſuper que ſunt puluerifata ſandali et roſe et camphora ⁊ ſuper que iam diſtillatũ eſt parũ vini odoriferi: tunc eſt illud qđ eſt vltimum. hoc ergo eſt regimen aeris.

¶Declarat per que auxilia aer infrigidatᷣ dicẽs: ipſum infrigidari prohibendo hominum frequẽtiam quorum anhelitus aerem calefacit. Secũdo per ſuſpenſionem flabellorum multorum que agitata cõmouent aerem et vapores exhalãtes remouent a corporis ſuperficie. Tertio ponendo plurimam niuem: aut glaciem in domo. Quarto locando eum in domo ex proximo linita luto. ſicut creta in qua loco palee ſit cotum papiri: illud eñi eſt melius quam palea. cum hoc eñi qđ retinet adinuicem partem luti: ſicut palea. confert magis quã palea. amplius infrigidando et humectãdo. Papirus autem eſt iuncus aquaticus ex qua antiqui faciebant chartam ſuper quam ſcribebant. et ab illa noſtra charta dicta eſt papirus. et ẽ illud quod in vulgari noſtro dicitur patuera. pars ergo itrinſeca illius: quia mollis cotum appellari poteſt. ⁊ forte dicta eſt papirus: quaſi parans ignem. eſt enim ignitioni parata. pir autem grece ignis latine. per cotum papiri intelligunt aliqui lanuginem quandã in ſummitate repertã: et cõglobatã in figura longa rotũda. ſed fallũtur cũ illa oriatᷣ in ſũmitate canaꝝ paludũ. Quinto ꝙ in loco ſint

Papirus

Cotum

manationes fontiū et decurſus aquarū: aut ſaltē ꝙ domus aqua aſperſa irroretur. Sexto ſtratū ſiue lectū faciendo ſup lacunā coopertā retbi: ſicut retbe factum ex funibus adinuicē cōtextis. et ſtratus ille. i. pānus ſup quē dormitur fit ex tabari. i. ex ligno qđ eſt frigidius ꝙ cotum: ⁊ his ſimilibus ſtratibus. i. lectis bene ſituatis et equatis: ſicut ex corio: et reliqui ſtratus ex quo culcitre implent̄ facte ex lino aut corio ⁊ ſimilibus: ſicut ex extremitatibus ſalicum citonioꝝ. et mixti. i. ex eoꝝ folijs: et ſint aſperſa aqua roſarū. Et ſimiliter ex folijs malorum et nenufaris roſis et violis. et bene in illis oīa ſint equata vt lectus ſit mollis et vniformis. Septimo ponātur in domo calathi: in quibꝰ ſint ordinata fruſta fructuū boni odoris frigidoꝝ. ſicut malorū acetoſorū: quia ſunt frigidiora et citonioꝝ et modoꝝ. i. et ſpecierū prunoꝝ boni odoris et nenufare et ſalicibus ſup quas puluerifati ſint ſandali frigidi ī pncipio tertij: et cāphora: et ſup quas iā diſtillatū ſit paꝝ vini odoriferi. hoc enim eſt vltimū. ſ. in bonitate. vapores nāqꝫ vini aromatici in pauca quātitate permixti cū alijs vaporibus frigidis multis faciūt alios ad itrinſeca corporis penetrare magis: et cū hoc magis ꝯfortāt. Et concludēdo dicit hoc eſt regimē aeris. ¶ Vltimo circa hanc partē euitādo dubiū: nota domum acute febriētis nō eſſe ſternendā frondibus populi que cōiter apud nos repitur. Nam populus dicta athiroſa: et aurū romanū apud Auicen. calefacit vehemēter in tertio et exiccat in primo: et eius flos eſt vehementis caliditatis: et ipſius gūmi eſt vltimū in calefactione. Vna tamē ſpecies populi que apud pliniū. xiij. naturalis hyſtorie. cap. de populo. et apud Symonē genuēſem eſt frigide cōplexionis fortaſſe poſſet ſterni in domo febriētis. ¶ Notādū ſecūdo ꝙ licet noſtra populus creſcat apud aquas. ſtat tamen ipſam eſſe calidam: ſicut riſus acorus et ſimilia. et quāuis flos eius ponat̄ in vnguēto frigido: ſicut populeone: ſtat tñ ipſam eſſe calidam: et ibi poſitam eſſe ad contemperandum res frigidas que illius vnguenti cōpoſitionē ingrediuntur: ſicut in multis medicinis calidis calidis ponimus opium vt vltra alia iuuamēta remittat illorū caliditatem.

¶ Regimen autem cibi iam ſciuiſti: ⁊ ſi voluntas adeſt vt cum infrigidatione ſit lenificatio: tunc detur aqua cucurbite: ⁊ aqua melonis indi proprie: et aqua cucumeris: ⁊ lactuca cum aceto eſt vltima.

¶ Nunc Auicen. docet extinguere caliditatē acute febrientiū cū cibis et potibus: et tria facit. Primo ponit regimen infrigidans ⁊ leniens. ſecundo regimen infrigidans ⁊ ſitim ſedans. tertio ponit regimen infrigidans ⁊ conſtringens. ſecunda ibi. (Et quod cōueniens eſt in ſedādo.) tertia ibi. (Et ſi adeſt volūtas.) Dicit primo te iā ſciuiſſe regimen cibandi. cap. de cibatione febricitantiū. volendo tamen infrigidando lenire. ſ. ventrem detur aqua cucurbite et aqua melonis indi. et eſt ꝓpria et aqua cucumeris: intelligendo per aquā ſuccum horum infrigidantē et humectantē et lenientē: et magis ꝓprius inter hos eſt ſuccus angurie ⁊ guſtui placidus. Accipiat̄ ergo fruſtū angurie ⁊ ponatur ī aqua zuccharata et maſticet̄ et ſuccus deglutiatur. Sunt et alij modi de quibus dictū eſt in capitulo generali curationis febriū putridarū et lactuca cū aceto eſt vltima. i. valde conueniens ad infrigidandū: licet non ad leniendū. Et quāqꝫ iſta dantur ante digeſtionē et diem ſeptimū cum maxima eſt neceſſitas infrigidandi.

¶ Et quod conueniens eſt ad ſedandum ſitim eorum eſt foca factum ex pane ſimile cum aqua caſei accepta ex dogo. i. lacte ex quo extractum eſt butyrū poſt collationē vehementem.

¶ Facit quod dictum eſt dicens conuenire pro ſedando ſitim foca et eſt potus factus ex ordeo qui eſt ſpecies ceruiſie apud Symonem Genuenſem in preſenti tamen intellige potū ſiue cibum factū ex pane ſimile. i. purioris partis farine frumenti que eſt minus calida parte farine magis furfurea cū aqua caſei accepta ex dogo. i. lacte acetoſo. qꝛ frigidius a quo butyrum eſt extractum aptū inflāmationi et exbibeatur iſta aqua poſt vehementē collationem vt extrahatur pars caſealis ⁊ butyroſa: vt magis ſit infrigidans et humectās leniēs et ſitim extinguens. huiuſmodi autem non ſunt in vſu apud nos. credo tamen cum multa aqua caſei aliquid modicum panis optimi eſſe diſſoluēdū: ita vt ſorberi poſſit.

¶ Et ſi adeſt volūtas vt cum ſedatione ſit retentio: tunc detur ſuccus granati muzi ⁊ et acetoſi: aqua agreſte et aqua mori de ſemi et aqua acetoſitatis limonis non ſalſi: et aqua acetoſitatis citri: ⁊ que ſunt his ſimilia: et aqua cereſculi et eſt berberis.

¶ Nunc dicit ꝙ volendo cum ſedatione caloris ⁊ ſitis retinere. ſ. ventrē dentur ſucci granati muzi ⁊ acetoſi. et aqua. i. ſuccus agreſte ⁊ ſuccus mori de ſemi. i. de regione illa. et ſuccus acetoſitatis limonis non ſalſi: et ſuccus neleſimit: idest berberorū. ¶ Notādū ꝙ licet granata acria et muza habeāt virtutē ſolutiuā. tum cōprimendo, tum abſtergendo. et tertio ſua acuitate pungendo et ſtimulādo: proprie ſuccus ipſorum expreſſis a toto preterꝙ corticem exteriorem: habent tamen virtutē ſtipticam qua poſſunt ventrem retinere. Vnde quāuis ſoluant: derelinquūt tamen veſtigia conſtrictiōis in inteſtinis. Vnde Auicē. ſecundo canone caplo proprio dicebat in oībus ſpeciebus ſuis vſqꝫ ad acetoſum eſſe abſterſionem cum ſtipticitate. Vel forte conſtringunt: quia prouocant vrinam. ⁊ acetoſum eſt plus prouocans ꝙ dulce. Que aūt prouocant vrinam conſtringunt. quia vrina noctu facta multa modicum ſeceſſum ſignificat. 4. afforiſmorum. afforiſmo. lxxiij. Tacuit autē de granato dulci. quia nō eſt ita aptū ventrē retinere: ſitim ſedare et flammā extinguere: et cū locutus eſt de moris maxime ītellexit de acetoſis. quia dulcia ſunt calida ſcđo canone. cap. proprio: et de vtroqꝫ moro. ſ. rubi et celſi poteſt hoc intelligi: et per hoc intellige ſuccum arancij et ſimilia.

¶ Epithimata vero et emplaſtra ſunt ex ſuccis notis. Et proprie aqua roſata: aut ſucco roſarum recentium cum ſandalis et camphora: et aqua coriandri et endiuie: cum iſtis enim eſt infrigidatio plurima et muſcilago pſilij cum aceto ⁊ aqua roſata ē huius generis.

¶ Hic autem declarat tertium modum infrigidādi febrientes acute et eſt cum epithimatibꝰ et reliquis actu applicitis. Habet hec pars duas partes. Nam ī prima declarat ex quibus huiuſmodi conficiuntur. ſecūdo ponit cañ. de embrocatione. ſecūda ibi.

ſcđa ibi.(Et embꝛocare epar).Jn pꝛima dicit qđ
epithimata dicta ab epi qđ eſt ſupꝛa ⁊ theſis poſt
tio: ſicut ex ſuccis. ideſt liquoꝛibus notis: et pꝛo/
pꝛie aqua roſata cum ſandalis et cāphoꝛa ⁊ aqua
coꝛiandri et endiuie. cum iſtis enim eſt infrigida/
tio plurima: licet ſuccus roſarum ſit calidus: ſed
poteſt cum reliquis frigidis miſceri:vt addat in cō
foꝛtatione:et mucillago pſilij cum aqua roſarum:
⁊ aceto eſt ex hoc genere.

¶Et embꝛocare epar cum infrigidanti-
bus eſt res maxia et magis iuuans:nā cum
equatur eſt in eo maioꝛ pars rectificatiōis:
et foꝛtaſſe rectificat aquam.

¶Nunc ponit canonem embꝛocatiōis per embꝛo
cationem intelligendo quencunqꝫ modum appli/
candi medicinas exterius. Et continet hec pars
tres partes.nam pꝛimo ponit vtilitatem embꝛo/
cationis epatis. ſecundo ponit canones embꝛo/
cationis capitis. tertio ponit canones embꝛoca/
tionis epatis.ſecunda ibi.(Et quando eſt illic ca/
tarr9 ).tertia ibi ſatis diſtāter.(Et īfrigida epar)
Jn pꝛima parte dicit quod embꝛocare epar cum
infrigidantibus eſt res maximi iuuamenti. Nam
cum equatur mala complexio calida eſt in eo ma/
ioꝛ pars rectificationis:et foꝛtaſſe rectificata quā
ideſt vꝛinam melioꝛando caloꝛem modum ſubſtā/
tie aut hypoſtaſim.

¶Et quando eſt illic catarrus ⁊ tuſſis:aut
in capite eius eſt grauitas:aut tenſio ſigni-
ficat multitudinem vapoꝛum:quare opoꝛ-
tet ne fundatur ſuper caput aqua:aut ace-
tum:immo occupetur cum inclinatione ca-
pitis ſuper vapoꝛes aque ſecundum quod
diſpoſitio facit illud neceſſarium. Si vero
non fuerit catarrus:neqꝫ aliquid eoꝛuꝫ que
diximus:tunc admininiſtra de embꝛocis ⁊
epithimatibus que vis. Et nocibilioꝛ em-
bꝛoca in huius diſpoſitione repletionis ca-
pitis eſt mulſio lactis ſuper caput. Foꝛtaſ-
ſe enim facit accidere apoſtema in capite ⁊
perditionem. Et magis ſalua hoꝛarum em
bꝛocationis capitis cuꝫ repletione eius eſt
vt ſit vapoꝛ colericus non humidus: immo
in huius hoꝛa foꝛtaſſe non nocet: immo cō
fert. Et cognoſcitur ex diſpoſitiōe ſomni et
vigilijs et humiditate ſuperioꝛum partium
narium et earum ſiccitate. Cum ergo vide-
ris ſomnum aut pꝛofunditatem ſomni aut
humiditatem ſuperioꝛum partium narium
tunc caue embꝛocationem et inunctionem:
et ſtude in attrahendo materiaꝫ ad inferio
ra. Et cum videris rubedinem in naſo et fa-
cie vehementem. tunc non erit malum vt fa
cias currere ſanguinem ex naribus.

¶Nunc ponit canonem embꝛocationis capitis:⁊
habet ſex partes. Jn pꝛima ponit canonem pꝛohi
bitiuum embꝛocationū capitis. Jn ſecunda cano
nes concedentes eius embꝛocationē. Jn tertia po
nit embꝛocationem magis incōuenientē. Jn quar
ta parte ponit caſum in quo cum repletiōe eſt em/
bꝛocandum. Jn quinta ponit ſigna repletionis in
qua conuenit:et in qua non conuenit embꝛocatio
capitis. in ſexta ponit duos canones. ſecunda ibi.
(Et ſi non fuerit catarrus).tertia ibi.(Et nocibi/
lioꝛ embꝛocatio:)quarta ibi.(Et magis ſalua ho
rarum.)quīta ibi.(Et cognoſcitur.)ſexta ibi.(Cū
ergo ibi videris ſomnū.)Jn pꝛima parte dicit qđ
quando in coꝛpoꝛe febꝛiente eſt catarrus et tuſſis:
aut in capite eius eſt grauitas ſignificans multi/
tudinem ſuperfluitatis in eo:aut extenſio ſignifi/
cans multitudinē vapoꝛū:opoꝛtet ne fundatur ſu/
per caput aqua neqꝫ acetum:immo debet inclina/
re caput ſuper vapoꝛē aque frigide tepide aut ca/
lide paucioꝛi tempoꝛe aut longioꝛi ſecundū quod
exigit diſpoſitio ſua. Caumate nanqꝫ exiſtente ma
gno pluri infrigidatione opus eſt. ſed econtra ipo
exiſtēte paruo. et ſecundū hoc opoꝛtet aquam eſſe
frigidam calidā aut mediam. Similiter repletiōe
exiſtente multa opoꝛtet non longo tempoꝛe tenere
caput inclinatū ſuper vapoꝛem. aque ne per cali/
dos vapoꝛes pꝛeter modum liquefiant:nec per fri
gidos vie opilentur et humoꝛes pꝛeter modum in
groſſentur. Jn ſecunda parte dicit quod. non exiſtē
te catarro:nec aliquo ex his que dicta ſunt admini
ſtra de embꝛocis et epithimatibus quod tibi pla/
cet. Jn tertia parte dicit quod nocibilioꝛ embꝛoca
cum caput eſt repletum eſt mulſio lactis ſuper ca/
put. Foꝛtaſſe enim facit accidere apoſtema in ca/
pite:et interficit opilando poꝛos ſua viſcoſitate ⁊
adherentia. vnde non fit tranſpiratio. Jn quarta
parte dicit quod magis ſalua hoꝛa embꝛocatiōis
capitis quando eſt repletum eſt vt ſit in eo vapoꝛ
colericus non humidus:immo in hoc caſu foꝛtaſſe
non nocet: immo confert et eſt modus loquendi.
Jn quinta parte dicit quod cognoſcitur an vapoꝛ
ſit humidus an ſiccus ex ſomno quia tunc eſt hu/
midus: et ex vigilijs: quia tunc eſt ſiccus : et humi/
ditate ſuperioꝛum partium narium. ſcilicet muzi.
quando ſcilicet ſunt multi et non acuti:et earuꝫ ſic
citate ſcilicet quando ſunt muzi. Tunc enim ſigni/
ficat vapoꝛes illos eſſe ſiccos ſicut humiditas na/
riū ſignificat vapoꝛes hūidos. Jn ſexta pte dicit
cū ergo videris ſomnū: ſcꝫ notabilē:aut pꝛofundi
tatem ſomni aut humiditatem ſuperioꝛū partiuꝫ
narium:tunc caue embꝛocationem et vnctionē ſci/
licet capitis:et ſtude in attrahendo materiā ad in
ferioꝛa:ſcilicet cum cliſteribus:et reliquis auxilijs
Et tu ſupple etiam aliam partem: ſcilicet ſi vide/
ris vigilias et ſiccitatē narium: tunc embꝛoca ⁊ vn
ge ſcilicet cum frigidis. ¶Secundus canon. cū vi
deris rubedinem in naſo:et facie vehemētem:tunc
non eſt malum vt facias currere ſanguinem ex na
ribus:ſcilicꝫ cum herba dicta poligonia: aut ſetis
poꝛcinis. aut ſanguiſuga parti intrinſece narium
applicata.

¶Et infrigida epar cum emplaſtris: et cū
infrigidas:caue ne occurras cum infrigida
tione vehementi hoꝛa ſudoꝛis et reſolutio-
nis:immo opoꝛtet vt obſerues illud: foꝛtaſ
ſe enim fit cauſa in elōgatione egritudinis:
licet quandoqꝫ ſit lōgitudo egritudinis ſal
uioꝛ quam ipſius acuitas.

¶Hic ponit canoñ. embꝛocatiōis epatis: et quē/
dam alium:licet etiam adaptetur pꝛimus canon
embꝛocationis cuiuſqꝫ partis extrinſece dicens in
frigida epar cum emplaſtris ſibi pꝛopꝛijs. et cum
infrigidas:ſcilicet cum his ſic applicitis exterius
caue ne occurras cum infrigidatiōe vehementi ho
ra ſudoꝛis et reſolutionis materie : immo opoꝛtet
vt obſerues illud. nam foꝛtaſſe eſt cauſa pꝛolonga
tionis egritudinis:ſcilicet retinendo materiā quā

do natura tentat euacuationē: licet quādoq; ſit lōgitudo egritudinis ſaluto: quam eius acuitas. Quapropter ſi egritudo eſt valde acuta corp⁹ pretermodum conſumens dato quod natura tentaret ſudorem eſſent huiuſmodi frigida applicāda. magis enim eligamus aliqualem prolongationem egritudinis quam corporis arefactionem.

¶Et oportet vt caueas in febrib⁹ acutis caſum raſure: quoniā addit in debilitate virtutis et terretur natura a receptione ſuperfluitatum ad inteſtina et ab expulſiōe earū ab eis propter victoriam ſuperfluitatum: ⁊ fortaſſe redeunt ſuperfluitates ad ſuperiora et ledunt hypocundria et inflant ea et ledunt caput.

¶Secundus canon. Caue in febribus acutis caſum raſure: ideſt excoriationis inteſtinorum: quia addit in debilitate virtutis. et ſecūdo quia natura a receptione: ideſt expulſione ſuperfluitatū ad inteſtina terretur: et ab expulſione earuʒ ab eis: ideſt per ea: ſcilicet inteſtina. non quia ſuperfluitates dominentur virtuti: immo quia natura timet: ne tranſitus ſuperfluitatum per inteſtina doloreʒ augeat in inteſtinis excoriatis: ſicut etiam natura terretur a mingendo cum veſica eſt excoriata. Quapropter ſuperfluitates non expulſe fortaſſe redeūt ad ſuperiora et retente in ventre ledunt hypocundria et ledunt caput euaporando: aut forte ad ipſum permutate.

¶Et quandoq; eſt in potu papaueris iuuamentuʒ mirabile in inſpiſſando materiā ſubtilem: quare digerit in faciendo ſomnū.

¶Hic declarat ſextum modum infrigidandi acute febrientes cum medicinis dicens quod quandoq; eſt potus de papauere iuuamentum mirabile in inſpiſſando materiam ſubtilem: ſcilicet calidā: quare digerit cum digeſtio in ſubtili ſit equatio per ingroſſationem: et in faciēdo ſomnū quo multum iuuantur febrīētes acute: et per potum de papauere intellige vel ſirupum vel decoctioneʒ eius licet electuarium: ſicut diacodion et ſimilia valeāt et per hunc potum intellige alia extinguentia.

Mēbra infrigidāda ī febribus acutis ſūt quattuor.

¶Nota pro declaratione huiuſmodi infrigidandi febrientes acute quod membra infrigidāda in febribus acutis ſunt quattuor: ſcilicet caput cuius epithima poteſt eſſe tale. ℞. ſucci lactuce. olei roſati. ana. ℥. vnā aceti. ʒ. ij. miſce. his addere potes aquam roſatam et ſuccum roſarum ad libituʒ vbi magis intendas confortationi. Et ex ſerie textus potes comprehendere in quibus caſibus ſit epithimandum caput et in quibus non. Cor poteſt epithimari cum hoc. Recipe aque roſaruʒ. ℥. duas ſucci roſarū aque acetoſe ana. ℥. vnā aceti. aque coriandri ana. ℥. ſemis ſandali dragmā vnā. camphore grana quinq; croci. ℈. ſemis, his potes addere aliquid aliud calidum ſicut parum vini aromatici aut parum muſci et ſimilium. Epar autem eſt epithimandum cum huiuſmodi. Recipe aque endiuie et aque roſarum ana. ℥. vnā ſpecierum cerori ſandali. dragmas duas aceti. ℥. vnā his potes addere parum ſpice aut aliquid calidum. Renes autem epithimantur cum infrigidante Galeni. Potes etiam cuʒ mucillaginis pſilij dragmis duabus aceti. ℥. ſemis aq̄ roſaꝝ. ℥. ij. facere epithima. et ſtante plenitudine nullum horum membrorum regulariter eſt epithimandum niſi precedēte minoratione.

¶Rememoratio accidētium que fiunt in febribus acutis. Capitulum. xj.

Loquamur itaq; in p̄mis de accidentibus que vehemētia ſunt in febribus: ⁊ de curatione eorum. ⁊ feſtinemus ad diſtinguēdū febres acutas. Et hec quidem accidētia ſunt ſicut rigor et frigus et horripilatio: et ſicut ſudor plurimus: et ſicut fluxus ſanguinis narium ſuperfluus ⁊ ſicut vomitus laborioſus et fluxus ventris debilitans: et ſicut ſitis que non toleratur et ſicut profunditas ſomni ſuperflua: et ſicut vigilatio inſeparabilis et ſicut aſperitas lingue et obfuſcatio oris et ſicut ſternutatio continua et dolor capitis prauus et tuſſis frequens: et ſicut caſus appetitus et boliſmus et ſicut appetitus caninus et ſingultus.

¶Auicenna in parte preſenti intendens ponere regimen accidentium que frequenter fiunt in febribus acutis ponit primo intentionem ſuam dicēs quod in primis vult loqui de accidentibus: deinde feſtinabit ad loquendum de febribus acutis: licet etiam de cronicis ſit in hoc tractatu determinaturus. omnes tamen dici poſſunt acute: quia mordaces reſpectu effimerarū et ethicarum. ſecundo incipit ſingulariter agere de his accidētibus ibi. (Nō eſt de hoc.) Et que dicit in his partib⁹ nota ſunt.

¶Notandum quod licet regularius fuiſſet prius ponere regimē putridarū quā accidentiū ſequentium eas cum cura accidentis vt accidens pēdeat ex cura egritudinis que eſt cauſa eius: attamen q2 accidentia vehementia in febrib⁹ ſicut illa de quibus hic acturus eſt frequenter curationes peruertunt. placuit Auicenne preponere regimē horū accidentium regimini febriū. hec autem accidentia de quibus determinabit ſunt vigintitria. licet hic non enumeret.

¶De regimine frigoris et horripilationis cum ſuperfluunt Capitulum. xlij.

Quod eſt de hoc ſequens ſudorē rectificatur velociter et non indiget regimine. Et cretico non oportet vt contrarium fiat per remotionem: et non eſt de illis que debilitant: et que faciunt aliud.

¶Hoc capitulū primū diuiditur in duas partes. in prima explicātur rigores nō vertentes ad ſecuram. in ſecunda virtutes. ſecūda ibi. (Et quādoq; ſedātur cum ligatione.) In prima parte dicit duo. primū. rigor ſequēs ſudorem rectificatur velociter et non indiget regimine: ideſt curatione: ſcʒ notabili. ſecundū rigor creticus nō debet remoueri per contrariū. Ex quo ſequitur quod non indiget curatione: cum omnis cura fiat per cōtrariū. ¶Preterea non eſt de illis que debilitāt neq; faciant aliud nocumentū ſi criſis ſit laudabilis. quare non indiget curatione. ¶Notandū primo rigorē ſumptum cōiter prout conuertit̄ cum tipo aliquādo precedere ſudorem aliquando ſequi aliquando ei ꝯiungi Primū ptʒ in principijs febriū interpolatarū que cū ſudore terminātur. Item etiam in rigore precedēte criſim ꝑ ſudorē. vt q̄rto afforiſmorū. affo. lviij.

A cauſone habito.Secundũ ptꝫ. nam aliquando
poſt poſt ſudorem exalatis iam vaporibus cali/
dis et apertis poris multotiens etiã ſpiritibus re
ſolutis ſequitur frigus quoddã ⁊ forte aliquis ri/
gor qui ſequens cõpletam euacuationẽ nõ eget re
gimine per medicinas.per leuẽ enim fricationem
aut pannorũ calidorũ iapplicationẽ remouet̃. Et
quod rigor ſequatur euacuationeꝫ collige ſecũda
quarti.tractatu primo cap̃.de narratiõe ſignorum
bonorum:et de hoc rigore eſt ſermo hic. Patet etiã
tertium nam aliquando tempore ſudoris terre/
tur natura in expellẽdo materiã nociuã per mem/
bra ſenſibilia et retrahit calorẽ et ſpiritus et ſigni
ficatur impotentia virtutis et terror eius necnon
malitia materie:et hic rigor eſt malus.de quo.vij.
afforiſmoꝝ.In ſudore rigor malũ.Et aliquãdo cõ
tingit propter vehementẽ reſolutionẽ ſpiritus cuꝫ
debilitate virtutis ꝯtentiue ſicut in ſudore diafore
tico cui frigus aſſociat̃:et hic eſt peſſimus.¶ No/
tandum ꝙ per rigorẽ creticũ debes intelligere ri/
gorem antecedenteꝫ criſim cũ oĩbus aut pluribus
conditiõibus laudabilibus criſis.nam ꝓ cura hu/
ius nõ eſt aliud faciendũ iuxta afforiſmũ.xx.prime
particule.Ea quorum criſis fit aut facta eſt.nec ex
hoc timemus virtutis debilitatẽ aut aliud nocucu
mentũ notabile ſicut cõuerſionẽ materie ad aliq̃d
membrũ nobile et ſimilia.veruꝫ aliqua calefactio
cum pannis poſſet fieri.

...perius. ...autẽ eſt ...paroxiſ/ ...non ante/ ...ſudorẽ ...qui: ſicut ...cauſon ...gulis po/ ...In cau/ ...nãqꝫ rigo ...aduentante ...egritu ...do.

¶ Et quandoqꝫ ſedatur cum ligatione ex
tremitatũ et fricatione facili et cum calefa
ctione coopertureet cum vnctione de oleo
de aneto.et de camomilla ſi indigetur eo.

¶ Ponit regimẽ rigoris vertentis ad ſe curã: et pri
mo minus fortis. ſecundo magis fortis. ſc̃da ibi
(In forti aũt quãdo perſeuerat).In prima parte
dicit ꝙ rigor ſcꝫ debilis quãdoqꝫ ſedatur cum liga
tione extremitatũ:ſcꝫ coxarũ et adiutoriorũ⁊ frica
tione facili ſcꝫ totius corporis et extremitatum.et
tertio cum calefactione et vnctiõe cũ oleo de ane/
to aut de camomilla ſi indigetur eo.quaſi dicat.ꝙ
aliquãdo ſufficiet ſola ligatio et fricatio abſqꝫ vn
ctione.¶ Notandũ quod huiuſmodi fricationes ⁊
vnctiones debent fieri dorſo ſpine ⁊ partibus po
ſterioribus a quibus incohoãt rigores quarto affo/
riſmorũ.affo.62.quibuſcũqꝫ in febribus. Calefa/
ciendo eñi et trahẽdo calidũ exterius ſedãt rigorẽ.

¶ In forti autem quando perſeuerat ſiue
ſit in febribus:ſiue ſit in aliijs oportet vt ligẽ
tur extremitates in locis plurimis et inun-
ctio fiat cũ oleo camomillino et radice lilij.
et ſunt de hoĩbus qui confortant illud cum
eis que ſunt ſicut cardamomũ ⁊ caſtoreum
et ruta et ſchea et calamentũ et baurach et
piper et piretrũ.Et quãdoqꝫ pertrãſit illud
ad adminiſtrandũ linimenta ex ſinapi et aſſa
nõ fetida.Et quandoqꝫ decoquũtur medi-
cine iſte in aqua:deinde coquitur in ea ali-
q̃d oleum et aqua eruce fortis eſt in hoc ca
pitulo ꝑ ſe ſola aut cũ oleo aliquo q̃d deco-
quitur cũ ea.⁊ ſilĩr decoctio ozimi ⁊ aque eiꝰ
Cõfectio olei boni.Sumat̃ anetum ſiccũ et
myrrha et ruta et calamẽtũ ⁊ piper ⁊ piretrũ
et coquant̃ in vino decoctiõe vltima:deinde
coquat̃ colatũ in tãto ꝙ tũ eſt medietas eiꝰ
de oleo ſiſamino vſqꝫ quo cõſumat̃ aq̃ et re-
maneat oleũ ⁊ adminiſtret̃ vngẽdo.et de oleis
fortibꝰ in eis in tali qualis eſt rigor quarta
ne eſt oleũ de coſto et oleũ de ſchea ⁊ oleum
de abrotano et oleũ de lilio et myrrha et po
nantur in vncia vna olei pondus.ʒ.iij.pipe-
ris et ſexta.ʒ.j. piretri tritorum. et admini-
ſtretur abſinthiuꝫ decoctum in oleo aliquo
aut oleum oliue in quo decoctũ eſt apiũ.Et
introitus in oleũ lenis caliditatis eſt iuuati
uus valde:et fortaſſe neceſſarie ſũt potiões
et multotiens ſedatur cum aqua calida le-
nis caliditatis et cum incuruatiõe ſuper va
porem eius.Et quãdo non ſedatur per id ſi
materia eſt groſſa decoquant̃ in aqua ani-
ſum calamentũ ⁊ ſemen apij et ſemẽ apij et
maſtix et eruca et anetũ et ſimilia. ⁊ balnee-
tur in aqua in qua decocta ſint ea que ſunt
ſicut ſchea et abrotanũ et calamentũ: ⁊ ane
tum et ſquinantus et ruta et ſanſucus et co
ſtus et ſemina calida.

¶ Nunc curat rigorẽ fortẽ.⁊ primo magis per exte
rius applicita. ſc̃do magis per interius ſumpta.
ſc̃da ibi.(Et omnes medicine fortis ꝓuocatiõis)
Prima pars poſſet diuidi in tot partes quot reme
dia ponit.partes patebũt.¶ Ante oĩa primo notã
tandum rigorẽ vertere ad ſe curã aliquando ꝓpter
triſtem ſenſationẽ vehemẽter contriſtantẽ et debi/
litantem virtutẽ.Secũdo propter motum cõpreſ/
ſiuum ad quẽ reſolutio ⁊ virtutis debilitatio ꝯſe/
quitur.Tertio ꝓpter vehementẽ retractionẽ calo/
ris ad quã poteſt ſequi ſuffocatio.¶ Secũdo notã
dum huiuſmodi applicita locis de quibus ſupra
conferre calefaciẽdo ſua actuali ⁊ potẽtiali calidi
tate et triſtem ſenſationẽ remittẽdo.⁊ tertio de ma
teria faciente rigorẽ reſoluẽdo. Primũ remediũ fa
ciendum in rigore forti quãdo perſeuerat ſiue in fe
bribus ſiue quando nõ fuerint febres eſt ligatio ex
tremitatum in locis dictis:et inunctio fricãdo cũ
oleo de aneto camomillino et radice lilij: ſcilicet
albi que eſt calida in ſecũdo ⁊ rigoris ſedatiua: et
poteſt decoqui radix lilij cum oleo camomille ⁊ ip
ſum oleum applicari vngẽdo et fricando. Secun/
dum remediũ eſt q̃d aliqui hoĩes cõfortant oleum
ſupraſcriptũ addendo cardamomũ calidũ:⁊ ſiccũ
in tertio caſtoreũ pinguedinẽ teſticuli calidã.et ſic
in fine tertij aut in principio quarti. ⁊ rutam cali.⁊
ſic.in tertio ſilueſtris ṽo in.iiij. Schea q̃ ſcđm ali/
quos eſt ſticados arabicus cali.in p̃io.et ſic.in.ij.
ſcđm aliquos eſt ſpẽs abſinthij: ⁊ dr ſandonicuꝫ a
ſandone loco gallie.Sꝫ apud Gal̃.ſexto de ſimpli
ci medicina eſt abrotanũ cali.in primo.ſic.in ſc̃do
calamentũ cali.et ſic.in ſc̃do baurach ſpẽs ſalis ꝑ
qua ſal nitrũ ca.⁊ ſic.in tertio piper piretrũ cali.⁊
ſic.in tertio.hec aut aliqua iſtoꝝ poſſunt ſupraſcri
pto oleo cõmiſceri ſcđm ſuã ſubſtãtiã: aut pñt po
ni ad decoquendũ:⁊ poſtea oleũ colari hmõi abij
ciendo.Tertiũ remediũ q̃nqꝫ pertranſit medicꝰ ad
linimenta magis calida ſicut que fiũt ex ſinapi ca
lida in quarto.Itẽ ex aſſa gummi calida in quarto
ſicca in ſecundo intelligendo de nõ odorifera que
eſt calidior odorifera.licet magis abominabilis.
Iſte due poſſunt cum aliquo liquore permiſceri in
pauca quãtitate ⁊ his loca dicta inungi. Et quã/
doqꝫ decoquũtur iſte medicine in aqua:deinde de/

coctio illa colata bulitur cum aliquo oleo vſq; ad aque cōſumptionē ⁊ adminiſtratur. Quartū remedīū eſt aqua decoctionis erucę calide. ⁊ ſic. in ſcđo ſola aut cū aliquo oleo bulita eſt fortis in hoc ca. Similiter decoctio ozimi. i. baſiliconis calida ⁊ ſic. in ſcđo. ⁊ aqua eius per aquā intelligēdo ſuccū aut aquā diſtillatiōis. Quintū remediū eſt confectio olei boni. ſumanẗ aneti ſicci rute mirre calamenti ana partē vnā. piperis piretri an̄. partē mediā coquātur cū vino decoctiōe vltima ita vt horū virtꝰ ingrediaẗ vinū: deinde vinū iſtud coquaẗ in tantū olei ſiſamini q̄nta eſt eiꝰ medietas vſq; quo conſumatur aqua ⁊ adminiſtretur. ⁊ hec eſt fortis ⁊ ſolēnis. Sextū eſt ex oleis fortibus multū calidis cōuenientibus in rigoribꝰ fortibꝰ qualis eſt rigor quartane ſicut eſt oleū de coſto cal. ⁊ ſic. in tertio oleum de ſchea oleū de abrotano. ⁊ hic vides ꝙ Aui. per ſcheā nō intelligit abrotanū. oleū de lilio oleū de mirra. Septimum ponantur in. i. ℥. olei tres. ʒ. piperis. ⁊ ſexta. ʒ. vnius piretri tritorū ⁊c. Octauum adminiſtretur abſinthiū decoctū in aliquo oleo ſicut oleū oliue in quo decoctū ſit apiū. Nonum introitus in oleū aliquod pauce caliditatis eſt iuuatiuus valde ſi ponatur in eo ſm̄ totū corpus preterq̄ ſm̄ caput. Et fortaſſe his non ſufficientibus ſunt neceſſarie potiōes de quibus infra. Decimū quandoq; ſedatur cū aqua parū calida ſcilicet incuruādo dorſum ſuper vaporem eius. Undecimū quando non ſedatur per illud ⁊ materia eſt groſſa decoquatur in aqua aniſum ⁊ calamētum ⁊ ſemen apij ⁊ maſtix ⁊ eruca ⁊ anetum ⁊ ſimilia. ⁊ recipiat vaporē. vt ſupra. Duodecimū balneetur in aqua in qua decocta ſunt ſchea abrotanum calamentū anetum ſquinantum ruta ſanſucus id eſt maiorana coſtus ⁊ ſemina calida.

¶ Et omnes medicine fortis prouocationis ſedant rigorem. Et de medicinis ſedātibus rigorē maximū in quartana ⁊ ſimilibꝰ ſibi eſt vt bibatur de coſto aurei. j. cū aqua calida et de agarico q̄ntum de ipſo in aqua calida. Et in agarico eſt iuuamentū. et quādoq; poniẗ cum eo parū opij. quoniā facit dormire ⁊ facit ſudare et prohibet vehemētiam rigoris et alia. et iterū yreos quātitas auŕ. j. in aqua calida.

¶ In parte preſenti Aui. curat rigorē per ſumpta interius. ⁊ primo per medicinas ⁊ cibos alteratiuos. in ſcđa per medicinas ſolutiuas. ſcđa fere in fine capituli ibi. (Et ſolutio ventris) prima in tot partes quot ſunt medicine. partes patebunt. Prima eſt. omnes medicine fortis prouocationis ſcilicet ſudoris ſedāt rigorē. oēs nāq; ſunt calide. ⁊ ſic ſua caliditate ſedant ipſum. ¶ Preterea educendo per ſudorē ſedāt ipſum. ſicut tyriaca metridatū et ſimilia cū vino potenti ſumpta. Scđa medicina q̄ ſedat rigorē maximū ſicut in quartana eſt huiuſmodi. ℞. coſti aureum vnū puluerizetur et ſumaẗ cū aqua calida ſcđo. ℞. agarici intellige preparati ſuis correctiuis aureū vnū ⁊ ſumatur diſtēperatus cum aqua cal. iuuat enim agaricus in rigore. Tertia medicina quandoq; ponitur cum agarico parum opij ⁊ iuuat faciendo dormire faciendo ſudare. ⁊ prohibet vehemētiā rigoris ⁊ alia accidentia vehemētia. accidentia. ſ. ſequentia rigorē ſicut ſincopis ⁊ ſimilia. ⁊ ad intellectum Aui. debet accipi agarici aureū vnum. opij vnum aut duo grana. poſſemus etiam has medicinas ſcilicet agaricū opium et coſtū ſimul cōmiſcere et totum exhibere vna vice per horam aut circa. ante paroxiſmū ⁊ melius eſt vt ſint diſtemperata aut cum aliquo liquore calido ſaltem actu. hec enī medicina iuuat calefaciendo ⁊ ſubtiliādo materiā. Iuuat ſcđo de per accidens ſopiendo ſenſum. tertio prouocādo ſomnum. quarto prouocādo ſudorē: ſed prouocatio ſudoris partim eſt de p ſe per medicinas calidas ſubtiliātes. partim de per accidēs inducendo ſomnū qui facit ſudare. Et hec medicina: q2 tarde euacuationis et efficitur etiam tardior per opium nō euacuabit: niſi poſt viginti horas aut circa quādo iam paroxiſmus erit finitus ⁊ euacuabit materiā groſſam ſicut melācoliam. et ſimiles quas forte nō euacuaſſet ſi nō fuiſſet ſumpta ante paroxiſmum cum ante paroxiſmū materia incipiat agitari et cōmoueri. et cum eſt in motu facilius poteſt educi quam ſi nō cōmoueretur. propterea forte melius eſſet q̄d hec medicina per duas horas aut maius tempus exhiberetur ante paroxiſmū vt iam ſit actuata dū mouetur cauſa antecedens pro paroxiſmo. Et ex his facile ſoluuntur multe inſtantie pauci momēti quas doctores adducunt pro declaratione huiꝰ textus. Quarta medicina eſt aureus vnus yreos in aqua calida. Eſt aūt yreos radix lilij celeſtis cali. et ſic. in fine tertij et ſolutiua. Et credo ꝙ eſſet melius hoc exhibere ante paroxiſmum per notabile tempus vt eſſet completa eius ſolutio. verū eius oleum applicitum ſedat notabiliter frigus et rigorem.

¶ Et de cōpoſitis eſt tyriaca diateſſeron et electuaria alia. et diaciminū et diacalamentum. et diapipereon. et ſyrupus de melle in quo feruent ſicut aſſa. ruta. et piretrū et piper. Pillule experte que dantur in potu ante rigorē per horam vnam infirmo erecto vel ſtante ſuper lectū ſuum vel ſcamnū ſuum: et aere eius calefacto cum igne et cooperimēto quoniam temperant ipſum aut prohibent: quarum cōfectio. Recipe ſtoracis. myrrhe. opij. oppoponaci. omnium ana partem. j. conficiātur cū butyro: ⁊ ſit doſis eius quantitas fabe: et iterū ſumantur oppoponaci. caſtorei. dauci. aſſe. piretri. opij. ana partes equales fiat ſicut primo ſit. Deſcriptio bona. Recipe oppoponaci. ſerapini. amidē. et cimini carmeni: et ſeminis apij et piperis ana aur. j. ß. ſeminis iuſquiami albi. croci. ariſtologie. caſtorei. euforbij. myrrhe. ameos zinziberis omniū ana pondus tertie. ʒ. j. ſeminis armel. piretri omniū ana aur. j. conficiantur cum melle: et doſis eius ſit auellana cum aqua calida valde.

¶ Deſcribit medicinas compoſitas valentes in rigore. Ex quo infert ꝙ medicine ſupraſcripte fuerunt plures et non vna ſola. ſcilicet coſtus agaricus ⁊c. Prima medicina cōpoſita eſt tyriaca dyateſſeron id eſt de quatuor rebus. Itē dyaciminū dyacalamentum. Item dyapipereon que omnia ſunt calida circa tertium gradum. Et ſyrupus de melle in quo feruent ſicut ruta aſſa piretrū et pip id eſt aqua mellis in qua huiuſmodi ſint bulita et colata poſt horum bulitionē. Pillule ex parte hec dantur infirmo erecto ſiue iaceat in lecto ſiue ſup

ſcamno

ſcamno ad experiendū an ſit fortis potens tolera⸗
re huiuſmodi opiata: et etiam vt melius poſſit de
glutire ⁊ debet eſſe in camera calida aut in pānis
circūdatus vt nō frigeat. ℞. myrre opij oppopo⸗
naci omniū ana partem vnam conficiātur cū bu⸗
tiro: ⁊ ſit doſis vt quātitas fabe. Do tibi ſanū con
ſilium quando incipis alicui exhibere medicinas
opiatas nō trāſcendas ſup duo grana opij. Sunt
enim quidam qui facile patiuntur ab opio. quidā
non. intra quos difficile eſt diſtinguere niſi per ex⸗
perientiā. Quomodo aūt huiuſmodi opiata cōfe⸗
rant in rigore patere poteſt ex dictis. Et due medi
cine ſequētes ſedant rigorem: tum calefaciēdo et
ſubtiliando per medicinas calidas: tum ſtupefa⸗
ciendo. nam in prima ſequente ponitur opium in
ſecunda ſemē iuſquiami albi: quod tamen minus
ſtupefacit quā opium. Solum ſupereſt vt aliqua
declarentur. oppoponacū dictum eſt ab opos qđ
eſt gummi vel lachryma et ponax vel ponacuꝫ her
ba. ſic ſumitur vt ſumit̄ a Plinio. 12. naturalis hi⸗
ſtorie. et eſt calidum et ſiccū in tertio Amiden eſt ſi
ſeleos. xiij. tertij tractatu quarto capitulo de cura
aſclitis i fine: aut eſt herba de qua fit aſſa. ⁊ eſt val
de calida. Ariſtologia capiens nomen ab inuento
re qui ſeminando inuenit. vt ponit Tullius primo
de diuinatione diſtinguens in longam ⁊ rotundā
ſic differētes ſcđm folia et radices: quarum vtraꝙ
eſt notabiliter calida: ſed lōga calidior. de vtraꝙ
poteſt intelligi. Armel eſt ſpecies rute et non ſilue⸗
ſtris vt voluerunt quidam: vt patet per Auicen. vi.
quarti capitulo de cura morſus viperarū.

¶ Et fortaſſe eſt neceſſariuꝫ in eo vt detur
in potu vinum calefactuꝫ et cibi calefacti.

¶ In parte iſta ponit quod cibi et potus debēt da
ri actualiter calidi: et melius eſt etiam vt ſint potē
tia tales ſiue dentur in rigore ſicut aliquando eſt
neceſſarium deficiente virtute ſiue ante rigorem.

¶ Et ſolutio ventris cuꝫ eis que ſunt ſicut
yera et dyacitoniten et dyaſinicon: imo qñ
eſt rigor prauus et proprie in febre dentur
in potu pillule fetide: quoniam ipſe ſunt ſa
nitas eius.

¶ Curat rigorem cum ſolutiuis concedens yeram
ſcilicet ſimplicem diacitoniten et diaſinicon: qua
rum deſcriptiones vide a Meſue in ſuo antidota
rio: et ab Aui. quinto canone: immo quando rigor
eſt prauus: quia fortis et longus et proprie ſine fe
bribus dantur in potu pillule fetide: quoniam ſa⸗
nant. quarum deſcriptiones vide nono Almanſo⸗
ris. capitulo de paraleſi. et dicuntur fetide: quia fe
tidos educūt humores: et conueniunt cum non eſt
feb. aut pauca febris: quia ſunt notabiliter calide.
Notant hic doctores ſolutiua non eſſe exhibenda
ita vt operent̄ tempore paroxiſmi niſi materia ex⸗
iſtente in vijs ductū aut ſibi prima in pauca quā
titate: quod credo eſſe verū precipue: quando hu⸗
iuſmodi medicine ſunt violente ſicut ſunt que hic
deſcripte ſunt preter yeram. Cura rigoris ſex req̄⸗
rit intentiones. Prima eſt regimen ſex rerum pro⸗
prie in aere qui debet eſſe calidus. ſimiliter cibi et
potus in rigore pendente a materia calida debent
eſſe actualiter calidi. Secunda intentio eſt mino⸗
ratio humorum cum vomitu cum plurimum de ea
materia expellatur eo tempore ad ſtomachuꝫ: ſed
ante rigorem per notabile tempus puta die prece
denti cum medicinis ſolutiuis: ſcilicet yera ſimpli
ci diaſini. diacitoniten. pillulis fetidis. reubarba⸗
ro. aloe et ſimilibus ſecundū exigentiam materie

Tertia intentio eſt remittere acuitatem et ſubtili⸗
tatem materie. et etiaꝫ ſubtiliare groſſam. Primū
perficitur cum ingroſſantibus et inuiſcantibus vt
aquis et ſyrupis. Secundum cum ſubtilitantibus
abſtergentibus et incidētib⁹ ex eiſdem: et iſta ſunt
exhibenda tempore digeſtionis materie que ſtat
ſub forma cauſe antecedentis. et ſic per duas ho⸗
ras ante paroxiſmum ratione materie coniuncte
paroxiſmi. Quarta eſt reddere materiaꝫ non ita ve
lociter mobilē ſuper membra ſenſibilia que com⸗
pletur per quietem corporis aut per frigida inſpiſ
ſantia. Quinta intentio eſt obtūdere ſenſum ne ꝓ⸗
ter ſenſus acuitatem valde debilitetur eger et aug
mentetur concuſſio que completur per prouocan⸗
tia ſomnum. Sexta intentio eſt partium exteriorū
calefactio et proprie dorſi et extremorū. que cōple
tur cum fricatione cum pannis calidis et calidoꝝ
exterius applicatiōe que multiplicia poſſunt eſſe
Item cum cibis et electuarijs et aquis in preſenti
capitulo deſcriptis. de quibus ſunt tyriaca. metri
datum. diamuſcum. et ſimilia. et proprie in mate⸗
rijs frigidis ſumpta cū pauco vini potentis ⁊ etiā
cum his que exterius applicantur. Deſcriptio con
ueniens. ℞. olei anetini. ℥. i. ß. ſucci arthemiſie. ℥.
iij. bulliant ſimul ad conſumptionem ſucci. ⁊ adda
tur croci ſubtiliter puluerizati. ℥. i. cere quantum
ſufficit. fiat vnctio cum aqua debite calida vnga⸗
tur dorſum ante rigorem et in rigore. Aqua vitis
applicata dorſo et extremis eſt efficax.

¶ Regimen ſudoris in febribus. Cap. xiij.

OPortet ne ſudor creticus quan⸗
tum poſſibile eſt reſtringatur.

¶ In preſenti capitulo Auicenna po
nit regimen ſudoris. primo cretici nō
ſuperfluentis. ſecundo cretici et non
cretici ſuperfluentis. ibi ſecunda (Cum autem fue
rit neceſſitas) dicit primo creticum ſudorem quan
tum eſt poſſibile non eſſe reſtringendum. patet
quia natura in criſi perfecta non eſt impedienda.
prima afforiſmorum. affo. xx. ſi tamen in ſudore vir
tus preter modum debilitaret̄: tunc conuenit illuꝫ
reſtringere.

Galenus ſepti
ma amphoriſ⸗
moruꝫ. Sudor
multus frigid⁹
Calidus ſemꝑ
fluens: frigid⁹
maioreꝫ: calid⁹
minorē egritu⸗
dinē ſignificat
Cauſa vero ſu⸗
doris multitu⸗
do eſt in corpi⸗
b⁹ collecte hu⸗
miditatis que
hic ꝑcipitur ex
pelli ſuperius
cū vomitu a cor
pore forti: infe⸗
ri⁹ cū pharma⸗
cia a debili. qđ
dignū eſt repre
hendi.

¶ Cum autem fuerit neceſſitas et pertran
ſit terminum. tunc oportet vt euacuetur et
infrigidetur locus. Si autem non excuſat:
tunc ſuper inſtrumentum poſitus quo pue
ri vel iuuenes ſolent in aere concuti cōmo⸗
ueātur in loco frigido.

¶ Nunc Auicenna facit quod dictum eſt. et habet
quinꝙ partes. tres prime partes regunt ſudoreꝫ
parando aerem. ſecundo in tali regimine abſter⸗
ſionem ſudoris docet euitare. tertio ponit quedaꝫ
remedia exterius applicanda. ſecunda ibi. (Et nō
oportet vt intendat.) tertia ibi (Et oportet) Dicit
primo quod cum neceſſitas eſt ſtringendi ſudorem
ſuperfluentem oportet euentare et infrigidare lo⸗
cum et ſupple etiam ſudantem. quo remedio non
ſufficiente ponatur ſuper inſtrumento quo ſolent
pueri in aere concuti et ſe cōmouere. ¶ Pro cuius
declaratione notandum quod debent primo di⸗
ſcooperiri vt vapores retenti ſub pannis exalent
ſimul cum aere calefacto circūdante. ſecundo hoc
non ſufficiente debent aliqualiter flabellari ſiue
euentari: vt flabellatio illa impellendo vapores a
ſuperficie corporis propter aerem impetuoſe mo
tum in corpus ſudantis infrigidet ipſum et poros
opilet. ſemper enim a corpore noſtro exalant va⸗
pores calidi qui circa corpus retenti ipſum calefa

ciunt et poros aperientes amplius ſudare faciunt quinta problcumatū. problcumate. decimoſexto quare quieſcentes immoti ſub radijs ſolis magis caleſiunt. ventilatio itaqꝫ iſto modo et cōmotio ſuper notato puerorū inſtrumento.

¶ Et non oportet vt occupetur in exiccando illud quod rorando egreditur faciendo exiccationem poſt exiccationem. nam illud eſt occaſio ad illud prouocandum et multiplicandum. et fortaſſe attrahit ſincopim. Nam eius abſterſio addit in ipſum et eius dimiſſio reſtringit ipſum.

¶ Nunc facit quod dictum eſt dicens non oportere occupari in exiccando illud quod in modum roris egreditur per poros cutis faciendo exiccationem poſt exiccationē. nam huiuſmodi exiccatio eſt cauſa ꝓuocandi et multiplicandi ipſum: ⁊ fortaſſe attrahit ſincopim: ſcꝫ multiplicatio ipſius ſpiritibus preter modum reſolutis. abſterſio enim ſudoris auget ipſum et dimiſſio eius reſtringit ipm. Abſterſio nanqꝫ ſudoris eſt cauſa cur alius ſequatur ne detur vacuum. ſed dimiſſio reſtringit: quia ipſe dimiſſus circa pororum orificia inuiſcatur et ingroſſatur. nam cum ſapiat naturam aque redit in ipſam ab extrinſeco: et ſic infrigidatur et ingroſſatur: ad quā infrigidationē et ingroſſationem adiuuat frigiditas cutis et cōtinentis. et hec eſt ſententia Ariſto. ij. problcumatum problcumate. xiij.

¶ Et oportet vt iungat eum cum oleo roſato forti et oleo myrtino. Aut cum oleo de ſalicibus et cum oleo de balauſtijs.

¶ Nunc Auicenna ponit remedia. et primo ſudore non exiſtente multum vehementi. ſecundo ipſo exiſtente valde vehementi. ſecunda ibi (Et cum res ſit vehemens) In prima parte ponit tria remedia Primū remedium eſt vt vngat̄ cum oleo roſato forti: ſcꝫ ad reſtringendum: quia oleum ſcilicet factuꝫ ex oliuis immaturis: quia nonduꝫ apertis ⁊ ſi ſint ſiluestres et albe ſunt ſtipticiores quam domeſtice et mature. Et cum oleo myrtino. ſcilicet ſimilis virtutis: aut de ſalicibꝰ quod eſt frigidius: non tamen magis ſtipticum: aut de balauſtijs: ideſt caducis granatorum que ſunt capita ipſorum: et hoc fortius conſtringit ipſis ſupraſcriptis. ſingula enī horum ſunt ipſius conſtrictiua et eius omnia ſimul mixta.

¶ Aut fiat oleum cum aquis in quibus decoquuntur citonia pontica et mala pontica et roſe ⁊ balauſtie et karabe contritū ſicut puluis qui apparet in radio ſolis et ſimilia quoniam reſtringit et quandocunqꝫ reſtringit: acetum mixtum aqua et ſuccus agreſte et decoctio balauſtiaruꝫ ⁊ decoctio gallarum et decoctio myrti et ſuccus ſalicis eſt mirabilis et aqua ſemperuiue. Et cum res ſit vehemens liniatur cum mucillaginibus frigidis et cum gummi et proprie cum emplaſtratur his duobus et euentatur. Et quando vehemens ſit res oportet vt ponatur nix ſuper extrema et ſola ſint in ea extrema. aut balneetur cum aqua frigida ſi ſuffert eam.

¶ Ponit regimen ſecundum. et eſt oleum factum hoc modo. accipiatur aqua decoctionis citoniorū et malorum ponticorum que magis conſtringunt quam citonia cum ſint magis frigida et magis de partibus terreis participantia quam ipſa. et roſarum: ſcilicet ſiccarum et balauſtiarum ⁊ karabe contrite ſicut puluis qui apparet in radio ſolis et ſimilium que aqua poſtea debet bulire cum oleo aliquo vt puta oliuarum onfanzino vſqꝫ ad aque conſumptionem. eſt enim efficax hoc. ⁊ aqua aſperſa ſuper corpꝰ egri aut epithimata eſt valde conſtrictiua. nam hec ſunt frigida et ſtiptica. karabe autem quaſi trahens paleas interpretatur: et quandoqꝫ reſtringit ſcilicet ſudorem aceto mixtū. Item ſuccus agreſte et decoctio balauſtiarum, et decoctio gallarum et decoctio mirti et decoctio foliorum ſalicum: et aqua ſemperuiue. ſcilicet decoctionis expreſſionis aut diſtillationis. eſt enim valde frigida. Et cum res: ideſt ſudor ſit vehemens liniatur corpus cum mucillaginibus frigidis ſicut pſilij aut cum gummi arabico vt inuiſcentur in ſuperficie corporis vt ſudor non poſſit exire. Hec enim fortiter ſtringunt coadiuuante euentatione. et quando vehemens ſit res: quia alia non conferunt ponatur nix ſuper extrema et ſola ſint in ea: ni ue extrema non reſiduum corporis ne forte congeletur: aut balneetur in aqua frigida ſi ſuſtinet eā Dicit tamen Gentilis ſe curaſſe ſudorem cuiuſdam domine cum roſata nouella deſcriptione Nicolai in ſuo antidotario quam dicit conuenire in ſudoribus diaforeticis et datur mane et meridie cum aqua frigida credo quod ſufficeret. ℥. ſemis. Notandum quod intentio Auicen. eſt reſtringere ſudorem ſequentem ſubtilitatem materie dilatationem pororum debilitatem contentiue et irritationem expulſiue maxime quando timetur caſus virtutis. Pro cuius conſtrictione ſunt he intentiones. prima conſtringit poros. ſecunda ingroſſat materiam. tertia confortat contentiuam membrorum ⁊ remittit acuitatem expulſiue eorum. quarta diuertit materiam maxime a circunferentia ad centrum. quinta ordinat debitum regimen maxime cibos et potus inſpiſſantes materiam ſudoralem ⁊ virtutem fouentes que intentiōes quibus debeāt compleri ſatis bene patere poteſt.

## ¶ Regimen fluxus narium ſuperflui. Cap. xiiij.

Oportet vt non properetur ad prohibendum illum qui creticus eſt quantum poſſibile eſt.

¶ Hoc capitulum habet duas partes. In prima parte premittit fluxuꝫ ſanguinis narium non reſtringendum. ſecūdo docet regere reſtringendum. ſecunda: ibi. (Cum autē eſt neceſſe). In prima parte dicit nō oportere properare ad reſtringendum fluxum ſanguinis nariū creticum quantum poſſibile eſt niſi ſuperfluat et debilitet virtutem.

¶ Cum autem eſt neceſſe prohibere fluxū ſanguinis narium in febribus acutis: tunc liga extrema et pone ventoſas ſuper latus quod ſequitur latus fluxus ſanguinis narium: deinde conſequenter adhibe reginē illius loci. fortaſſe enim poſſibile erit tibi vt infrigides et reſtringatur per illud et ante ponas ventoſas deſuper et diſtilla in naſuꝫ aliquas diſtillationes predictas in capitulo fluxus ſanguinis nariuꝫ. Et cum non eſt prohibens

Sophiſta Alexādrinꝰ. vij. epidimiarū. Qm̄ in egritudinibus ſuperuenit fluxus ſanguinis per nares ſiquidē moderatus ſiat: placet nobis: ſi v͛o immoderatus opꝫ nos ſiſtere ⁊ ꝯſtringere: et mł͛totiēs abſqꝫ arte fluxus ſanguinis ſoluit ſint homata ſuperuenientia: ſint homa enim li pothomia fuit ſed qn̄ dico li pothomiā non dico imoderatam diaforeſim

...turalis calo
...s ſed modera
... ſi ipothomiā
...ut ad aptio/
... Multotiēs
... ille qui pa/
...tur fluxū ſan
...guis ex narib⁹
... ſanguinē
... exire ꝑ/
...batus eſt: et
...puit dein
... frigid⁹ fact⁹
... naturalis ca
... et reductus
... ſanguis: et
... conſtrict⁹ eſt
... fluxus ſangui/
...nis.

prohibēs aliquod infrigida caput cum infrigidantibus predictis in eo.

¶ Nunc facit quod dictum eſt. et primo regit fluxū ſanguinis in febribus acutis. ſecunda ſpecialiter in quartana. ſecūda ibi (Et quandoqꝫ aduenit) In prima parte pro ꝯſtringendo ſanguinē ponit tria remedia. primū eſt ligatio extremorū: ſcilicet adiutoriorum ſupra cubitos per duos digitos: ⁊ ſimiliter coxarum ſupra genua tantundem. necnon teſtiorum ad diuertendum. Secundū remediū eſt poſitio ventoſarū ſi fluat ex nare dextra ſuper regiōe ſplenis ſine ſacrificatiōe ad retinendū ſanguinē ibidem aut ad diuertendū. Tertium remedium eſt regimen loci per quem fluit ſanguis ſcilicet naſi. frontis. temporum colli. et partium propinquarū nam fortaſſe erit poſſibile vt per infrigidationem ſupple et conſtrictionem illarum partium reſtringatur abſqꝫ poſitione ventoſarum ſuper regione ſplenis aut epatis. Aliter et non ponas ventoſas ſuper partibus ſuperiorib⁹: ſcꝫ naſo propinquis ne ſanguis trahatur ad ſuperiora: et diſtilla in naſum aliquas diſtillatiōes predictas: ſcꝫ quinta tertij cap. de cura fluxus ſanguis narium. Et cum nō eſt aliquid prohibens: ſcilicet catarrus aut nimia repletio infrigida caput cum infrigidantibus dictis in capitulo de cura fluxus ſanguis narium.

¶ Et quandoqꝫ aduenit patientib⁹ quartanam fluxus ſanguinis nariū. quare oportet vt iuues cum facientibus fluere ſanguinem ex naribus ſcitis. in ipſo enim eſt ſanatio quartane. Si vero ſuperfluitatem timuerimus facien⁹ ſicut illud qđ fecimus.

¶ Hic fluxum ſanguinis narium regit in quartana dicens quod oportet vt iuues cum facientibus fluere ipſum ex naribus que ſunt ſcita. quinta tertij. ſcilicet conſtringendo gulam ponendo digitos in naribus aut ſetas porcinas aut herbaꝫ dictam poligonium. Nam per fluxum ipſius ſanat̄ quartana maxime pendens a melācolia genita per adustionem ſanguinis. ſi tamen timueris ne ſuperfluat conſtringe vt dictum eſt. Cura ſanguinis narium exigit quinqꝫ intentiōes. Prima eſt remotio cauſe fluxus que multiplex eſſe poteſt. ſcilicet nimia aquoſitas: aut nimia colera ſanguine permixta: aut ſuperflua caliditas ſicut in febribus acutis: aut debilitas contentiue: aut irritatio virtutis expulſiue. ſecunda intentio eſt diuerſio cum euacuatione aut ſine. Tertia fluxus interceptio cum his que applicantur collo timporibus aut fronti. Quarta orificiorum venarum que ad nares terminantur conſtrictio: ſcilicet cum his que naribus inſtillantur aut inſufflantur aut in forma ſtuellorum imponuntur. et hoc abſqꝫ alijs ſecundū plurimuꝫ eſt ſufficiens. Quinta eſt regimen ſex rerum nō naturalium per que ſanguis inſpiſſetur et ſecundum plurimum infrigidetur et fiat ineptus fluxui ⁊ contentiua membrorum fortificetur. Et pro complendo quartam intentionem infunde aliquem puluerem ſicut trociſcos de terra ſigillata: aut de karabe: aut bolum armenicum. ſanguinē draconis in albumine oui. ⁊ bene concute: deinde fac ſtuellum ſatis groſſum ex cotto aut tela aranea aut pilis leporis et infunde in albumine illo et naribus impone quem diu retineat et non violenter extrahatur. hoc enim ſcđm plurimū ſufficit: immo ſtuellus infuſus in ſolo albumine oui eſt ſufficiēs ſecundū plurimum. Et quia cura fluxus ſanguinis nariuꝫ cum eſt continuus celeritate indiget: ſunt he omnes intentiōes aut plures ex his quā cito ꝑficiende cum remedijs opportunis.

¶ Regimen vomitus qui accidit eis .Cap. xv.

CReticus iterum non abſcindatur niſi apud neceſſarium.

¶ In hoc capitulo Auicenna ponit regimen vomitus. et primo cretici non reſtringendi. ſecundo reſtringēdi cretici vel non cretici. ſecunda ibi. (Et ſecūduꝫ plurimū) Dicit primo non eſſe reſtringendum creticum niſi ſit neceſſariū. ſcilicet quia ſuperfluens ⁊ deijciens virtutem: et quia non euacuat quale eſt euacuandum.

¶ Et ſecundum plurimum abſcindatur in eis ꝑ vomitū et per adiutorium eius quo extrahitur humor nociuus ſicut eſt ſyrupus acetoſus et aqua calida. Et quādoqꝫ eſt neceſſarium vt confortetur virtus. quare ponatur loco ſyrupi acetoſi puri ſyrupus acetoſus cum ſeminibus.

¶ Nunc facit quod dictum eſt: et cōtinet duas partes. nam primo in generali docet regere vomitum Secundo magis in ſpeciali. ſcđa ibi (Et ſi humor imbibitus) Dicit primo vomitū ſcđꝫ plurimū abſcindi per vomitum et per adiutoriū quo euacuatur humor nociuus ſicut per ſyrupū acetoſum cum aqua calida: quandoqꝫ tamen neceſſe eſt dare regimen fortius vt ſyrupum acetoſum cum ſeminibus loco ſyrupi acetoſi ſimplicis. ¶ Pro qua parte notandum quod vomitu valde debilitante ⁊ corpore valde inepto ad vomituꝫ et ſuſpecto per illum ad fracturam vene nō debemus ſi poſſumus aliter vomitum vomitu curare. in alijs autem caſibus vomitus eſt vomitu curandus maxime materia ad ſuperiora leuigante. que ſententia colligitur decimaſexta tertij de cura colerice paſſionis. ¶ Notandū ſecundo quod vt facilior fiat vomitus preparādum eſſe humorem vomitu cum ſyrupo acetoſo zuchari no materia exiſtēte calida ⁊ cum oximelle ſimplici ipſa exiſtēte frigida et groſſiori. ipſa vero exiſtente frigidiori et groſſiori cum ſyrupo acetoſo cōpoſito cum ſeminib⁹. ſcilicet calidis ſubtiliatiuis materierum ſicut cum aniſo feniculo et ſimilibus. Eſt autem hmōi ſyrup⁹ acetoſus cōpoſitus duplex. ¶ Quidā cum zucharo factus et dicitur apud nos ſyrupus acetoſus. Quidā cum melle et dicitur oximel compoſitum: quod conuenit adhuc materia exiſtente groſſiori. Oximel vero ſquilliticum conuenit materia exiſtente frigidiſſima ⁊ groſſiſſima. hi autēꝫ ſyrupi miſcendi ſunt cum aqua calida: ideſt tepida. Omnia enim tepida exoluūt robur ſtomachi. poſt cuius tepidi ſumptionem per horam procuret vomitum exquiſitum ſatis cum impoſitione digiti aut pēne in gutture.

¶ Et ſi humor eſt imbibitus ⁊ groſſus. tūc oportet vt fiat ſolutio in dando in potu qđ eſt ſicut aloes et yera. Et quando nō eſt imbibitus fortaſſe confert yera et aloes.

¶ Nunc ſpecialem ponit vomitus curam. Et continet partes tres. Nam primo ponit regimē vomitus ſecundū diuerſitatē ſubſtantie et ſitus humoꝝ ſecundo ponit curam vomitus colerici. tertio ponit regimen vomitus melancolici. ſecūda ibi. (Et quando aſſiduauerit vomitus). tertia ibi (Ad vomitum quidē colere nigre) prima in tres. nam pri

mo docet regere vomitũ humore exiſtẽte imbibito groſſo. ſecundo nõ exiſtente ibibito. tertio exiſtente imbibito nõ groſſo. ſcđa ibi (.Et quãdo non eſt imbibitus.) tertia ibi. (Et ſi eſt ibibitus nõ groſſus). Dicit primo ꝙ humore exiſtente imbibito in ſtomacho et groſſo oportet ſoluere ventrẽ cuꝫ aloe et yera. Et dicit in ſecunda parte qđ qñ non eſt imbibitꝰ fortaſſe confert yera et aloes. ¶ Pro prima parte notandum quod humor exiſtẽs in ſtomacho quandoq; eſt imbibitus: ideſt intus bibitus et in poroſitatibus concluſus: quandoq; eſt inuiſcatus quandoq; natãs: quandoq; apoſtemans. Imbibitus eſt duplex. ſubtilis et groſſus. licet ſubtilis ſit magis aptus imbibi. et vterq; poteſt eſſe ex quacunq; ſpecie humorũ. ¶ Pro remouẽdo ergo groſſum ſiue imbibitum ſiue non. docet exhibere yeraꝫ pigram: ſcilicet ſimplicem Gal. que dicta eſt yera quaſi ſacra et pigra amara: et fit ex octo rebus inter quas nihil eſt ſolutiuũ niſi aloes. Aloes autem quandoq; ponitur duplus ad reliqua et eſt magis ſolutiua. et hanc vocant Aloem et yeram. Aliquãdo ponitur in doſi equali reliquis ſeptem: et hanc vocant yeram et aloem. Doſis yere pigre in qua aloes ẽ duplus ad reliqua ſine melle eſt a. ʒ. ß. vſq; ad duas. In forma electuarij cum melle eſt. ℥. j. et hoc magis confert quando humor eſt imbibitus. Aut aliter per aloem et yeram intelligamꝰ aloem qui de nouo miſceatur cum yera pigra aloe dominante ſicut. ℞. aloes. ʒ. j. yere pigre. ʒ. ß. miſce. et exhibeatur in forma pillularum. vel diſtemperẽtur cum aqua zucharata et bibantur. Econtra vero per yeram et aloem intelligimus yeram dominari aloe. vt. ℞. yere p. ʒ. j. aloes. ʒ. ß. et exhibeãtur: vt ſupra. Et forte per yeram et aloem intellexit duas medicinas diſtincte: quarum quelibet huic propoſito deſeruit.

¶ Et ſi eſt imbibitus non groſſus mũdat ipſum ſyrupus acetoſus cum aqua calida: deinde equat ipſum poſt illud aqua granatorum que bibatur. Quod ſi euomuerit eaꝫ bibat ipſam vice alia donec equetur et quieſcat: et ſimiliter ſyrupus de menta cum granis granatorũ. Et fortaſſe ſedat ipſum infrigidatio ſtomachi.

¶ Facit quod dictum eſt et continet partes duas. Nam primo ponit tria remedia facienda quãdo humor eſt imbibitus non groſſus. ſecũdo quoddã regimẽ euitare docet. ſcđa ibi. (Et non oportet vt approximet). Primum remedium mundãs humorem imbibitum non groſſum eſt ſyrupus acetoſus cum aqua calida. Digerit enim ipſum ingroſſando et abſtergit ipſum a ſtomacho et ſua punctiõe incitat ad vomituꝫ poſt quem facto vomitu aqua granatoruꝫ bibita equat ipſum: ſcilicet ſtomachũ temperando eius caliditatem: quam ſi vomuerit bibat alia vice donec equetur: ſcilicet ſtomachus ec vomitus quietetur. Secundum remedium eſt ſyrupus de menta cum granis granatorum. confert enim in dicto vomitu. Tertium fortaſſe infrigidatio ſtomachi ſedat ipſum non ſolum perficienda cum interius ſumptis: ſed etiam cum exterius applicitis ita vt aliquando oporteat eſſe actu et potentia frigidum ſicut in colerica paſſione precipit Raſis nono Almanſoris. Hec autem adminiſtranda ſunt humore iam educto. ¶ Et nota quod eſt bonum in vomitu vehementi et propter ab humore calido primo lauare ſtomachum cum aqua calida aut ordei in multa quantitate: deinde approximare remedia cõſtringentia interius et exterius actu et potentia frigida.

¶ Et non oportet vt approximet rebꝰ ponticis et ſedantibus vomitum cum ponticitate ſua et acetoſitate ſua ſtiptica ille qui vomit propter humorem imbibitum. quia eſt malum et addit imbibitioni ſed non imbibito fortaſſe faciẽt eum deijcere deorſuꝫ: ꝙuis ſit groſſus et fortaſſe iuuabũt ꝟtuteꝫ ſtomachi ad expellẽdũ eum per ſuperiora.

¶ In preſenti parte docet euitare quoddã regimẽ dicens. Non oportet illum qui vomit propter humorem imbibitum approximare rebus conſtringentibus vomitum ſua ponticitate et ſtipticitate. Nam hec faciunt humorem magis imbibi. humore vero non exiſtente imbibito fortaſſe conferunt. Nam ſi humor ſit groſſus fortaſſe ſtomachus confortatus eijciet eum per inferius. Si vero ſubtilis fortaſſe eijciet eum cum vomitu. tutius tamen eſt vt credo primo mundificare ſtomachũ ab humoribus in eo contentis per ſuperius aut inferius ſiue ſint imbibiti ſiue non. poſtea huiuſmodi confortantia adminiſtrare tam interius quã exterius.

¶ Et quãdo aſſiduauerit vomitus de colera et nõ fuerit de genere imbibiti. tunc vtere ſtipticis: et ꝓprie emplaſtris iuuãtibꝰ factis ex corticibus granatorũ ⁊ gallis ⁊ his ſilibꝰ cũ vino permixto aut aceto permixto.

¶ In preſenti parte curat vomitũ colericũ quãdo nõ fuerit humor imbibitus. dicens quod tu debes vti ſtipticis et proprie emplaſtris factis ex corticibus granatorum et gallis et ſimilibus cum vino aut aceto mixtis.

¶ Et ad vomitũ q̇dẽ colere nigre ſupfluũ ſubmergatur ſpongia in aceto et ponatur ſup ſtomachũ. Qđ ſi neceſſariũ fuerit aliq̇d fortius: adminiſtra medicinas predictas in capitulo retentionis vomitus.

¶ Nunc curat vomitũ melancolicũ dicẽs: ꝙ vomitui colere nigre ſuperflue confert ſpõgia infuſa in aceto et bene expſſa ſtomacho applicita. Ultimo dicit ꝙ in efficacioribus pro reſtringendo vomitũ erit recurrere ad medicinas dictas in capitulo de reſtrictione vomitus dictas. xiij. tertij. ¶ Notãdũ quod huiuſmodi ſpongia in aceto infuſa confert ſtomachũ quadam ſtipticitate cõfortando. ⁊ ſi fuerit melãcolia aduſta ꝯfert infrigidãdo ⁊ incidendo ⁊ ſtomachũ ꝯfortãdo. Sed ſi cũ aceto bulierit menta et ſimilia cõfert etiaꝫ calefaciẽdo. Cura vomitus ſex exigit intẽtiones. Pria remouet cauſam ſiue fuerit primitiua ſicut regimẽ ſex rerũ nõ naturaliũ faciens vomere. ſiue fuerit corporea ſicut opilationes apoſtemata vlcera et ſimilia ĩ ſtomacho exiſtentia: aut in membro ſibi cõmunicãte. Alia diuertit humores ad ſtomachũ fluxuros. Tertia mũdificat ſtomachũ a ſuperfluitatibus in eo exiſtentibus ad vomitũ incitantibus. Quarta vias ⁊ ductus conſtringit per que ad ſtomachũ defertur humor ipſum ſtomachũ confortãdo ne recipiat et vt debite ſuas operationes perficiat. Quinta corrigit accidentia. Sexta ordinat debitum regimẽ ſex rerũ. Et ex dictis in textu potes elicere auxilia plures harum intentionũ perficientia.

¶ Regimẽ fluxus vẽtris qui accidit eis. Cap. xvi.

Iam ſingulariter

IAm ſingulariter in capitulo flu
xus ventris locuti ſumus in hac
intentione ergo redeamus ad il
lud. Et de illis que conferūt ex
via ciborum ſunt almes torrefacti ⁊ lentes
torrefacte et coriādrum: quodcūq; horum
duorū fuerit elixetur et fundatur aqua ab
eo et proprie quando fit acetoſum cū gra-
nis granatorum: qm̄ eſt bonum.

¶ Hic Auic. ponēs fluxū ventris q̄ accidit febricī/
tib⁹ duo facit. Primo pro ſufficiēti regimine flu/
xus vētris remittit nos ad decimāſextā tertij. d. ſe lo
cutū fuiſſe ibidē ſingulariter quātū eſt opportunū
in hac intentione. i. in regimine fluxus ventris ſe/
quentis febrem. ſcd̄o hic breuiter ſe expediēs po/
nit quoſdā cibos cōuenientes in fluxu ſequēte fe/
brem dicēs ꝙ de illis q̄ conferūt via cibi ſunt ſic/
ut almes torrefacti et lentes torrefacte et corian/
drum ſilr̄ torrefactū. Quodcūq; horū duoꝝ. ſ. almes
et lentiū poſtq̄ torrefactū eſt debet p̄mo elixari et
abijci prima decoctio: deinde debēt bulire quo/
uſq; decocta ſint et debent fieri acetoſa cū granis
granatorū. ſ. exprimēdo ſuccū ab eis. et hm̄oi con
diendo. Almes autē ſunt robilie. Coriandrū pre/
paratū cū aceto et torrefactū eſt ſingulare in flu/
xu ventris et ꝓprie ad retinendū cibum in ſtoma/
cho. Hec autē cū frigida ſint et ſtiptica conferunt
in fluxu ſequente febre. Intētiōes habēde in cura
fluxus ventris ſunt ſex. Prima remotio cauſe flu/
xus quecūq; fuerit aut primitiua: aut corporea. ſe/
cunda eſt diuerſio hūorū a fluxu ad inteſtina. ter/
tia eſt mundificatio inteſtinorū a ſupfluis in eis
contētis et doloris eorū ſedatio aut cū cliſterijs ſi
fuerint in inteſtinis groſſis: aut cū ſumptis in po
tu ſi fuerint in gracilibus. quarta intētio eſt viarū
et ductuū conſtrictio humorū ingroſſatio ⁊ q̄eta/
tio necnō inteſtinorū cōfortatio ne recipiant cum
exterius applicitis et ſumptis. quinta eſt acciden
tium correctio. ſexta debiti regiminis ſex reruꝫ or/
dinatio.

¶ Regimen ſitis eorum ſuperflue. Cap̄. xvij.

OPortet vt inungatur caput cū
oleo frigido valde qd̄ fundat̄
ſuper ipſum et ponatur ſuper
caput ſi non fuerit quod prohi
beat: et cum aquis infrigidan-
tibus.

¶ Auicen̄. ponens regimē ſitis ſupfluentis p̄mo
ponit regimen generale pro ſedādo ſitim. ſcd̄o ſe/
dat ſitim ſcd̄m aliquos ſpeciales modos ipſius.
ſecunda ibi. (Sitis quandoq; fit a frigore.) p̄ma
in duas. nā primo ponit regimen ſitis ꝑ infrigi/
dantia capiti applicāda. ſcd̄o ꝑ infrigidātia i ore
tenēda. ſecunda ibi. (Et retentiōe mucillaginis)
Dicit in prima parte oportet inūgere caput oleo
frigido potentialiter infrigidato. ſ. actualiter in/
fuſo ſup caput nō exiſtente prohibente. ſ. catarro
capitis repletione et ſimilibus. Et inungi etiā cū
alijs aquis infrigidātibus. Cauſa dicti eſt: quia
ſi ſitis ſequitur ſuperfluam cerebri caliditatem fri
gida applicita capiti conferunt remouendo cau/
ſam: quare infrigidatio capitis eſt cauſa infrigi/
dationis oris ſtomachi per neruos deſcendētes.

¶ Et retentione mucillaginis ſeminis ci-
toniorū permiſce cum oleo roſato vltimo
aut infuſiōis prunorum et medullarū cu-
cumeris ⁊ alhendi et cucurbite et ſeminis
lactuce nigre et radicum liquiritie et pillu
larū deſcriptarum in antidotario ad ſitim.
et de illis que maſticant̄ et almoſoſat ſunt
tamarindi.

¶ Nunc ſedat ſitim cū his que in ore tenētur. Pri/
mū eſt mucillago ſeminis citoniorū permixta cū
oleo roſ. vltimo. ſed in infrigidando inter omnes
modos olei roſ. eſt qd̄ fit ex oleo onfancino et ro/
ſis albis ſilueſtribus nondū bene maturis. Secū/
dum eſt cum retētione infuſionis prunorū. ſ. acriū
aut etiam cum retentione medullarū cucumeris ⁊
alhendi. i. citrulli. et medulle cucurbite. et retētio/
ne ſeminis lactuce nigre: qm̄ eſt frigidius. ſ. in fine
ſecundi vel in principio tertij. Radicum liquiritie
mundatarū a cortice exteriori et infuſarum in aq̄.
Tertium tenendū in ore ſunt pillule ſcripte in an/
tidotario. et debēt eſſe confecte ex frigidis et acri
bus. Quartum remedium eſt aliqua que tenentur
in ore ſicut almoſoſat ⁊ ſunt tamarindi. Cauſa di
cti: quia pellicula oris eſt contigua pellicule oris
ſtomachi. quapropter infrigidatio et humecta/
tio vnius eſt cauſa infrigidationis et humectatio
nis alterius.

¶ Et ſitis quidem quandoq; fit ex frigo-
re ⁊ abſcindit eam ſomnus: ⁊ quandoq; fit
ex calore. et abſcindunt eam vigilie.

¶ Ultimo dicit qd̄ ſitis quandoq; fit a frigore et
abſcinditur per ſomnuꝫ. et quando fit a calore et
abſcindūt eam vigilie. ¶ Notandū pro declara/
tione huius partis ꝙ in ſiti mendoſa cauſat a per
indigeſtionē ciborū maxime nō caloꝝ ſicut piſciū
et ſimilium digeſtionis difficilis a quibus ſto/
machus laborat in digeſtione eleuātur vapores
calidi peruenīētes ad os ſtomachi et ſitim inducē
tes conuenit ſomnus qui fortificando calorē ſto/
machi eſt cauſa digeſtionis et reſolutionis eoruꝫ
vaporum qui erant cauſa ſitis. et ſic verificata eſt
prima pars huius textus. ⁊ hāc ſniam elicere poſ
ſumus ex particula quinta afforiſmoꝝ. affo. xxvij.
Quibuſcunq; deſideriū nocte bibetur. et. i3. tertij.
capitulo de ſiti ad finem. et. 4. epidimiarū. In vi/
gilando ſitis in ſuperficie ſomnus medicamen/
tum. Secundus modus in ſiti cauſata ex vapori/
bus calidis circa os ſtomachi facta ꝯſumptione
⁊ exiccatione nimia vigilie conferunt reſoluendo
illos vapores caloꝫ q̄ erant cā ſitis. et hoc voluit
Aui. in p̄te vltima. Ex hoc facile ſoluūtur inſtātie
q̄ ꝯtra hūc textū fieri ꝯſueuer̄t. Cura ſitis q̄nq; ex/
igit itētiōes. Prima remotio cāꝝ ſitis ſiue fuerint
p̄mitiue ſiue corp̄ee ꝑ cōitatē a toto ſicut i febrib⁹
aut mēbris ꝑticl̄arib⁹ ſicut a cerebro: aut a mēbris
ſpūalib⁹ ⁊ reliq̄s: aut ꝑ eētiā ꝑꝑ nocumēta cerebri
et ꝑꝑe oris et⁹. ſcd̄a ē ſedatio ſitis cōplēda aliquo
viij. modoꝝ īfraſcriptoꝝ: aut plib⁹ ſꝫ exigētiā cāꝝ
ſitis. Prim⁹ mod⁹ ē cū his ſup q̄b⁹ anhelam⁹ ſicut
ſup aq̄ frigida et ſimilib⁹ frigidis. ⁊ hic modus cō
fert in ſiti ſequēte ſupfluā calefactionē cerebri et
membrorū ſpiritualiū. Secūdus modus per retē
ta in ore ſicut eſt fruſtum angurie et ſimilia. et hic
modus maxime valet in ſiti ſequente calefactio/
nem et exiccationē meri cāne pulmonis ⁊ mēbroꝝ
ſpiritualiuꝫ. Tertius modus eſt per caputpurgia
et per gargariſmata cū aqua frigida ſola aut cui
admixti ſunt aliqui ſucci acres. et hoc valet in ſi/
ti ſequēte diſpōnes capitis ⁊ meri cāne pulmōis

calidorū dixit.Et quare ex his.ſ.repletione virtu-

te et filib⁹ licentiã in flõmia.i. indicationẽ ꝑ quã
ſit licitũ flõmare.Eſt aũt licentia duplex ſiue indi
catio duplex vna prima et ſumitur a fe. et ratione
huius intendimus infrigidare et humectare.Alte
ra ſcd̃a et ſumitur a cauſa feb.et ratione eius intẽ
dimus digerere ⁊ euacuare:ſed hoc intendit ,de di
geſtione.Dicit ergo:ꝙ res quibus conueniunt ad/
inuicem feb.frigide:⁊ etiã quibus conueniunt cuʒ
tertiana nõ pura de licentia ſcd̃a.ideſt quantũ ad
indicationẽ ſecũdã:ratione cuius digerimus cum
ſubtiliãtib⁹: cũ pendeãt ab hũoribus groſſis:ſunt
res qui differt cura tertiane nõ pure a cura tertia/
ne pure q: ꝑ cura tertiane nõ pure:quantũ ad intẽ
tionẽ.ſecundã vt dictũ eſt indigem⁹ ſubtiliantib⁹
cum ſit humor groſſus:ſed in cura tertiane pure in
digemus ingroſſantibus cum ſit humor ſubtilis.

¶Et fortaſſe conceditur illud habẽtibus
puram:ſcilicet vt nõ expectent plurimũ de/
clinationis:ſed quãdoqʒ expectãt digeſtio/
nem:quoniã eſt prohibituʒ in eis balneum.
Balneum enim facit deſcendere flegma in
digeſtum propter illud quod effunditur ad
locum putredinis:et permiſcet humorem
malum cum putrido et reſoluit ſubtile.⁊ fa
cit remanere ſpiſſum.

¶Hic in ſpeciali ponit differentias inter curã ter/
tiane pure et nõ pure.Et diuiditur hec pars in ſex
partes ſecundũ quod ſex ſunt differentie. ſecunda
ibi.(Et quidem cibatio)tertia ibi.)Aut infrigida
tio minor ).quarta ibi.)Ut cliſterizeẽ)quinta ibi.
(Et vt expectetur digeſtio)ſexta ibi.( Et vt fiant in
aqua ordei ).¶In prima parte dicit ponens diffe
rentiam exparue balnei.et fortaſſe.ideſt aliquãdo
Uel poſſemus dicere quod ſit modus loquẽdi.cõ/
ceditur illud habentib⁹ tertianã puram:ſcʒ vt non
expectent plurimũ declinatiõis.i.digeſtiõis ſigni
ficate per declinationẽ pro faciẽdo balneũ.⁊ ſi qñ
quãuis expectẽt digeſtionẽ manifeſtã:ſed nõ tan/
tam quantã expectãt patientes tertianã nõ purã
cuius expectatiõis maioris in tertiana non pura
cauſas aſſignat tres.Prima:q: balneũ facit. deſcẽ
dere flegma indigeſtũ ad locũ putredis. ergo non
conuenit ante cõpletã digeſtionẽ:aut manifeſtaʒ
ſaltem.añs patet q: balneũ aliquãdo flegma ſuꝑ
caliditatẽ effundit ipſum ad locũ putredis:⁊ patʒ
ɔñ̃a.quia per talem effuſionẽ augeẽ putredo: infe
ſtatur etiã corpus magis. nam res mota eſt mag̃
afflictiua ſeipſa quieſcẽte.quinto de accidẽte.Se/
cunda:quia balneũ ante digeſtionẽ hmõi ꝑmiſcet
humorẽ malũ putridũ cũ nõ putrido:igitur eſt in/
conueniens:et ptʒ antecedẽs.q: eleuat hũores. tã
putridos quã nõ putridos.Et eſt differentia inter
primã et ſecundã:quia ſtat humorẽ moueri ad lo/
cum putredis,in quo nõ eſt humor putridus cui cõ
miſceatur.Sic etiã poſſumus imaginari humoreʒ
nõ putridũ miſceri putrido dato quod nõ, in loco
ſeu minera putredis.Tertio ꝓbaẽ ɔcluſio ſic: bal/
neũ reſoluit ſubtile ⁊ dimittit groſſum ſpiſſum:er/
go ⁊c.patet cõſequẽtia.q: talis dimiſſio eſt incon
ueniens.et ptʒ añs :q: cũ materia eſt indigeſta nõ
habʒ debitã ꝑmixtionẽ ſubtilis cũ groſſo.quapro
pter reſolueẽ ſubtilis apta reſolutiõi:⁊ fiet groſſa
ineptiſſima digõni ⁊ euacuatiõi.nõ autẽ ſic fieret
materia exiſtente ꝑfecte digeſta et debite ꝑmixta.
Gẽtilis tamẽ ⁊ Marſili⁹ ꝑter hunc intellectũ dãt
aliũ dicẽtes ꝙ in h̃ textu poſſem⁹ intelligere duas
dr̃ias iter curã tertiane pure ⁊ nõ pure.vnã ex par
te euacuatiõis et eſt prima.alterã ex parte balnei
quib⁹ nõ aſſentio.prio q: v̈ba textus male pñt ac/
cõmodari his duab⁹ drĩjs.Scd̃o:q: dr̃iam hãc.ſ.
ſumptã ex pte expectatiõis digõnis añ euãtiõeʒ.
Auicẽ.ſtatim ponit inferius.nõ eſt aũt bene cõue/ Auicenna.
niens:vt idem bis replicet in tam parua diſtãtia.

¶Et qd̃ cibatio omni die iterũ: aut prope
cibationeʒ eſt ex eis que illis nocent: immo
oportet vt cibentur vno die:et alio die non.
Et ſit in cibis eorum quod abſtergat et ca/
lefaciat parum:⁊ vt ſit cibatio in principijs
egritudinis ſpiſſior quam ſit in principijs
pure:deinde gradatim perueniat ad ſubti/
liationeʒ fortẽ ſicut eſt ſubtiliatio tertiane.

¶Hic ponit cañ.in cibatiõe patiẽtiũ in tertianaʒ
dicẽs prio ꝙ cibatio.ſ.ɔuenẽs.⁊ ꝓprie cibatio.i.
alicui⁹ cibi oblatio.diminuti tñ a ɔueniẽti cibatio
ne oĩ die eſt nociua.Scd̃o dicit:ꝙ imo opʒ vt cibẽ/
tur.vno die vt puta in die q̇etis:alio die nõ.ſ.i die
paroxiſmi.Tertio dicit ꝙ dʒ eẽ in cibis eoꝝ aliq̇d
qd̃ abſtergat ⁊ calefaciat parũ:ſicut aliq̇d zucbari
aut radicis feniculi petroſilini yſopi ⁊ ſimiliuʒ: q:
materia ei⁹ eſt viſcoſa groſſa.4° dicẽ qd̃ cibatio in
pricipijs.ſ.vlib⁹ egritudis dʒ eẽ groſſior ꝙ̃ in prin
cipijs pure:deinde gradatim ſubtiliãdo ꝑueniat
ad ſubtiliationẽ fortẽ.ſ.i ſtatu:aut ꝓpe ſtatũ:ſicut
eſt ſubtiliatio tertiane putaẽ in pricipio.

Sed dubitatur vtrũ patiẽs tertianã nõ purã debeat vna
die cibari.ſ.in die q̇etis.altera vo die oĩno abſtine
re.ſ.in die paroxiſmi:ſicut ſonãt v̈ba Aui. nõ ɔce/
dentis in die ꝑoxiſmi cibationẽ:⁊ idẽ ſentit. G.i te
rapẽtica ad glauconẽ dicẽs ꝙ ciband⁹ eſt ꝑter diẽ.

In deciſione hui⁹ dubij Gẽtil.⁊ Mar
ſi.tenẽt cibãdum eẽ ſicut
v̈ba Aui.ſonãt.ſ.vna die ſi,altera nõ:⁊ pñr:⁊ ſubti
lius dietandũ ſit in die ꝑoxiſmi in tertiana nota ꝙ̃
in tertiana pura:ꝙ̃uis in die q̇etis:⁊ etiã abſolute
in ordine ad ſtatũ ſit groſſius dietandũ in nõ pura
q: lõgior.Uñ ɔcedũtur in ea pulli:ſed in pura nõ:
ſed ſola ptiſana et ſimilia.

Sed cõtra q: nõ videẽ v̈iſimile,ꝙ febriẽs notabilr cui⁹ hũidũ cõtinue ẽt
diſſoluiẽ:⁊ ſpũs paucificanẽ poſſit alternis dieb⁹
abſtinere a cibo oĩno ꝑ.xxiiij.horas:⁊maxie in hac
feb.q̃ qñqʒ ꝓlongaẽ vſqʒ ad duos mẽſes: vt ſupra.
Preterea ꝑoxiſmo tertiane nõ pure durãte a. xiiij.
horis vſqʒ ad.xviij .horas ſicut durat ẽm plurimũ
ꝙ ꝓhibet ſibi exhiberi añ ꝑoxiſmũ ptiſanã ordea
ceã.v.iiij.horas:aut 9ſ.⁊ ſilr in fine ꝑoxiſmi candẽ
aut panẽ lotũ:⁊ in aq̄ diſſolutũ quẽ poterim⁹ etiaʒ
dare in declinatiõe ſi hora declinatiõis fuerit ho/
ra cõſueta.Nec valet ſi dicãt ꝙ ꝑoxiſmus tertiane
nõ pure durat aliqñ.xxiiij.horis:aut ſupra:⁊ nõ eſt
ɔueniens in ꝑoxiſmo cibare.prio:q: hoc raro acci
dit:nec ꝓpter caſuʒ raro eueniẽtẽ debẽt facere ca/
nonẽ gñalẽ in oĩb⁹.Preterea etiã in hoc caſu in de
clinatiõe ꝑoxiſmi cibari poterit ſaltẽ dando bro/
diũ pulli zucharatũ:ꝙ cũ hoc ꝙ nutriet forte etiã
ꝓuocat ſudorẽ.nec valʒ ſi dicãt ꝙ cadẽte v̈tute eẽt
cibus dãdus:alr̃ ñ q: debem⁹ expectare ꝙ cadat.

Ego itaqʒ pro mea parte credo aliq̇d eẽ exhibendũ in die ꝑoxiſmii ter/
tiane nõ pure⁊ añ ꝑoxiſmũ ⁊ poſt ꝑoxiſmũ:aut ſal
tẽ in declinatiõe ei⁹:ſʒ rẽ ſubtilẽ ſicut ptiſanaʒ:aut
panẽ lotũ etiã in brodio pulli ⁊ ſilr̃a.ꝑcipue tpe no
ſtro in quo hoĩes ſunt aſſueti multo cibo. eſt enim
dandũ aliq̇d ɔſuetudini:pria affoꝛiſmoꝝ.Sʒ volẽ

do tenere Aui. ⁊ Gal. ⁊ vniformiter mētibus eorum loqui opꝫ dicere ꝙ cibatio de q̄ hic loq̄tur eſt exhibitio ferculi ⁊ pulle ſatis groſſe in notabili quātitate: ſed proprie cibatio vt ſonat vocabulū eſt exhibitio ferculi ⁊ carniū: ſed in modica quātitate. ptiſana ẜo ⁊ panis lotus ſorbilis ⁊ ſimilia: q̄ ego ꝯcedo etiā bis in die nō ſunt cibatio neqꝫ ꝓprie cibatio: hoc modo credo eorum dicta eſſe interpretāda et ſic noſtro tempore dietandum eſſe.

¶ Et non ſit infrigidatio minor.

¶ In hac tertia parte ponit minorē īfrigidationē ꝯuenire ī tertiana nō pura: qđ intelligēdū eſt tā in regimine medicinali: ꝙ̄ in regimīe cibi ⁊ potus.

Sed dubitatur quia dictū hoc eſt de licentia prīa: q̄ debet̄ fe. ⁊ nō de licētia ſcđa: q̄ debet̄ hūori. Dicit̄ ꝙ etiā eſt de licētia ſcđa. q̄ debet̄ humori. nō eñ ſolū minus in tertiana nō pura infrigidamus: q2 fe. ſit minor: ſed etiā ne colera nō pura amplius ingroſſet̄ et fiat ineptior euacuationi.

¶ Et vt cliſterizetur in principio cliſteribus acutioribus.

¶ Hec eſt quarta dr̃ia ꝑ quā medici debēt cliſterizare in principijs ſcꝫ vlībus cliſterib⁹ acutioribus ꝙ̄ patiētes tertianā nō purā ꝓpter maiorē multitudinē groſſitiē ⁊ viſcoſitatē materie in partibus ſtomachi et inteſtinorū in quib⁹ eſt minera illorū flegmatū q̄ colere admiſcētur īponendo blitē minorē cartamū mercurialē: turbith. furfures. et ſilia in decoctiōe ꝓ cliſterib⁹. Itē ponēdo in eiſdē mel: aut mel violatū ierāpigram ⁊ ſimilia.

¶ Et vt expectetur digeſtio in ſolutione vētris eorum plus.

¶ Quinta dr̃ia per quā precipit̄ ꝙ maiorē digōnē debem⁹ expectare ī tertiana n̄ pura ꝓ dādo pharmacū electiuū colere non pure ꝙ̄ in tertiana pure ꝓ dādo pharmacū electiuū colere pure cuius canonis ratio eſt. quia colera nō pura propter ſuaꝫ groſſitiem ⁊ viſcoſitatem eſt ineptior euacuationi quā colera pura vt declaratū fuit ſatis ſuperius.

Contra quē canonem inſtat̄: q2 cōiter ꝯpantes faciūt ꝯtrarium frequēter ſatis a pricip. euacuātes non expectata valde manifeſta digōne in tertiana nota. ⁊ ecōtra valde manifeſtā. immo cōpletā digōnē in tertiana pura expectātes. ¶ Secūdo Aui. ꝯcedit ī pricipio nō pure cliſteria acuta ⁊ nō in principio pure. Tertio in fine hui⁹ capli̇ cōponit ſolutiuū cui⁹ paucū euacuat parū de malo. quare debes intelligere in tertiana eſſe euacuandū paulatiue añ digōnē completā. ¶ Quarto in cura flegmatice ſatis ab initio euacuat cū turbith. ergo ſic faciendū eſt in tertiana nō pura propter admixtionē flegmatis cuꝫ colera ratione cuius generat̄ colera nō pura. ¶ In oppoſitū eſt Aui. in ꝑte p̄nti. ⁊ ratio ei⁹ dicta eſt ſupra.

Pro ſolutiōe hui⁹ dubij p̄mittendū eſt prīo ꝙ duplex eſt cura: regularis: et coacta. q̇d ſit vtraqꝫ iſtaꝝ ex ſepe dictis manifeſtū eſt. ¶ Hoc p̄miſſo ſit hec prīa ꝯcluſio coacte frequēti⁹ eſt euacuandū in tertiana nō pura. ꝙ̄ in pura ante cōpletā digōnem: ꝓbatur: q2 in pura aliquādo coacte euacuandū eſt ante cōpletā digeſtionē ꝓpter furioſitatē materie: ſꝫ in nō pura euacuandū eſt ante digeſtionē cōpletā ꝓpter multitudinē materie cogentē euacuare. rariſſime aūt ī pura ꝯtingit eſſe furioſitatē materie cogentē euacuare. igitur cōcluſio vera. tenet conſequētia: et maior quo ad vtrāqꝫ partē eſt manifeſta. minor ẜo ꝓbat̄ q2 raro reperiūtur materie furioſe. ſcđa afforiſmorum cōmento. xij. Et multotiēs in tertiana nō pura reperit̄ materia peccās ſuperflua multitudine cum de mēte autorū frequēter ſit morbus repletionis: ſicut in flegmatica. hoc etiā quotidiana experientia declarat̄. ¶ Secūda ꝯcluſio. citi⁹ ab initio ceteris parib⁹ cogimur euacuare in tertiana pura pendēte a materia furioſa nulla expectata digōne quā in tertiana nō pura pēdēte a materia multa. ꝓbat̄: cū veloci⁹ et maius īmineat ꝑiculū ꝓpt̄ materiā furioſam ꝙ̄ ꝓpt̄ materiā multā: ꝓpterea medici materia furioſa ſtatī ab initio euacuāt ēt eradicatiue ſi p̄nt. Et ita p̄cipit Aui. in ca. de curationibus vlībus feb. putri. ſꝫ in tertiana nō pura flegmatica ⁊ ſimilib⁹ anteqꝫ̄ minorēt expectāt aliquaꝫ digeſtionē ſaltē occultā: que nō excludit principiū ab augmēto: ⁊ ita paulatī ꝓcedūt digerēdo ⁊ euacuando vt patebit de intentione. Aui. in hoc ca. et in cap̄. de flegmatica. ¶ Tertia ꝯcluſio regulariter et ſcđm plurimū eſt longiori tp̄e: ⁊ maior expectāda digeſtio in tertiana nō pura quā in pura. ꝓbat̄ colera nō pura ſcđm plurimū eſt ineptior digeſtioni quā colera pura. quare lōgius tēpus exigit pro ſui digeſtione. Preterea dato quod in genere ſuo haberet equalē gradū digeſtionis cū colera pura: cū ꝓpter groſſitiē ⁊ viſcoſitatē ſuam difficilius ſit apta a ſuo loco remoueri et penetrare ꝑ meat⁹ anguſtos: ideo exigit in genere ſuo maiorē digeſtionem quam colera pura vt ſit apte educibilis. ⁊ hec concluſio eſt de mente Aui. in preſenti parte.

¶ Et vt ſint in aqua ordei eorū virtutes digeſtiue ⁊ ſolutiue: ſicut illud quod diximus in eo ī cui⁹ ſtomacho acetat aqua ordei: immo fortiores quam in illo. Fortaſſe enim neceſſe eſt vt decoquant̄ in ea iſopus et origanum et calamentum et ſpica ſecundū cōplexionem: et ſicla iuuatiua eſt in eis: ⁊ permixtio aque ciceris cum aqua ordei: et in fine eius cicer eſt iuuatiuū eis.

¶ In parte preſenti ponit ſextā differētiā dicēs qđ in aqua ordei patientiū tertianā non purā debent eſſe virtutes digeſtiue et reſolutiue. i. ſubtiliatiue: ſcꝫ illud qđ ponitur in eo: in cuius ſtomacho acetat aqua ordei. immo fortiores quā in illo. fortaſſe eñ neceſſe eſt vt decoquātur in aqua ordei eorum iſopus cali. in tertio. ⁊ ſic. origanū etiam ⁊ calamentum ſpecies pulegij cali. ⁊ ſic. in ſecundo. et ſpica cali. ⁊ ſicca in primo ſecundū ꝯplexionē. ideſt diuerſitatem cōplexionis corporū patientiū ⁊ colere non pure. colera eñ magis calida: ſicut col'a citrina exigit min⁹ calidā quā colera vitellina: ⁊ ſiſr corpa magis cal'a exigunt minus calida. ⁊ ſicla. i. blitis minor eſt iuuatiua eis ꝓpter plures partes calidas reptas in blite minore quā maiore. quapropter magis ſubtiliat ⁊ abſtergit quā blitis maior: ⁊ in fine ei⁹. ſ. tertiane cicer. ſcꝫ aqua ciceris rubei vel nigri iuuat in eis: nō aūt in pricipio: q2 nimis ꝓuocat ⁊ aperit: ⁊ per cicer etiā poſſum⁹ intelligere ipm via cibi exhibitū in ſuba. preſtātius tñ eſt hiſt ei⁹: q2 faciliorís digōnis. ¶ Notandū prīo ꝙ in ca. de aqua ordei. docuit Aui. ponere radices apij ad ꝓhibendū ei⁹ acetoſitatē in ſtomacho: ⁊ illis nō ſufficiētib⁹ docuit ponere parū piperis. hic aūt Aui. nō ponit hec cal'a ad ꝓhibēdū acetoſationē aq̄ ordei. ſꝫ ad ſubtiliandū materiā tertiane nō pure. Et ꝙ̄uis dicat hic ꝙ debēt poni in ea fortiores ꝙ̄ poſite ſunt ad ꝓhibendū acetoſationē nō intelligitur

telligitur intenſiue:ſed quo ad multitudinē forme non enim poſſet aliquid ꝯueniens intēſiue calidiꝰ ꝙ ſit piper calidū in quarto que ibi ponitur.

¶Et opꝫ vt cōſidereť ꝓpinquitas nō pure ad purā ⁊ elōgatio eiꝰ ab ea: ⁊ ſcđm illud diuerſificeť inter curā eiꝰ ⁊ curā pure:ꝙ ſi fuerit valde ꝓpinqua pure:tunc diuerſifica inter eas diuerſificatione parua.

¶In parte pñti gñaliʒat differētiā inter curā tertiane pure ⁊ nō pure dicēs ꝙ ſcđm lōginquitateꝫ nō pure a pura debeat inter eas cura diuerſificari ipſa aūt parū diſtāte dꝫ cura parū diuerſificari.et hec diuerſificatio intelligiť in ſex ꝯditiōibꝰ ſuprascriptis.Sed vt in hac vltima exēplificeť qñ parū diuerſificabiť ponemꝰ ad bulliendū cū aqua ordei radices endiuie:⁊ ſi multū radices apij.

¶Et cum videris vrinas eoꝝ groſſas: tūc flebothoma:et cum flebothomaueris non indigebis cliſteri.

¶Hic ponit in ſpāli curā tertiane nō pure:et primo per euacuationē.ſcđo per digōnē.tertio poniť deſcriptio quarundā medicinaꝝ ⁊ cañ.quorūdam in eis.ſcđa ibi.(Adiuuātia aūt).tertia ibi(Et de euacuationibꝰ bonis ).Pria in qttuor:ſicut quattuor ponit canones in qtuor euacuatiōibꝰ:quoruꝫ primus eſt de flebothomia.⁊ eſt ꝙ cū videris vrinas groſſas.⁊ tu ſupple ſubrubeas ſignificātes colerā eſſe admixtā cū ſanguie flebothoma. ⁊ cū flebothomaueris nō indigebis cliſteri.ſ.acuto ſalteꝫ eadē die.¶Pro quo ſciendū ꝙ duplex eſt cliſtere. quoddā acutū:⁊ nō eſt ſolū ad mūdificandū inteſtina ſꝫ attrahendū materias lōginqs.qđdā eſt lenitiuū:⁊ eſt ad educendū materias q̄ inteſtinis cōtinētur.¶Nunc ad ꝓpoſitū cliſtere lenitiuū poſſet eadē die ꝑmitti flebothomie ꝟtute nō exñte multū debili.nā ſi eſſet multū debilis melius eſt ꝙ ꝑcedēti veſpera premittať:ſed cliſtere acutū regulariter nō debet fieri eadē die in qua fit flebothomia.

¶Et ſcias ꝙ nō eſt res magis iuuans eos quam vomitus poſt cibum.

¶Hic eſt ſcđs canon in quo dicit rē nō eſſe magis iuuantē eos ꝙ vomitꝰ poſt cibū.Cui canoni ꝯcordat Gal.in terapētica ad glauconē ⁊ Raſis.xvij.cōtinētis.Cuius rō eſt:q2 vomitu vtraqꝫ materia: ſcꝫ colera ⁊ flegma apte euacuať. fit eñi hec fe.⁊ duplex tertiana nō pura.⁊ emitritiꝰ hoibꝰ multiplicātibus flegma per indigeſtionē ſtomachi ⁊ calidis ſcđm epar:⁊ ſupcalefactis malis motibꝰ in quibꝰ vomitꝰ hmōi euat materias.q2 facilior.plurimoꝝ eñi expulſio eſt leuior ea q̄ paucoꝝ:vt dicit.Fiat āt hic vomitꝰ ſumēdo poſt cibū.ℨ.iij.oximellis cū.ℨ.iij.aque tepide:⁊ ſi opus ſit: addať aliq̄d fortiꝰ vt puta.ℨ.ſ.ſucci raphani:aut ſimile ⁊ adiuuetur cum iterata impoſitione digiti:aut pēne in ore.

Sed vtrum hic vomitus debeat fieri natura nō inuitāte eſt dubium cū ſuperius in ca.gñali ꝓhibeať natura nō inuitāte.Ex alia pte hic ⁊ i multis locis plurimū laudať et eſt aptiſſimꝰ ad euacuationē hmōi materierum. Credo ipſum eſſe ꝓuocandū etiā natura nō inuitāte obſeruatis duabus ꝯditiōibꝰ.pria ꝙ facile vomant.ſecūda ꝙ frequēter cōſueuerint purgare ſuperflua ſua per vomitū.Sed natura inuitāte adiuuandus eſt quādocunqꝫ natura tentauerit niſi aliqua cauſa fortis obſtet: ſicut timor fracture vene frangi conſuete et ſimiles: aut quia difficulter vomant.

¶Et de ſolutiuis in principijs eiꝰ que ſunt propinquiora equalitati eſt aqua algelenia bim decocti ⁊ ſyrupus acetoſus: ⁊ fortaſſe ponemus in ea caſ.fi.⁊ fortius illo eſt vt ponas in ea virtutem turbith.

¶In pte pñti deſcribit quedā ſolutiua.d.ꝙ de ſolutiuis que concedūtur in principijs tertiane non pure ꝓpinquis lenitati.i. lenibus nō exoluētibus ſunt aqua: ſcꝫ infuſionis algelenia bim:ideſt conditi de roſis ſiue ſit ʒucharū roſ.ſiue mel roſ.⁊ dꝫ eſſe ex roſis recētibus decocti:ideſt ſufficiēter ingroſſati ꝑ decoctionē.propterea magis intelligit de melle roſ.qđ decoquiť.poſſemꝰ etiā iuleb roſ.ex roſis recentibꝰ vti.qđ etiā decoq̄tur. Doſis aūt ſit.iij.ℨ. cū tanta aqua vt apte poſſit bibi. Syrupus acetoſus ſolus:aut cū his mixtus tāte quātitatis vt poſſit aliqualiter lenire:⁊ fortaſſe ponemus in ea. ſcꝫ aqua mixta cū ſuprascriptis caſſiam tante quantitatis vt poſſit lenire ſi fortiori ſit opus: ⁊ poſſemꝰ caſſiā et virtutē turbith miſcere cū aqua ſuprascripta in doſi ꝯuenienti:aut tm̄ vnū ex eis. Ecce ꝙ hic cōcedit turbith in principio qđ maxime ꝯcedendū eſt cum ſint aliqua ſigna digōnis occulte. q̄ nō excludunt principiū:vt eſt apud Gal.ſ.de criſi.vij.ca. Alyabas tñ nō ꝯcedit ſolutiuū electiuū in principio huius feb.niſi materia ſit tumultuoſa:ſꝫ tu intellige per tumultuoſam largo mō.⁊ de his ſupra dictum eſt quantū eſt opportunum.

¶Et cliſteria in principio ſunt magis dilecta quā ſolutiua alia:et ſunt cliſteria in quibus eſt virtus alhaſſelz ⁊ camomille,et ficle et cartami et violarū et ſebeſtē.⁊ ficꝰ ⁊ odor turbith:⁊ ex eis eſt caſ.fiſt.⁊ oleū ſiſaminuꝫ ⁊ baurach:⁊ fortaſſe indigetur vno iſtorum ſcđm elongationem febris a pura.

¶Affirmat cliſteria etiā magis Aui.dilecta quam ſolutiua alia ſcꝫ in principio q̄ canō ſuperꝰ declaratus fuit in ca.gñali.⁊ deſcribēs ea innuit nobis duplex cliſtere.vnū leue in quo nō ponunť electiue aliqua euacuātia nec multū ſtimulātia:aliud acutum in quo ponūtur turbith:cartamū:⁊ de ſale notabiliter. ¶Deſcriptio primi. ℞.camomille ficle violarū ana.M.ſ.ficuū ſiccarū numero ſex.ſebeſtē numero.xx.poſt debitā inciſionē ⁊ cōtuſionē bulliāt in quattuor lib.aq̄ ad cōſumptionē medietatis et colētur.cuiꝰ decoctiōis colate accipianť.ℨ.xx.olei ſiſamini.ℨ.iij.ſal.ʒ.ij.miſce.viole tñ in fine ponanť ad coquendum. ¶Deſcriptio acuti.℞. alhaſſelz ſ.tribuli cartami.ana.ℨ.ij.turbith.ℨ.v.ficle minoris M.ij.bulliāt in quattuor lib.aque ad ꝯſumptionē medietatis:⁊ colētur bene exprimēdo.de qua decoctione accipiantur.ℨ.xviij.olei ſiſamini.ℨ.iij. ſalis ʒ.v.vtriuſqꝫ potes addere caſſiā. Poſſemus etiam huiuſmodi fortificare addendo yerāpigrā benedictam yerā logodion ⁊ ſimilia ſcđm exigentiā.His ergo vtere in febre leui:aut parum diſtante a pura acuto in multum diſtante.

¶Adiuuantia autem ad digeſtionem ſunt ſicut ſyrupus acetoſus permixtus cum aliquantulo de gelenia bim:aut ſyrupus acetoſus de radicibꝰ.Et poſt ſeptimū ſicut decoctio abſinthij.eſt enim iuuatiua ſubtiliatiua materiei et confortatiua ſtomachi.⁊ ſimiliter aqua feniculi et aqua apij cum ſyrupo acetoſo:⁊ ſi pertranſit decimūquartum

tunc non malum eſt dare in potu trociſcos roſatos et minores.

¶ ℞. ſyrupi acetoſi ſimplicis. ℥. ſ. mellis ro. co. ℥. v. miſce cū aqua endiuie: ⁊ aqua zucb. Itē ꝯuenit ſyrupus acetoſus de radicib⁹ ꝑcedente magis digeſtione: et premiſſa euacuatiōe. Itē decoctio abſinthij poſt ſeptimū: ⁊ poſt manifeſtā digeſtionez iuuat ſubtiliādo materiā et confortādo ſtomacbum ante digeſtionē nocet vt inferius in emitriteo: ⁊ ſilr poſt digeſtionē ⁊ aliquā minorationē ꝯuenit apij et feniculi aqua ⁊ hmōi aperiētia: ⁊ poſſunt miſceri cum ſyrupo acetoſo. ⁊ ſi pertrāſit decimūquartū nō eſt malū addere trociſcos roſ. minores. i. breuis deſcriptionis qui cōueniūt. tunc confortando quadā ſtipticitate quorū adminiſtratio nōſ eſt conueniēs niſi poſt digeſtionē et minorationem.

¶ Si autem egritudo prolongatur non inueniemus excuſationez quin demus ea que ſunt: ſicut trociſci de eupatorio et decoctio eius et calefactio partium hypocundriorū eſt huius generis: et emplaſtratio, mirach: eorum iterum cum eis quo digerunt et maturant et mollificant tenſionem cum venerit illic. Cum ergo ſciueris ꝙ digeſtio iam aduenit: tunc euacua ⁊ ꝑuocat non cures.

¶ Hic oſtendit quid faciendū ſit: cum hmōi tertiane prolōgantur multū: ſcꝫ ad duos menſes ſupra: quia tales malignāt membra nutritiua ea opilando debilitādo ⁊ multiplicando in eis ſuperfluitates iam forte errante digeſtiua epatis, vnde eſt timor de ydropiſi. dicit em̄ in hoc canone vtēdū eſſe trociſcis de eupatorio ⁊ decoctione eius: ⁊ debemus etiā calefacere partes hyppocūdriorū: ⁊ emplaſtrare mirach cū hiſque digerūt. ſ. ad benignū reducēdo id qȝ pōt reduci ⁊ maturāt diſponendo ad euacuationē ⁊ mollificāt tenſionē mirach ſi fuerit reſoluēdo que in eis de humoribus ⁊ ventoſitatibus continenť. dabimus ergo trociſcos de eupatorio diſtēperatos cum ſyrupo ſuo: aut forte reformatis in pillulis: ne forte diſtēperati cum ſyrupo ſint nimis aboiabiles: aut forte faciem⁹ decoctionem ſupplentē vicem trociſci ex eupatorio ſcolopendria cuſcute tamariſco ⁊ ſilib⁹. Syrupus autē mirabilis in his caſib⁹ eſt ſyrupus acetoſus diarodon deſcriptiōe Meſue quē potes diſtēperare cū aqua abſinthij ⁊ eupatorij. Calefactio autē de qua ſupra fiat cū oleo de abſinthio de ſpica fomentādo ſcꝫ partē leſam cū filtro in his infuſo quā pōt ſequi vnctio ex eiſdē miſcendo ſecū aliqd abſinthij ſpice. ſquināti: calamenti ⁊ ſimiliū: addendo ceraz et parū aceti ad penetrandū. Et de preſtantibus eſt ſuccus eupat. cum quo pōt fieri vnctio ⁊ fomentatio: aut ſingulariter: aut cū ſupraſcriptis miſcendo. Tua aūt intereſt hmōi diuerſificare ⁊ ſcōm feb. exigentiaz: et ſcōm membra nobilia leſa. ſcꝫ epar aut ſplenē: aut ſtomachū: aut plura ſimul. Cū ergo ſciueris quod digeſtio iam ſcꝫ perfecta euenit: tūc euacua ſcꝫ pharmaco exoluente ⁊ prouoca vrinam fortiorib⁹ prouocatiuis: ⁊ nō cures tm̄. ſcꝫ de alteratione: aut digeſtione quantū de euacuatiōe. Aliter et nō cures: idest nō dubitanter euacues ſoluēdo: ſicut forte feciſti ante perfectā digeſtionē. nam perfecta digeſtiōe huiuſmodi cōceduntť ſecurius quia ex parte digōnis nō pōt ſequi nocumētum.

¶ Et de euacuatiōibus bonis eis eſt vt ſumantur yerepigre. ʒ. v. ſucci lactuce et eupatorij ana. ʒ. iij. ſeminis apij mirabolanorum citrinorum kebulorum ana. ʒ. v. turbith. ʒ. vij. fiant pillule ex eis cū aqua apij: ⁊ ſit doſis eius. ʒ. ij.

¶ Hic ponit primo quaſdaz medicinas ſolutiuas ſcōo ponit canonem et ſecundū illius ſnīam ponit quaſdā alias medicinas. ibi ſcōa. (Et fortaſſe eſt neceſſaria). in pria parte ponit duas medicinas: quarum prima eſt iſta. ℞. yerepigre ſcꝫ cōmunis que yera ſimplex appellatur: ⁊ fit ex octo rebus: et dicitur yera quaſi ſacra et pigra amara: quā ponit Auicen. quinto canone. ⁊ Gal. vij. terapētice: ⁊ manifeſtum eſt quod he pillule ſunt magis ſolutiue flegmatis quā colere: et reliqua q̄ dicit nota ſunt.

¶ Et de illis eſt decoctio bona inuentione noſtra. Recipe eupatorij abſinthij mirabolanorū kebuloruz ana. ʒ. v. ſeminis melonis ſeminis cucumeris et citrulli: ſeminis apij polipodij ſuchaa bedeguar omnium ana ʒ. x. turbith. ʒ. j. caſſie fiſtule. ʒ. vj. paſſularuz enucleatarum. ʒ. xx. ficuum. decem numero ſebeſten numero triginta. geleniabin facti cum roſis perſicis pondus. ʒ. quindecim decoquantur omnia ſecundum deſcriptionem huius. Et ſumať de ea cadus magnus in qua poſita ſit ſiliqua vna ſcamonee.

¶ Hic ponit ſecundū ſolutiuū: et eſt decoctio que vt exiſtimo debet hoc modo fieri debemus accipe omnia q̄ ponūtur in hac recepta preter caſſiaz ⁊ geleniabim ⁊ cōterere conterenda groſſo modo: ⁊ incidere incidenda ⁊ bulire in ſex lib. aque vſqꝫ ad cōſumptionem medietatis: aut duarū partiuz: ſi vis quod fortius ſoluat: et coletur bene exprimēdo cū qua colatura vel decoctione colata miſceať caſſie tracte. ʒ. vj. geleniabim de roſis perſicis. i. regiōis illius. ʒ. xv. miſce de qua decoctione exhibeať pro doſi vna cadus magnus et pondus. iij. ℥. in quo cado ponatur vna ſiliqua ſcamonee: et eſt pondus quattuor gran̄. ordei. Suchaa eſt ſpina arabica. Bedeguar eſt ſpina alba: et ſunt ſimilis virtutis. Hic nō inſto in verificatione huiuſmodi receptarum. nimis enim eſſet prolixum. Modus autem verificādi eos facile elici poſſet ex queſtione mea de compoſitiōe medicinarum.

¶ Et fortaſſe neceſſaria eſt medicina fortis vno modo: debilis alio modo: eius vero fortitudo eſt ſecunduz hoc quod ipſa euacuat humorem viſcoſum: ſed ipſius debilitas eſt ſecundum hoc quod ipſa non euacuat plurimū vice vna: immo poſſibile eſt vt fiat gradatio in ea quare euacuat humorez cuius euacuatio non eſt neceſſaria multis vicibus vt non deſtruat virtutem.

¶ Hic Aui. ponit canonē et ꝯtinet tres partes. Primo ponit canonē et ipſuz declarat. Scōo ponit vtilitatē et ꝯditiōes medicine ſolutiue ſm̄ dictum canonem. Tertio deſcribit illas medicinas. ſcōa ibi (Et hec eſt medicina que poteſt ſubtiliare.) tertia ibi. (Huiuſmodi quidē medicina.) In prima parte dicit fortaſſe. i. aliquando fore neceſſariū fortē medicinā: vno modo et alio modo debilē: fortem quidē euacuantē humorē viſcoſum q̄ reſiſtit euacuationi. debilem vero: quia nō vice vna plurimū euacuantē que medicina eſt gradatim: et in pluribus vicibus

bus vicibus

hus vicibus exhibenda ⁊ nō vnica exhibitiōe: ſed in pluribus totus humor ſuperfluus educatur et nō detrahatur virtus. Primo notandū merito dictuȝ fuiſſe fortaſſe ſiue aliquādo. q: iſta medicina nō conuenit: niſi quādo tertiana nō pura multuȝ elongatur a pura ꝑpter multi ⁊ viſcoſi flegmatis admixtionē cū colera: ſicut eſt in tertiana non pura pendēte a colera vitellina valde groſſa: et maxime quādo adeſt virtutis debilitas nō tolerātis in paruo tēpore fortē euacuationē. ¶ Secūdo notandū: ꝙ licet duo humores equalē habeant gradum digeſtionis in latitudine cōuenīēte ſue ſpeciei ſtat vnum eſſe altero euacuationi imperatiorem: ſicut colera vitellina naturali colere comparata: et melācolia flegmati comparata. vnde opȝ minus paratū paulatine et gradatim magis euacuari eo qui magis paratus eſt. ¶ Ex quibus īfertur ceteris paribus melancoliā magis gradatim eſſe euacuandā quā flegma: et flegma quā colerā notā et coleram notam quā coleram naturalem.

¶ Et nota in iſta euacuatione humorum groſſoꝝ tardam euacuationem ſolutiui eſſe meliorē ꝗ̄ feſtinā eius opationē. impetuoſa nāq; et velox ſolutio educit partes ſubtiles groſſis remanētibus.

¶ Et hec medicina eſt que poteſt ſubtiliare et aggregare et ſoluat parū ei⁹: et ſoluat plurimum eius ex malo: ſed parum parum ex malo: et plurimum plurimum ex malo.

¶ Nunc facit qđ dictum eſt. et primo p̄mittit conditiones medicine dicte. ſcđo infert implicite formam exhibitiōis medicine dicte. ſecūda ibi. (De decoctiōibus parum.) ¶ In prima parte dicit ꝙ hec medicina poteſt ſubtiliare et aggregare: ita ꝙ modicum eius euacuabit et plurimū eius euacuabit. ſed parum eius parum euacuabit de hūore malo. plurimū vero eius plurimū euacuabit de humore malo. Prima autē pars ſic eſt intelligenda. hec medicina pōt ſubtiliare. ſ. miorare: et ſubtilem. ſ. humorem minorē quādo. ſ. datur ī parua quātitate. et aggregare: quia coniunctim multuȝ de hūore euacuare quādo. ſ. datur ī magna quātitate: et cōſonat hec expoſitio textui ſequēti. ꝙ parum parū ſoluit: et plurimū plurimū. Secūdo poteſt exponi qđ hec poteſt ſubtiliare. ſ. hūoreȝ qn̄. ſ. in ea ponerētur aliqua ſubtiliātia: et aggregare: quia ſtipticando vnire et vniendo confortare: qn̄. ſ. ponerētur in ea aliqua ſtiptica: nec mirandum huiuſmodi effectus a medicina compoſita poſſe produci. ¶ Notandum tamen ꝙ ſi notum ſit paꝝ medicine parum ſoluere: et multū multū. determinate tamen ſunt doſes medicinarum cōpoſitarū ſcđm virtutes ſimpliciū ingredientiū medicinas compoſitas ſolutiuas quorum ingredientium virtutes a Meſue: et reliquis perquirende ſunt.

¶ De decoctionibus vero parum fortaſſe non facit aliquid.

¶ Hic Auicē. implicite tangit modum et formā cōpoſitionis et hm̄ōi exhibitionis melancolie cōpoſite di. ꝙ forſan. modicū ex decoctionibus non facit aliquā operationem. Ex quo infertur ꝙ cum querimus euacuationē humoris paruam vel magnam non erit exhibenda medicina in forma decoctionis: ſed ſcđm ſubſtantiam vtputa in forma pillularum aut electuarij. ita vt detur ſubſtantia medicine et non ſolum forma: aut virtus. Aliter ad ſoluendum etiam parū oportet dare quātitatem magnam quam ſtomachus forte abhominaretur: et hoc maxime verificatur in humoribus groſſis et viſcoſis: difficilis ſolutiōis: ⁊ ī his quorum venter nō facile obedit medicini s ſolutiuis.

¶ Et huius quidem medicina eſt vt ſumatur turbith quātitas. ʒ. ß. et plus ſcđm neceſſitatem: et ſcamonee prope altoſugi. i. aut ſupra id: et conficiatur cum geleniabim predicto et bibatur. Aut ſumatur de agar. et ſcamonea ſcđm hanc compoſitionem et conficiatur cum geleniabim predicto et bibatur: aut ponatur in ſucco roſaꝝ recentium cuius quātitas ſit vncia vna. et bibatur aut ſirupo roſ. et bibatur.

¶ Auicē. deſcribit illas medicinas. et cōtinet tres partes ſcđm numerum triū medicinarū. quarum prima eſt. ℞. turbith. ʒ. ß. ſcamonee altoſugi vnuȝ aut parum plus. et eſt altoſugi pondus triū gra. ordei. Debem⁹ aūt de turbith ponere plus et minus de ſcamonea quādo tertiana non pura multum diſtat a pura. Econtra vero quando parum diſtat et miſceatur cū geleniabim. ⁊ eſt vna doſis. ¶ Secūda medicina. ℞. agarici ſcamonee ſcđm hanc ꝓportionem. i. proportionem horum duoꝝ inter ſe et euacuet̄ de flegmate et colera ſcđm exigentiam colere non pure. poterimus ergo accipere agarici. ℈. ij. ſcamomee altoſugi vnū aut circa: et ſimiliter miſceantur cū geleniabim et bibātur. Aut tertio hm̄ōi permiſceātur cū ſucco roſe recentis cuius quātitas ſit. ʒ. ſ. aut cū ſirupo roſato et bibatur: et hec vltima ꝯmixtio magis valet in tertiana nō pura parum diſtante a pura ꝑpter ſuccum ro aut ſirupum roſ. magis infrigidantem et coleram euacuantem. ¶ Sed hic nota ꝙ in tertiana non pura colera et flegma ex quibus facta eſt colera citrina aut vitellina ſunt redacte ad vnam formam. ideo bonum eſt vt he medicine ſolutiue in quarū cōpoſitionem ingreditur turbith ſcamonea et ſimilia: ſint fermentate: et per fermentationem redacte ad vnam formā et ad vnam proprietatem electiue euacuantem coleraȝ et flegma. In emitriteo vero cuius colera et flegma nō ſunt redacte ad vnā formā melius eſt vt non ſint fermentate: vt ſcamonea euacuet colerā: turbith flegma: et de hac materia dictū eſt quātū opportunū eſt ī queſtione mea de cōpoſitione medicinaꝝ in fine. In tertiana nō pura priuſq̄ ponātur intētiones iuxta Auicē. cōſideretur ꝓpinquitas pure ad non purā et eius elongatio ſcđm pluris: aut paucioris: groſſioris: aut minus groſſi flegmatis admixtionē cum colera: et ſcđm hoc cura diuerſificetur tam ex parte ſex rerum non naturalium quā in regimine medicinali. ¶ Cura itaq; tertiane non pure exigit nouem intētiones. Prima eſt debitum regimen ſex rerum: qđ minus debet ad frigidum et humidum declinare quā in tertiana pura. et tāto minus quāto eſt magis diſtans a pura: et tanto cibus ⁊ potus debent eſſe magis abſterſiui: inciſiui ⁊ ſubtiliatiui quāto magis diſtat a pura. et dieta dȝ eē groſſior in nō pura ꝗ̄ ī pura: ita vt a p̄ncipio comedātur pulliſatis groſſi. et quāto magis ꝓcedit verſus ſtatum dieta ſubtilietur. et in die paroxiſmi non conceditur cibatio: et in cibis eorum ſit aliquid qđ abſtergat ſubtiliet et incidat et calefaciat parū: ſicut paſſule zuccharū: aut ſint decocte radices apij et feniculi. Secunda intentio eſt lenitio cōplenda tam cliſteribus quā medicinis ſumptis per os que debent eſſe efficaciora et magis

abſtergentia ꝙ̄ in tertiana pura. ¶ Tertia intentio eſt flebotomia cuius ſecundum plurimum eſt maior neceſſitas ꝙ̄ in tertiana pura: quia eſt morbus magis repletionalis. ¶ Quarta intentio eſt digeſtio complenda a principio cuꝫ minus abſterſiuis ſubtiliatiuis et inciſiuis ac aperitiuis: poſtea gradatim huiuſmodi aperiantur ſicut a principio ſirupus acetoſus ſimplex cum melle roſato. poſtea ſirupus acetoſus duarum radicum: poſtea radicuꝫ quinqꝫ. et in aquis a principio: aqua endiuie: poſt ea aqua cap̄.ve. et abſintij. poſtea aqua feniculi et apij. ¶ Quinta eſt euacuatio cū ſolutiuis ſepe reiteranda vt paulatim materia digeratur et paulati euacuetur: et vbi non multum diſtet a pura aloes lotus obtinet principium. Sed vbi multum diſtet per multam flegmatis mixtionem cuꝫ aloe miſceatur parum turbith vel agarici cū ſuis correctiuis et dentur pillule elephangine pillule ſtomatice ⁊ ſimiles. et ſi fortioribus opus eſſet dentur pillule aggregatiue: aut dyaſinico. in parua doſi: aut ſolutiua poſita in textu. et hic eſt opus medicina forti debili iuxta textuꝫ. Eſto tamen memor vt in hac et in omnibus febribus et alijs egritudinibus diuturnis ne inter vnam euacuationem et aliam tempus interponat̄ in quo ab omni re medicinali deſiſtendum eſt: ne natura terreatur et faſtidiatur a continuo vſu medicinarum: et etiam ipſa poſſet facere criſim ſi expedierit. omnium enim natura operatrix: medicus vero miniſter ⁊c. ¶ Sexta eſt prouocatio vrine et ſudoris cum fortioribus ⁊ calidioribus ꝙ̄ in tertiana pura in quibus gradati augmēto procedendum eſt ꝓpterea fricationes ī ea optime ſunt. ¶ Septima eſt vomitus prouocatio ⁊ maxime poſt cibum ſi natura ipſum tentauerit eſt enī valde conueniens ad euacuationem flegmatis cuius plurimum in ſtomacho congeritur et colere: q̄ a kiſti ad ſtomacum mediante meatu ad ipſuꝫ terminato deriuatur. ¶ Octaua eſt cōfortatio ſtomachi et epatis: et eorum diſcraſie alteratio: maxime quando prolongat̄. eſt eñ timor de ydrope. ¶ Nona eſt accidentium correctio. Si vero tertiana non pura penderet a colera minoris fame vtrunqꝫ regimen debet eſſe magis humectatiuum: et intendēdum eſt cū his q̄ colerā et melancoliaꝫ reſpiciunt.

¶ De febre cauſon: ⁊ eſt illa q̄ noīatur faricos. Capitulum quadrageſimum.

Champerius. Eſt inflammabile tabida ſuccenſa cōtinua febris eſtuoſiſſima: q̄ neqꝫ medicis neqꝫ languētibus ſertē tenens. In his namqꝫ lingua arida et nigra a p̄mordio vellicatio ventris ingens: et ſitis intolerabilis: atqꝫ vigilia: et qn̄qꝫ delirium. primum igitur ipſi conſolādo ⁊ ſuadēdo opꝫ inherere. Cum vero ad vrine ꝑ

Cauſon eſt ſecundum duos modos. aut enim cauſon eſt colerica: et eſt cauſa in ea multitudo putredinis; aut intra venas corporis totius; aut in venis que ſequunt̄ partes cordis proprie: aut in venis partiuꝫ oris ſtomachi aut in epate.

¶ Aui. in parte p̄cedēti determiauit de tertiana interpolata ⁊ cōtinua ꝓportionali ī p̄nti parte determinat de cauſone dicta a caumate ideꝫ ſonāte qd̄ incendiū latine. dr̄ aūt faricos quaſi feb. incēſiua. Diuidit̄ hoc capl̄m in ptes tres. in pria ponit ſpecies ⁊ quedā alia. in ſcda ponit ſigna. i tertia curā. ſcda ibi. (Signa eiꝰ). tertia ibi. (Et cura tertiane) Prima in quinqꝫ. in prima ponit ſpēs eiꝰ ſcdm cās eius: in ſcda ꝯparat cauſonē tertiane ponēs durationē. in tertia ponit q̄ corpa ſunt paratiora ad incurrēdū cauſonē ⁊ magis ledi ab ea ⁊ minꝰ. in q̄rta ponit dictū hip. In q̄nta modos terminatiōis. ſcda ibi (Et qm̄ cauſon) tertia ibi. (Et ſenibꝰ quidem) quarta ibi. (Et hyp. q̇dē dixit). quinta ibi (Et plurimū). Pria in duas. in prima declarat cauſonē colericā: ⁊ eſt vera. ſcda declarat cauſonē flegmaticā et eſt nō vera. ſcda ibi. (Aut flegmatica). In pria dicit ꝙ cauſon eſt duplex. quedā colerica ⁊ eſt eius cā multitudo putredis colē: aut intra venas totiꝰ corpis. ſcꝫ magnas ⁊ paruas: aut in venis q̄ ſequūtur partes cordis ꝓprie. i. q̄ ſunt in ſuba ꝓpria cordis: aut in venis partium oris ſtomachi aut in epate: aut in venis epatis.

Aut flegmatica et fit ex flegmate ſalſo putrefacto in venis que ſequuntur partes cordis: ſicut dixit hypo. in epidimia et nō fit flegma ſalſum: ſicut ſciuiſti: niſi ex aquoſitate flegmatis cum colera acuta. Eſt ergo colera que putrefit aquoſitas permixta aquoſitati plurime.

¶ Hic declarat cauſonē flegmaticā que fit a flegmate ſalſo iam putrefacto in venis que ſequūtur partes cordis ſiue in venis mēbrorū cordi ꝓximorū: ſicut oris ſtomachi epatis ⁊ pulmonis: ſicut dixit Hypoc. in epidimijs. ſcdo dicit ꝙ nō fit fl̄a ſalſum ſicut ſciuiſti: prima primi cap̄. de humoribus: niſi ex mixtione flegmatis aquoſi cū colera acuta. tertio infert ꝙ colera q̄ putrefit eſt aquoſitas permixta aquoſitati plurime.

Et quoniam cauſon vehementiora habet accidentia quam tertiana oportet vt ſit breuioris ſpacij quam ipſa.

In hac ſecūda parte cōparat cauſonē tertiane dicens quia cauſon eſt ſeuiorū accidentiū quā tertiana opportet vt ſit breuioris ſpacij quā ipa natura nō potente diu fortē morbū tolerare. quito afforiſmorꝫ. affo. vij. Quicūqꝫ a tetano app̄hēdunt.

Contra. ſequitur cauſonē eſſe breuiorē effimera cuꝫ habeat ſeuiora accidētia quā effimera. conſequēs eſt falſum. Preterea reperit̄ tertiana vnius paroxiſmi que eſt breuior cauſone. Reſpōdet̄ rationem Aui. nō cōcludere niſi ponātur cetera paria preter cōparata: et que ad cōparationē ſequūtur: et hec fuit intentio eius hic cōparātis tertianā cauſoni.

Et ſenibus quidē paruꝫ accidūt febres cauſonidis et cum accidūt eis pereunt; quoniam non fiunt in eis niſi cauſa valde forti. Amplius eorum virtutes ſunt debiles. in iuuenibꝰ vero et pueris plurimū accidūt: ⁊ eſt in infantibus leuior propter humiditatem eorum: et quandoqꝫ eſt in eis cum profundatione ſomni propter eleuationem vaporum ad caput.

¶ Dicit ꝙ ſenibꝰ raro accidūt fe. cauſonis. cuiꝰ cā eſt: qr ſunt natura fridi. idē hr̄ afforiſmo. pria particula. afforiſmo. xiiij. Qui creſcūt. ꝓpter hoc ſenibus nō ſilr̄ acute febres fiūt. fridū eñ corpꝰ habēt. ¶ Scdo dicit ꝙ cū accidūt eis pereūt: qm̄ nō fiūt in eis niſi a valde forti cā. Cuiꝰ rō eſt. qr egrotāt in ꝯtrariū ſue cōplexiōis q̄ eſt cā valde calida: ⁊ eorꝫ v̄tutes ſunt debiles. ¶ Tertio dicit ꝙ cauſon eſt leuior ī infantibꝰ ꝙ̄ in reliq̄s ꝑꝑ hūiditatē ſue ꝯplōnis optie reſiſtētē exiccationi apte fieri ꝑ cauſonē. ¶ Ultimo dicit cauſones in eis fieri: qn̄qꝫ cū ꝓfunditate ſomni ꝑꝑ eleuationē vaporū ad caput ſua multitudie opilātiū: ⁊ forte, imo tantū eleuātur vapores colici ⁊ ſalſi q̇ rōne ſue acuitatis ſunt apti facere vigilias: imo ſanguinei et flegmatici: quāuis neqꝫ

uentuꝫ fuerit ſi
gna concoctio
nis: et pubeſci
egritudo: tū d
mum eſt contē
tioſe inſtandū
⁊ ad dfrigidea
potum perue
nīendum eſt: n
ſi ex eis q̄ dict
ſunt aliqua p
bibeant: quo
minus aq̄ frig
da prebeatur
In cauſo nāq
rigore aduētā
te ſoluitur eg
tudo.

uis neqꝫ ſanguis neqꝫ flegma putreat.

¶ Et hypocras quidem dixit ꝙ ſi alicui accidit in febre cauſon tremor: tūc permixtio mentis ſoluit ab eo tremorem.

¶ In pñti pte ponit dictū hypo. ſcđo v̓ificat ipm ſcđa ibi. (Et ſil̓e). In pria pte dicit hipo. dixiſſe. ſ. vj. afforiſmoꝝ. affo. 26. Quibuſcūqꝫ i cauſone tremores fiūt. Itē. iiij. afforiſmoꝝ affo. lviij. nō cōit habito. A ſpaſmo ⁊ tetano hito feb. acuta ſupueniēs ſoluit egritudinē. Nō ſi alicui accidat i feb. cauſon tremor. tunc pmixtio mētis ſoluit tremorē. ¶ Notandū prio ꝙ per pmixtionē mētis debemꝰ intelligere quācūqꝫ corruptionē ſenſus interioris. ¶ Notandū ſcđo ꝙ per tremorē debemꝰ intelligere non ſolū tremorē ꝓprie ſumptū: imo quācunqꝫ neruoꝝ paſſionē maxie a cā frigida ꝯtingētē: ſicut accidit in cauſone: ⁊ in alijs febribꝰ in: qbus ꝓpter caliditatē febrilē materie frigide liquefacte fluūt ad neruos: ⁊ cauſant tremorē ⁊ ſpaſmū ⁊ paraleſim: ⁊ ſimiles neruoꝝ paſſiões. pmixtio autē mētis ſeqns caliditatē ⁊ vapores acutos calefaciētes notabiliter cerebrū ⁊ neruos reſoluit tremorē. i. eſt ſignū reſolutiōis tremoris. quia reſoluūtur materie facientes ipm per caliditatem fortē, febrilem.

¶ Et ſil̓e eſt vt ſit illud: qm̄ cerebrū calefit valde ⁊ calefiūt nerui: ⁊ eſt ſil̓e vt ſit cauſon: et ſit pmixtio mētis et reſoluat̄ ab eo p tremorem propter expulſionē materierum ad neruos.

¶ In hac parte Aui. v̓ificās afforiſmū. di. eſt ſil̓e. i. veriſil̓e: vt ſit illđ. i. reſolutio tremoris: qm̄ cerebrū calefit valde ⁊ nerui calefiūt. quapropter materia faciēs tremorē reſoluitur ab eis. ſcđo dicit ꝙ eſt ſimile vt ſit in aliquo cauſon: ⁊ pmixtio mētis ⁊ reſoluatur ab eo p tremorē pp expulſionē materieꝝ ad neruos: ⁊ hanc ſnīam voluit Ga. vj. affo. affo. xxvj. Quibuſcūqꝫ in cauſone tremores fiunt alienatio ſoluit. ⁊ pōt ꝯfirmari p afforiſmū. lviij. qrte particule. A cauſone habito rigore ſupueniente ſolo fit et hoc eſt verū ſequēte ſudore: vel aliqua alia euacuatione: vt ſumit̄ in qnto de accidenti ⁊ morbo: ⁊ hic per tremorē intellige rigorem.

¶ Et plurimū quidem conſumitur cum vomitu et ſolutiōe vētris aut ſudore aut fluxu ſanguinis narium.

¶ Nunc Auicē. ponit criſes cauſonū. d. illas cōſumi ſcđm plurimū vomitu: ſolutiōe ventris: ſudore vel fluxu ſanguis nariū. Dixit aūt ſcđm plurimuꝫ cū poſſint aliqn̄ termiari per inſenſibilē reſolutionem. terminātur aūt rariſſime per vrinā aut criſi p mutatiōis: ſed frequēter terminant̄ per fluxū ventris: deinde per ſudorē. tertio per vomituꝫ. quarto per fluxū ſanguinis nariū. quinto inſenſibiliter.

Pro noticia dictorū in hoc ca. circa principiū tria ſunt intelligēda Primū vtrū cauſon pēdeat a colera vel a flegmate ſalſo. ſcđm vtrum ſit poſſibile ipſum eſſe nō putridum. tertium vtrū materia eius contineat̄ tm̄ in locis: de quibus Auicē. fecit mentionē.

Pro horum dubiorū deciſiōe p̄mittēdū primo: ꝙ cauſon duplr̓ accipitur. Prio cōiter vt ſignificat quācunqꝫ febrē vehemētis incendij: ſicut ſonat eius qđ nois: ⁊ ſic aliqn̄ ſumit̄ ab Yſaac. ⁊ in. vij. viatici: ⁊ Ga. ij. de differentijs febriū. ca. iij. ⁊ ab Auerro. vij. colliget. cap̄. de cura febriū ſinocharū. ſcđo ꝓprie ⁊ ſignificat febrē que in caumatizādo ſupremū obtinet graduꝫ quā Auerro. eodē. vij. c. de cauſone vocat incēſiuā. ¶ Secūdo notandū ꝙ materia poſſet eē fortis caumatis duplr̓. vno mō merito ſue naturalis cōplexionis: ⁊ hoc mō colera inter oēs alios hūores obtinet pricipatū. eſt eñ ceteris calidior. pria primi. Scđo mō ratione loci. ⁊ hoc mō que ꝯtinet̄ in mēbro calidiori eſt magis incēſiua. ¶ Tertio notāduꝫ ꝙ cauſon ꝓprie ſumpta deſcriptiue eſt febris maxime incēſiua pendēs ab hūore ſupme calido ebuliēte in partibꝰ cordis: aut mēbris ſibi ꝓximis cuiꝰ tepor inter eius excreſcētias eſt occultꝰ ex qbus ſequitur cauſonē ꝓprie ſumptā eſſe colericā ſiue colera ſit naturalis ſiue nō naturalis. Cōiter āt ſumptā poſſe a flegmate ſalſo: ⁊ ab alijs hūoribꝰ notabiliter calidis pēdere: ſicut a melācolia genita per aduſtionē ſanguis. Itē per aduſtionē colere. ¶ Deſcriptio cauſonis cōiter ſumpti vt non differt a febre ſinocha eſt febris incēſiua pēdens ab humore notabiliter calido ebuliēte: ⁊ i partibꝰ cordis et in mēbris ſibi vicinis: et hoc mō ſumpta ꝯuenit ſinoche: ꝙ ſi voluerimꝰ cā a ſinocha differre addamus huic deſcriptiōi cuiꝰ tepor. inter eius excreſcētias eſt occultꝰ. Sinocha eī nō hꝫ hmōi excreſcētias ſꝫ ꝓportionē aliquā diem ſequentē ſuā formā ſpecificam: ſicut habent ceteri humores.

Ex his patet reſpōſio ad primū dubiū. Auicē. tamē fecit ſolū mētionē de cauſone pendēte a colera vel a flegmate: eo ꝙ frequētius ab his duobꝰ hūoribꝰ ꝯtingat licꝫ cōtingens a flegmate ſalſo nō ſit ꝓprie cauſon. ¶ Pro reſpōſione ad ſcđm dubiū tenēda eſt hec cōcluſio: ꝙ lꝫ cauſon nō verus poſſet ab hūore nō putrido: ſed ſolū ebuliēte abſqꝫ putredie cōtingere. cauſon tamē verus pēdet ab hūore putrido. ¶ Pria ps cōcluſiōis probatur. pōt eñ ſanguis ebulire ſine putredine et facere ſinochā nō putridā: igit̄ ⁊ colera pōt ebulire ſine putredie et facere cauſoneꝫ. tenet cōſequētia: cū colera ſit magis parata ebulitiōi ꝙ̄ ſanguis. quia calidior: ⁊ minus apta putrere: q2 ſicca: hoc etiam eſt de mēte Auer. vij. colliget. ¶ Scđa pars ꝯcluſionis ꝓbat̄: q2 cauſon verus obtinet ſupremū gradū caliditatis inter febres ex ſuperius dictis. ergo ſit tm̄ ab humore putrēte cum humor nō putrēs habeat diminutā caliditatē in cōparatione ad caliditatē ipſius putrētis. immo feb. pendens ab humore nō putrēte eſt media inter effimeras et febres putridas de mente autorū. ¶ Sed p reſponſione ad tertiū tenendū ꝙ. cauſon veriſſimꝰ obtinēs ſupremū gradū in latitudine cauſonū pēdet a materia putrente in venis totius: ſed maxie in venis cordis et ſibi proximis. In ſcđo gradu eſt que pendet a materia putrēte in venis cordis tm̄. In tertio gradu que pēdet a materia putrēte in venis proximis cordi: ſicut in venis gibbi epatis et parte vene chilis proxima cordi. nam per venas intelligo arterias. febris aūt pendēs a materia putrente in venis diſtātibus a corde non eſt dicenda cauſon. cōcluſio probatur. nam cum materia eius putret in oībus venis eſt magis apta maxime caumatizare totum corpus: minus tamen cum putret in venis cordis. deinde minus cum putret in venis proximis cordi. Sed que putret in venis diſtantibus a corde non eſt factiua tanti incendij. quapropter non eſt factiua cauſonis: ſed ſolum continue proportionalis. vtrum auteꝫ materia apoſtemās cor: aut cerebrū. aut mēbruꝫ nobile ſibi proximum poſſet facere cauſonem eſt queſtio dubia apud aliquos: ſed indubie tenenda eſt pars affirmatiua.

### ¶ De ſignis eius Ca.xlj.

**S**igna eius ſunt inſeparabilitas et occultatio tepoꝛum: et vehementia accidentium ex aſperitate lingue: ⁊ ex citrinitate eius in pꝛimis: et ex nigredine eius ſcđo. Et ex retentiōe ſudoꝛis niſi apud criſim. Et vehementia ſitis. Inquit Hypocras niſi accidat tuſſis parua accidentalis: ſedat ergo illa ſitim. Et videtur vt ſit vehementia ſitis eoꝛum pꝛopter cauſam pulmonis. ergo cum mouetur tuſſis parua humectatur: per id quod currit ad ipſuꝫ ex carne molli. Et caliditas in cauſone quidē ſcđm plurimum nō eſt ita foꝛtis in exterioꝛibus ſicut foꝛtitudo eius in interioꝛibus. Et eſt cōfractio in ea leuioꝛ quā in alijs.

¶ Hoc eſt quintū genus ſignorū. ⁊ eſt qȝ inflatio laterū et totius ventris inferioris multiplicat̄ in patientibus flegmaticam. quia calor factus debilis eſt potens ad conuertendū humores in ventoſitates et vapores groſſos et non eſt potens ad illos reſoluendum. ¶ Secūdo dicit qȝ quandoqȝ accidit cuti lateris vt ſubtilietur cum tenſione. i. propter tenſionem factam a vaporibus et ventoſitatibus. quando eñ aliquid extēditur ſcōm vnā dimenſionem opus eſt qȝ minoretur ſcōam alteram. Et nota qȝ iſte eſt quidā modus cazeſie ⁊ diſpoſitionis ad timpanitem ad quam forte adiuuat error digeſtiue ſtomachi et epatis.

¶ Color autem patientium flegmatis febrem eſt decliuis ad viriditatem et citrinitatem currentes in albedinem ita vt ſit illud quod aggregatum eſt ſicut color plūbi vſqȝ in ſtatu. Et raro quidem rubet color in eo cuius rubedo ſit rubedo ī ſtatu reliquarum febrium.

¶ Hoc eſt ſextum genus ſignorum. et eſt ꝙ color patientium flegmaticam tendit ad viriditatem ⁊ citrinitatem currentes ad albedinem quaſi color ſit mixtus ex viridi citrino et albo qui eſt ſicut color plumbi vſqȝ in ſtatum. ſ. particularem excluſiue. Secundo dicit quod raro rubet color in patiēte flegmaticam in ſtatu cuius rubedo ſit tanta quanta eſt in ſtatu. ſcȝ particulari reliquarum febrium. ſ. calidarum. ¶ Notandum quod calor tendit in viriditatem propter frigiditatem flegmatis et aliqualem mortificationem caloris innati. eſt eñ viriditas via in fuſcedinem et mortificationem caloris innati. tendit enim in citrinitatē propter aliquale incendium ſcōm aliquam partem conuertens ſanguinem ad naturam colere. Tendit enim in albedinem propter albedinem flegmatis et cutis. ſed color aggregatus ex his tribꝰ eſt color plumbeus. et hic calor eſt vſqȝ ad ſtatum particularem excluſiue. ſed in ſtatu facies aliqualiter rubet licet remiſſe.

¶ Pulſus vero eius ē pulſus paruus ſubmerſus debilis rarus in primis: deinde fit frequens in fine.

¶ Hoc ē ſeptimū

¶Hoc eſt ſeptimū genus ſignoꝝ ſumptū a pulſu et habet hec pars quatuoꝛ ꝑtes. In pꝛima ponit quaſdā differētias pulſus flegmatice. In ſcđa cōparat has differētias pulſus flegmatice ad differētias pulſus aliaꝝ fe. In tertia ꝑte ſubdit alias differētias pulſus flegmatice. In quarta ꝑte extollit hoc ſignū ſumptū a pulſu. ſcđa ibi. (Et frequentia quidē eius.) tertia ibi. (Et eſt vehemētis diuerſitatis.) quarta ibi. (Et ſignificatiōes q̇dē) In pꝛima ꝑte dicit ꝙ pulſus flegmatice ē paruus demiſſus.i.ſubmerſus debilis rarus in pꝛimis.i. in pꝛincipijs particularibꝰ que oīa ſequūtur debilitatē virtutis ſuffocate in pꝛincipijs particularibus a materia flegmatica multa groſſa viſcoſa. Eſt autem rarus nondū flegmate ꝑ putrefactionem ſufficiēter inflāmato. deinde fit freq̄ns ī fine idest in ꝓceſſu et maxime in ſtatu particulari: flegmate tunc magis per putrefactionē inflāmato et potente coꝛ magis calefacere. et tunc fit maioꝛ velocioꝛ et foꝛtioꝛ et minus ſubmerſus.

¶Et frequentia quidem eius. et eius paruitas vehementioꝛ eſt quā frequētia quartane et tertiane. et eiꝰ paruitas et vehementia frequentie eius eſt pꝛopter vehementiā paruitatis ipſius.

¶Pꝛimo facit hanc cōparationē. ſcđo reddit cauſam dicti. tertio ponit aliā cōparationē. ſcđa ibi. (Et vehemētia frequētie.) tertia ibi. (Uerum nō eſt velocioꝛ.) In ꝑma ꝑte dicit duo. pꝛimū ꝙ frequentia pulſus flegmatice eſt vehementioꝛ.i. maioꝛ quā frequētia pulſus q̄rtane et tertiane. In ſecunda parte reddens cauſam dicit ꝙ vehementia frequentie eius.ſ. pulſus flegmatice eſt ꝓpter vehementiam paruitatis ipſius vt per frequentiam reſtauret illud qđ deficit ex magnitudine.

**Dubitatur** vtrum pulſus flegmatice ſit minoꝛ pulſu melancolice. nā qđ ſit minoꝛ q̄ pulſus melācolice nō eſt dubium. Et arguitur ꝑmo ꝙ pulſus melācolice ſit minoꝛ ꝑ
Galenus. Gal. ſcđo. de criſi. ca. de quartana dicētē qđ quartana fe. in ꝑncipio ꝑxiſmi pōit pulſum in diſpoſitiōe paruitatis quā nō ſeq̄tur egritudo ꝑter eā. ergo flegmatica nō habet tātā paruitatē pulſus quātam habet quartana. ¶Itē Auer. iij. colliget cap. de quartana dicit. pulſus q̄rtane eſt paruioꝛ plus quā ſit in flegmatica.

**In contrarium** eſt Aui. in ꝑſenti ꝑte ⁊ Aliabas. viij. theorice. v. ca. vbi dicit in ſignis flegmatice fe. Eſt aūt is pulſus minoꝛ pulſu quartane. qm̄ flegma debilitat virtutē ſua frigiditate et ſua multitudine infirmat. Idem dicit Raſis. xvj. ꝯtinētis. ca. de flegmatica in fine. Dicit Gētilis quod auctoꝛes ſunt multū diſcoꝛdes in differētijs pulſuū flegmatice et quartane. nā qui iudicauerūt ꝯparationē pulſuum harū febꝛiū per rationē acquieuerūt cauſe que ſcđm eſtimationē ſuā viſa eſt potioꝛ. Qui em̄ dicūt pulſuȝ flegmatice paruioꝛē eſtimāt ꝙ multitudo flegmatis groſſities et viſcoſitas plus faciant ad paruificandū pulſum quā frigiditas melancolie ſiccitas et groſſities. ¶Ecōtra vero alij oppoſitū opinati ſunt eſtimātes frigiditatē adiutam a ſiccitate et factā actiuioꝛē per eā ſimul cum ſua groſſitie terrea plus facere ad paruitatē pulſus. tum oppꝛimendo virtutē. tum faciendo artariā inobedientē. Qui vero per expientiā iudicant poſſunt diſcoꝛdare. qꝛ exceſſus ꝑui pulſuū adinuicem multū poſſunt decipe. et euenit pulſus diuerſificari ſcđm varias ſpecies flegmatum et varias ſpecies melancolie et multa alia q̄ de facto ꝯcurrūt. Et ideo vnꝰ potuit īuenire pulſuȝ fl'atice ꝑuioꝛē. alter ecōtra pulſuȝ melācolice minoꝛem pulſu flegmatice. Et certe ſi q̇s bn̄ ſine paſſiōe ꝯſideret iudicabit nec viā ratiocinij nec viaȝ expientie eſſe ſatis ſufficientē ad certificādū veritatē in hoc dubio. Credit tamē Gētilis ꝙ oīm ꝑitate ſuppoſita quātū eſt poſſibile ꝙ ſignent̄ duo coꝛꝑa tꝑata et in tꝑe tꝑato quoꝝ vnū patiat̄ fl'aticā a fl'ate dulci. alterū patiat̄ melācoliā a melācolia naturali. Uel ſignent̄ duo coꝛꝑa vnū flegmaticū in hyeme patiēs flegmaticā a flegmate dulci. alterū melancolicū patiēs mel'icā in autūno ex melācolia naturali. patiēs fl'aticā habebit pulſuȝ minoꝛē credēs frigiditatē intēſaȝ fl'atis cū viſcoſitate plus opari ad ꝑuificandū pulſum q̄ frigiditatē mel'ie cū ſiccitate et groſſitie ſua. ¶Sed ad auctoꝛes ſentiētes cōtrariū dicit ꝙ proceſſerunt ſuo iudicio eſtimatiuo et ſcđm ꝙ inuenerūt ꝑ expientiā q̄ eis occurrerūt in q̇bus nō appꝫ eis ꝟitas. Sed ꝓ rudioꝛibꝰ ſcholaribꝰ ad tollendā ꝯtradictionē iter auctoꝛes dicit ꝙ pulſus in fl'atica ē mioꝛ intēſiue. ſed in quartana mioꝛ duratiōe. qꝛ plus durat typus et ꝑncipiū in quartana quā in flegmatica.

**In dubio autem** ſolito q̄ri an pulſus fl'atice ſit frequentioꝛ pulſu quartane fere oēs auctoꝛes cōcoꝛdāt pulſum fl'atice eſſe frequētioꝛē pulſu quartane vt ſpiſſitudine reſtauret magnitudinis defectū quē habet reſpectu quartane. Gal'. vero in terapētica ad Glauconē dicit qđ pulſus quartane tāto eſt rarioꝛ pulſu flegmatice quāto pulſus fl'atice ē rarioꝛ pulſu tertiane. hoc tamē ꝑ tactū cōpꝛehendere eſt difficile: lȝ Gal'. ſcđo de differentijs dicat hec oīa per tactū ꝯpꝛehēdi poſſe. ¶Sed certe ī dictis Gal'. videt̄ ꝯtradictio. nā in ſcđo de criſi dicit ꝙ pulſus fl'atice eſt maioꝛ q̄ pulſus q̄rtane vt apparuit ī dubio ꝑmo. In terapētica vero ad Glauconē dicit ꝙ pulſus fl'atice ē freq̄ntioꝛ pulſu q̄rtane vt appuit in dubio ſcđo. ergo falſa ē cā quā dicūt ꝙ pulſus fl'atice eſt frequētioꝛ pulſu q̄rtane vt reſtauret ꝑ frequētiā illud in quo deficit ꝑ magnitudinē. qꝛ nō deficit ī magnitudine cū ſit ꝟm Ga. maioꝛ q̄ pulſus q̄rtane. Et certe credo hanc rōnē ꝓcedere ꝯtra Ga. niſi dicat ꝙ in fl'atica ſit maioꝛ neceſſitas q̄ ī q̄rtana ꝙ nō ē rōnabile cū fl'a ſit frigidiꝰ q̄ mel'ia. Et certū ē acutioꝛē cal'itatē ſentiri ī q̄rtana q̄ ī fl'atica. Tenēdū ē itaq̧ vt exiſtimo pulſuȝ fl'atice eē mioꝛē ⁊ frequētioꝛē pulſu q̄rtane ad q̄s dr̄ias adiuuat debilitas ꝟtutiſ maioꝛ ī fl'atica q̄ in q̄rtana ceteris paribꝰ. tū ꝑꝑ debilitatē appetitꝰ ⁊ malitiā iſtimbꝛe. tū ꝑꝑ diſpōnē ad ſincopim nā debilitas ꝟtutis facit ſil' pulſuȝ ꝑuū ⁊ freq̄ntē.

**Tertio dubitatur** vtrū pulſus fl'atice ſit freq̄ntioꝛ pulſu tertiane. ⁊ videt̄ ꝙ nō ꝑ Ga. ī terapētica ad Glauconē. ⁊ ꝑ Auer. iij. colliget ī ca. de fe. fl'atica dicentē ꝙ pulſus fl'atice ē rarioꝛ pulſu tertiane in quolibȝ ſuoꝝ tēpoꝝ. Idē ſentit Raſ. xo. Almāſoꝛ. et fere oēs ī hoc ꝯcoꝛdāt. ¶Pꝛet̄ea hūoꝛ colicꝰ eſt valde calidus ponēs in coꝛde caliditatē facientē anguſtiā faciēs itēſam ſitim magnū deſideriū aeris frigidi inſtantiā vigiliaruȝ cuius caliditas eſt acutioꝛ caliditate a quocūq̧ alio hūoꝛe pendēte: Sed oppoſite diſpoſitiōes ſunt ī flegmate. ergo in feb. eiꝰ debet eē pulſus ſimul maioꝛ ⁊ freq̄ntioꝛ q̄ pulſus fl'atice nec ratio Auicē. eſt alicuiꝰ momēti cum dicit̄ ꝙ deficiente magnitudine pulſus ſit

reſtauratio ꝑ frequentiā.dicet̃ eñ primo ꝙ fit reſtauratio per velocitatē.Scđo dicet ꝙ ratio bene cōcluderet ſi calor tertiane et calor flatice eēnt eq̄ intēſi.tūc eñ pulſus q̄ eſſet minor eſſet freq̄ntior. ¶ In oppoſitū eſt Aui.di.ꝙ freq̄ntia flatice eſt vehemētior freq̄ntia tertiane.Dicit Gētilis ſuſpicādū eſt textū eē corruptū.ſed cū oēs text⁹ ſint ꝯſiles opꝫ imaginari aliā ſolōnē.dicit ergo ꝙ i ṗncipio et ꝓprie in ṗma medietate ṗncipij multotiēs euenit ꝙ pulſus eſt frequētior quā in colica ꝑꝑ ſincopim aut diſpōnē ad eā cū qua flatica frequēter incipit vt dixit Aui.Nā in ſincopi et diſpōne ad ſincopim multotiēs fit pulſus formicās cū maxima frequētia et ꝑuitate.et fit frequētia illa magna vt ſuppleat in quo deficit magnitudo et non eſt dubiū ꝙ tūc pulſus ē frequētior ꝙ̄ in tertiana in qua nō ē ſincopis.¶ Cōtra in feb.ſincopali fit pulſus rarus.Dicēdū ꝙ in feb.ſincopali hũoroſa fit pulſus rarus qñ hũor nōdū ꝑ putredinē aut digeſtionē eſt calefact⁹ et poſtea cum eſt calefactus nō fit ſincopis.q: vapores frigidi ſunt,cā eius et nō calidi.et ideo pulſus ē rarus cū nondū ſit feb.aut remiſſa.ſed in flatica cōiter euenīēte fit ſincopis:tū ꝓpter ꝯpaſſionē cordis ad os ſtōi. tum ꝑꝑ malitiā iſtimbre vaporib⁹ veniētib⁹ ad cor exiſtētib⁹ calidis.quapropter fit pulſus valde paruus et ꝯñr valde frequēs et frequētior ꝙ̄ in tertiana.hoc aūt vt dictū eſt accidit merito ſincopis.ſed nō exiſtēte ſincopi pulſus flatice ē rarior pulſu tertiane. et ſi in tertiana eēt ſincopis ſicut in ſincopali minuta pulſus eſſet frequētior ꝙ̄ in flatica cū ſincopi.Aliter poſſet dici ſcđm Gentilē ꝙ pulſus flegmatice eſt frequētior pulſu colice nō abſolute ſꝫ ꝓportionat̃ ꝑuitati q: in nulla feb.nec melācolica nec colerica tantū fit additio in frequētia ꝓpter ꝑuitatem quātum in flegmatica.

¶ Uerum non eſt velocior pulſu quartane et quandoqꝫ eſt tardior eo aut ſimilis ei in primis.

¶ In hac ꝑte dicit ꝙ pulſus flatice: lꝫ ſit frequentior pulſu q̄rtane:nō t̃n eſt velocior eo.Et ratio:q: virtus q̄ defectū magnitudis reſtaurat ꝑ velocitatem opꝫ ꝙ ſit fortis:ſed i flātica multū deficit virtus.Unde Alyabas dicit virtutem in hac feb.eſſe diſſolutā et infirmā.Et quādoqꝫ eſt tardior in primis ꝓpter paucā calefactionē.vnde fit paruus et tardus lꝫ ſit ſpiſſus.ſpiſſitudo eñ ſoboles ē deficientis ſiue imbecillis virtutis apud Ga.in ꝯmē. pulſuum.cap.de pulſu freneticoꝝ aut ſilis ei.ſ.in tarditate in primis.i.in ṗncipio ṗncipij ꝑoxiſmi nam poſtꝙ̄ non eſt velocior pulſu quartane:relinquitur ꝙ ſit tardior aut ſibi ſilis ꝑꝑ maiorem aut minorem neceſſitatē et maiorem aut minorem debilitatem virtutis.

¶ Et eſt vehementis diuerſitatis cum priuatiōe ordinis.⁊ parui ⁊ debiles ex eis ſunt in diuerſitate eius plus.

¶ In ꝑte iſta ponit alias differētias pulſus flegmatice dicēs ꝙ eſt vehemētis diuerſitatis cū ṗuatione ordinis.et parui et debiles ſunt i diuerſitate eius plus.Cauſa diuerſitatis et inordinatiōis eſt debilitas virtutis per viā ſuffocatiōis ab humore flegmatico multo groſſo et viſcoſo. Itē fortitudo pugne inter humorē et virtutē. Diuerſitas autē iſta eſt non quia vnus pulſus ſit magnus alter paruus.vn⁹ fortis alter debilis.q: omnes ſunt parui et debiles . ſed diuerſitas eſt in maiori aut minori paruitate.⁊ maiori aut minori debilitate.

Auēzoar autē dicit ꝙ pulſus in flatica nō eſt multum diuerſus.intelligendus eſt ꝙ nō eſt multū diuerſus.quia vna pulſatio ſit magna altera parua vna fortis altera debilis: ſed in latitudine paruitatis et debilitatis cadūt he diuerſitates.

¶ Et ſignificatiōes quidem pulſus ſuper eam ſunt de certioribus ſignificatiōibus.

¶ In ꝑte preſenti dicit q̄ꝺ ſignū ſumptū a pulſu ē de certioribus ſignis huius febris. ſed ad cognoſcendū has differētias pulſus exq̄ſite opꝫ cognouiſſe pulſum ſui ſani.vt dicit Raſis.xix.cōtinētis. et Gal.ſcđo de criſi.

¶ Urina autē eius in primis quidē eſt alba ſubtilis ꝓpter multitudinē opilationū frigoris:deinde fit rubea propter putredinem.et conturbatur propter malitiam digeſtionis.

¶ Hoc eſt octauū genus ſignoꝝ ſumptū ab vrina. et habet q̄tuor partes.primo ponit vrine q̄litatē apparentē in ṗncipio.ſcđo ꝓpter putrefactionē contingentē.tertio ꝓpter malitiā digerēdi.quarto ponit quādā vrine diuerſitatē et ꝑmutationē. ſcđa ibi.(Deinde fit rubea.)tertia ibi.(Et conturbatur.)quarta ibi.(Et quādoqꝫ alterat̃.) In ṗma parte dicit ꝙ a principio in flegmatica vrina eſt alba ſubtilis . Cuius cauſa eſt multa opilatio et multū frigus.vtrūqꝫ eñ.ſ.opilatio et frigus facit vrinam albam et ſubtilē albedine trāſlucēte ſola aquoſitate trāſeūte. Nam ſi trāſiret flegma ꝑmixtū cū vrina:vrina non eſſet ſubtilis:licet eſſet alba ratione flegmatis albi.ſeptia affo.cōmēto.iij. ſi ab albo flegmate.eſſet eñ tunc alba et groſſa. Et ecōtra ſtante opilatione eſſet alba.i.ꝑuia et ſubtilis.ſed poſtea aperta opilatione fit groſſa ⁊ opaca.nam ſicut ſcđm plurimū eſt eius opilatio prius ꝙ̄ eius apertio.ita prius eſt ſubtilis ⁊ ꝑuia ꝙ̄ groſſa et opaca.ſcđo dicit ꝙ fit rubea ꝓpter putredinē.i.calorem putredinalem incendentem et ignientem flegma.vnde fit in vrina rubedo quedā opaca tendēs in cinereū. vnde octauo terapē.ca. v.eiuſqꝫ rubor ē qñ humor flegmaticus qñ imoratus fuerit diutius putrefit et calefit.tertio dicit ꝙ cōturbatur ꝓpter malitiam digeſtionis.et poteſt intelligi quadrupliciter.primo quia micta corrūpitur ſtatim q̄ꝺ ſignificat malitiā ꝯmixtiōis ꝑtiū adinuicē ſequentē malam digeſtionē ſtomachi et epis.vnde mali hũores multiplicant̃.ſcđo cōturbatur.i.perdit luminoſitatē tendens in opacū. et hoc ſequit̃ malitiā digeſtionis . Unde ſcđa primi de colorib⁹:imo attinet fuſcitati ꝓpter priuationē digeſtionis.tertio poſſumus intelligere ipſam cōturbari.i.turbidari ad modū vrine aſinoꝝ. et arguit debilitatē caloris digerētis flegma cū tendētia in malignā putredinem.quarto poſſumus intelligere cōturbatur.i.inſpiſſatur.et ſignificat aliquam digeſtionē:licet diminutā. et forte aliquando malam que eſt fortaſſe via in turbulentiam.

¶ Et quādoqꝫ alterat̃ in ea diſpoſitio vno tēpore.et qñqꝫ mundificabitur ex materia groſſa et reſoluitur putridū et redibūt opilationes dealbabit̃ vna hora.et alia quando remanet intra materiam groſſam et diſpoſitionē putredinis.et aqua hora opilationū eſt alba:deinde quādo putrefit res plurima poſt illud expellit̃ ⁊ aperit opilationes rubet vſqꝫ quo veniat ſuper opilationes ꝙ opiles

nes quod opilet eas vice alia de illo eodē humore.

¶ In parte preſenti dicit Aui. ꝙ vrina in febre flegmatica nō permanet in vna diſpoſitiōe eo ꝙ in vno tēpore eſt alba ſubtilis. alio tpe eſt ruffa groſſa: ⁊ ſic multotiens in paucis dieb⁹ variatur a ſubtilitate in groſſitiē. ⁊ ecōtra. et ab albedie in rubedinē. ⁊ ecōtra. ſicut dicit Judeus ſexto cōtinētis et cām reddens dicit ꝙ qn̄q3 mundificabit̄ ex materia groſſa ſupple cum vrina. Et reſoluet̄ putridum: et tunc fiet vrina groſſa: ruffa humoribus cū vrina permixtis et redibunt opilationes. et dealbabitur ſupple et ſubtiliabit̄. vnde alia hora qn̄ ſcʒ remanet feb inter materiā groſſam opilantem et diſpoſitionem putride. ſ. cū diſpoſitione ad putridam. tunc eñ facta opilatiōe dealbabitur ſupple ⁊ ſubtiliabitur. nā qn̄ eſt opilatio eſt diſpoſitio ad putridam: et tunc dealbat̄ et ſubtiliatur. et ſic aliqua hora putride. ſ. dum diſponit̄ ad putredinē. et aliqua hora opilationis. ſ. cū eſt opilatio eſt alba ſupple et ſubtilis. deinde quando putreſit res plurima poſt illud. ſ. opilationē et expellit̄ illud. ſ. putridum cū vrina et aperiūtur opilationes rubet. ſ. vrina et ingroſſatur vſquequo veniat ſuper opilationes. i. loca opilata ꝙ opilet ea vice alia de illo eodem humore: et tunc ſupple fiet vrina ſubtilis alba.

¶ Eius vero egeſtio eſt lenis ſubtilis flegmatica.

¶ Hoc eſt nonū genus ſignorū ſumptū ab egeſtione. et eſt ꝙ eius egeſtio eſt lenis. i. mollis no dura ſubtilis. i. fluxibilis flegmatica. i. cū admixtiōe flegmatum ſubtilium aquoſorū aut groſſorū ſm flegmatum diuerſitatem. Eſt aūt fluxibilis propter indigeſtionē et paucam epatis attractionē. oppoſite cōditiones ſm plurimuʒ ſunt in colerica.

¶ Et de eis que ſignificant ꝙ feb. eſt flegmatica eſt vt ſit paroxiſmus eius decem et octo horis: et dimiſſio eius. vj. horis. ⁊ nō eſt dimiſſio eius dimiſſio munda: qm̄ materia cū groſſitudine et viſcoſitate eſt multa.

¶ Decimū genus ſignorum ſumptū a paroxiſmo. Et eſt ꝙ paroxiſmus feb. flegmatice durat. xviij. horis et dimiſſio eius eſt. vj. horis. ⁊ nō ē dimiſſio munda. qm̄ materia eſt groſſa viſcoſa ⁊ multa. vn̄ in ſex horis illius falſe quietis fit aliqua neutralitas feb. Et hic penes Gentilē conſidera quatuor miranda de flegmate. Primuʒ ꝙ citius mouetur ad putredinem quocunq3 alio humore. q: paroxiſmat quottidie. ſed colera de tertio in tertiū: melācolia de quarto in quartum. ¶ Scdo ꝙ difformi⁹ putreſit ita vt tempora cōfundant̄ qḋ accidit propter eius maiorem difformitatē et viſcoſitatem q̄ in aliquo alio humore. ¶ Tertio flegma paroxiſmans citius per putredinem finit̄ poſtq̄ putrere incipit q̄ melā: lʒ tardius q̄ colera. ¶ Quarto ꝙ minus mundat̄ corpus q̄ in reliquis febribus periodicis. et huius vltimi cauſa eſt multitudo groſſities et viſcoſitas et pauca diſtantia inter paroxiſmos eius. Sed videtur ꝙ tertium repugnet. primo ſi eñ tardius per putredinē finit̄ poſtq̄ putrere incepit q̄ colera. q: paroxiſmus ei⁹ durat. xviij. horis paroxiſmus vero colere. xij. videt̄ ꝙ magis reſiſtat cauſis putrefacientibus q̄ colera. Et ſic ſequitur ꝙ deberet moueri tardius ad paroxiſmandū q̄ colera. nō eñ pōt aſſignari cauſa cur magis reſiſtat cauſis putrefaciētibus poſtq̄ putredo incepit q̄ colera. et nō magis reſiſtat ne incipiat putrefieri q̄ colera. ea eñ que reſiſtūt putrefactioni in vtraq3 ſunt forma ſubſtantialis ꝓprietas complexio modus ſubſtantie. et certum eſt hec omnia reſiſtere quantū poſſunt ne incipiant putrefieri ⁊ ne putrefactio ꝓcedat poſtq̄ incepit cū ſint agentia naturalia. ergo ſuppoſita paritate ex ꝑte quātitatis et aliorū videtur de neceſſitate concludi ꝙ ſicut flegma tardius finitur poſtq̄ putrere incepit q̄ colera: ita tardius debeat incipe putrere q̄ ipa. Dicendū ſicut eſt veritas ꝙ flegma velocius incipit putrere q̄ colera. tamē tardius finit̄ per putredinem. quāuis oia reſiſtentia putredini incohande et ne putredo ꝓcedat ſint eadem ⁊ agētia ſemper mere naturaliter ⁊ ſm vltimū conatū. ſed hoc eſt ꝓpter diſpoſitionem flegmatis facilem ad inchoanduʒ ad putredinē ꝓpter ꝑuā reſiſtentiā ſue ꝓprietatis et econtra magnam reſiſtentiam proprietatis in colera. Sed ecōtra magna eſt reſiſtentia in flegmate ne finiatur per putredinem ꝑ modum ſue ſubſtantie groſſe et viſcoſe. et ecōtra parua reſiſtentia in colera ne finiatur per putredineʒ ꝓpter ſuam ſubſtantiam ſubtilem et priuationeʒ viſcoſitatis. Et exemplū habes in piſce et vino. citius enim valde incipit piſcis putrere q̄ vinū tamen citius vinum per putredinem finit̄ q̄ piſcis.

Cōtra. reſiſtētia flegmat ꝛ aggregata ex quatuor predictis ſemper agit mere naturaliter ⁊ ſm vltimū conatū ergo tantū reſiſtit ne putredo ꝓcedat poſtq̄ inchoauit quantū reſiſtit ne inchoet. ſed hec magis reſiſtit ne putrefactio ꝓcedat poſtq̄ incohauit q̄ tota reſiſtentia colere. ergo etiā magis reſiſtit ne inchoet putredo q̄ tota reſiſtentia colere. et ſic tardius periodicabit flegma q̄ colera. Ratio eſt apparens cū nō incipiāt periodicare periodo faciente febrem niſi putreāt. Credo ꝙ ſit hec prima cōſequētia neganda eo ꝙ difficilius eſt in flegmate velocitare putrefactionem inchoatam q̄ ipſam inchoare. Et ecōtra difficilius eſt in colera putrefactionē inchoare q̄ inchoatā velocitare. ꝙ ſi hec rn̄ſio tibi moleſta eſt: aliam inuenies.

¶ Significant ipſam etas conſuetudo et tempus: et regio et cibi: et aduentus cāruʒ antecedentium ex ſatietate nauſeatiua. et ſignificant ipſam forma predicta ex colore faciei et inflatione eius. et lenitas tactus ⁊ debilitas oris ſtomachi et caſus appetitus et quandoq3 magnificatur in ea ſplen. et ſequitur eam eructuatio acetoſa in plurib⁹ horis multotiens.

¶ Hoc eſt vndecimum genus ſignorū in quo multa cōgerūtur. ⁊ dicit ꝙ flegmatica ſignificatur per etatem. ſ. ſenij ⁊ ꝓprie decrepitatis per cōſuetudinem. ſ. alias patiendi eā. ⁊ tempus. ſ. frigidum et humidū. et regionem. ſ. frigidā et humidā. ⁊ cibos ſcʒ multiplicantes flegma. et per cauſas āntes q̄ ſunt ſigna aut cāe multiplicatiōis f'l'atis ſicut eſt nauſeatiua ſatietas maxime cum corruptione ad acetoſum et ſignificāt ipſam forma predicta ex colore faciei. ſ. plumbeo et inflatiōe eius et lenitas tactus ſequens humiditatem flegmatis et debilitas oris ſtomachi et caſus appetitus ꝓpter cauſas ſuprascriptas. Et quādoq3 magnificatur ſplē flegmate per putredinem in melancoliaʒ verſo et ſplenem implente cum ſit eius receptaculum. et ſequitur eam eructuatio acetoſa in pluribus ho-

ris.i.tempoꝛibus ipſius flegmatice in quibꝰ magis debilitatur aut coꝛrumpit̃ digeſtio ad acetoſum. hoc autem ſm̃ plurimū magis eſt in augmento et ſtatu.

¶ Signa flegmatice inſeparabilis et eſt illa que nominatur latica. Cap. xlviij.

Champerius. In pulſu huiꝰ febꝛis manifeſta eſt inoꝛdinatio: et inequalitas conſidet in paroxiſmi inuaſione: pꝛeſertiꝫ motus craſſitudo. et ipſis non eſt vehementia: neqꝫ languētes hec exurit feb. neqꝫ in denſuꝫ cogit reſpirare: neqꝫ ſufflare ſeu frigus exquirere: verum huiuſmodi febꝛ. neutiq̄ ſiticuloſe ſunt ſed vomentibus pituitoſe: et quecunqꝫ per ventrem ipis inferne exinaniunt̃ fridioꝛa: et pallidioꝛa ſūt crudioꝛa: et mag᷑ aquoſa ſeſe ferre ꝓferūt pꝛis diebus: hi neutiq̄ ſudant: neqꝫ ad perfectā a cōflagratione immunitatē perueniunt: eoꝛum coloꝛ albꝰ vꝛine albe: ⁊ tenues pꝛimis emiguntur diebus poſt tum craſſe: tuꝫ turbide.

SVnt ſicut reliqua ſigna feb. flegmatice pꝛeter eradicationem et quod ſimilatur eradicatiōi. Et apud inceptionem fiunt rigoꝛ et frigus et hoꝛripilatio. et eſt res magis ſimilis cū ethica. et fit illic rigoꝛ in. vi. hoꝛis. aut tantum ſuperaus illuꝫ qui fit in periodica. nam periodica iterum non eūatur a reſiduo: veruntamen eſt occultum non apparens.

¶ Hic ponit quatuoꝛ ſigna feb. flegmatice continue. Primū ꝙ .xj. gn̄a ſignoꝛū in pꝛecedenti ca. poſita que ſunt ſigna flegmatice īterpolate ſunt etiã ſigna flatice ꝯtinue. et nō mirū cū ambe pendeāt ab eadē materia. et nō eſt differentia niſi qꝛ in continua flegma putret ad intra venas. ſed in interpolata putret extra venas. iō ambe ī hoc differūt qꝛ in cōtinua nō eradicat̃: neqꝫ aſſimilatur fe. que eradicatur. ſed in interpolata lꝫ nō eradicetur tn̄ aſſimilat̃ febꝛi que eradicat̃. qꝛ cadunt ſex hoꝛe inter vnū paroxiſmū et aliū. in q̇bꝰ nō ē feb. ſed ſolū neutralitas febꝛis. ſed in continua ſemꝑ eſt feb. lꝫ remiſſioꝛ in ſex hoꝛis paroxiſmis ſequenti paroxiſmo: quapꝛopter nec eradicat̃ nec aſſimilat̃ feb. que eradicatur. Scd̄m ſignū eſt ꝙ exacerbatio cōtinue incipit cuꝫ rigoꝛe frigoꝛe et hoꝛripilatione. Tertiuꝫ ſignū eſt ꝙ ē multū ſimilis ethice. Quartū ſignū eſt ꝙ fit illis .i. in flegmatica cōtinua rigoꝛ. i. remiſſus caloꝛ in ſex hoꝛis ſue declinatiōis particularis. aut tantū. i. vel circa ſex hoꝛas ſuperās tamē caloꝛē remiſſum qui eſt in declinatiōe paroxiſmi periodice. nam periodica iterū nō eūatur a reſiduo caloꝛis. veruntn̄ illud reſiduū caloꝛis paroxiſmi interpolate eſt occultū nō manifeſtū ſicut in continua cū caloꝛ remiſſus in continua fit feb. ſed in īterpolata neutralitas febꝛis. ¶ Pꝛio notādum pꝛo declaratiōe ſcd̄i ſigni ꝙ hi typi. ſ. frigus rigoꝛ et hoꝛripilatio cāntur dupl'r. vno mō ex ſpaſiōe materie ſuper mēbꝛa ſenſibilia. et hi fiunt in pꝛincipijs febꝛium interpolatarū cū materia expellitur de venis puis ad membꝛa ſenſibilia. et hi ſunt ꝓpꝛie typi. ſcd̄o mō fiunt ex ſuffocatione caloꝛis innati ſub materia multa groſſa et viſcoſa. et hi fiunt in pꝛincipijs exacerbationum flegmatice continue cum materia flegmatica expellitur de venis magnis ad paruas ibidē ſuffocās caloꝛem innatū per quā ſuffocationem in extremis fit frigus rigoꝛ et hoꝛripilatio. Et hi ſunt impꝛopꝛie typi. qꝛ valde remiſſi et parum durantes. et hi typi qn̄qꝫ ſunt maioꝛes in ꝑncipijs exacerbationuꝫ pꝛincipij vniuerſalis q̄ in ꝑncipijs exacerbationum ſtatus. Aliqn̄ ecōtra ſm̄ diuerſitatem materierum que faciunt hos typos in frigiditate multitudine groſſitie et viſcoſitate ꝓpter quas aliqn̄ magis ſuffocat̃ caloꝛ in pꝛincipijs exacerbationū pꝛincipij vl'is q̄ in pꝛincipijs exacerbationum ſtatus vniuerſalis. aliqn̄ ecōtra. ¶ Scd̄o notandum pꝛo declaratione tertij ſigni ꝙ feb. latica eſt multum ſimilis ethice. tamē qꝛ caloꝛ eſt mitis ſicut in ethica et ſatis vnifoꝛmis ⁊ fit extenuatio in ea ꝓpter defectum digeſtiue ſtomachi. et niſi eſſet lenitas pulſus eſſet valde plus ſimilis ethice vt dixit Aui. ſuperius in capitulo de rebus in quarum quibuſdam differunt febꝛe putredinis ⁊c. Et ex hac cōuenientia cum ethica. Ego arguo ꝙ frigus rigoꝛ et hoꝛripilatio debeat raro accidere in pꝛincipijs exacerbationum flegmatice continue. qꝛ per hoc ſignum faciliter diſcerneretur ab ethica: cum ethica non habeat huiuſmodi typos. Et deum teſtoꝛ me raro reperiſſe hos typos in laticis. Cetera que dicit Auic. in hoc capitulo nota ſunt.

¶ Febꝛes que ſunt ſm̄ plurimū de genere flegmaticarum et ſunt quandoqꝫ ex colera et non ſunt ex eis que fiunt ex melancolia. et ſunt apꝛopꝛiate cū nominibus et iudicijs. i. habent nomina ꝓpꝛia et iudicia pꝛopꝛia. ſ. per quam nominantur cognoſcuntur et iudicantur. Cap. xlix.

HE ſunt febꝛes empialos ⁊ lipparia que ambe ſunt de ſumma febꝛiū: in quibus diuerſificātur loca caloꝛis et frigoꝛis intus et exterius ꝓpter diuerſitatem et locum eius qd̄ putreſit et quod non putreſit. Et ſunt tres diuiſiones febꝛ. appꝛopꝛiate: ſincopal' humoꝛoſa: et feb. ex ſincopi minuta ſubtilis. et feb. diuturua ⁊ nocturna.

¶ Hic determinat de quibuſdam febꝛibus ad flegmaticas reducibilibus. qꝛ vt plurimum fiunt ex flegmate: lꝫ quandoqꝫ fiant ex colera vt lipparia dicta tabaros et ſincopal' minuta. et non fiunt ex melācolia. ſ. pura: ſed aliquando ex flegmate tendente ad naturam eius vel habente eius mixtionem. ſicut Iſaac ponit de lipparia. et hoc dicit pꝛima pars rubꝛice. Pꝛimo ergo Auicē. enūerat has febꝛes. ſcd̄o exequitur. ſcd̄a ibi. (Hec feb. fit.) Dicit pꝛio he ſunt febꝛes empialos et lipparia que ambe ſunt de ſumma feb. in quibus diuerſificant̃ loca caloꝛis et frigoꝛis intus et exterius ꝓpter diuerſitatem eius quod putreſit et qd̄ nō putreſit. i. ſm̄ diuerſitatem materie putrentis et nō putrentis et ſm̄ diuerſitatē locoꝛū intrinſecoꝛū et extrinſecoꝛum in quibus cōtinentur hmōi materie putrentes et nō putrentes. Et tu adde tertiam feb. in qua interioꝛa et exterioꝛa ſimul calent ⁊ frigent ꝓpter has diuerſitates materierū et locoꝛum. et ſunt pꝛeter has tres alie diuiſiones. i. tres alie fe. ſub hac diuiſione contente ſcilꝫ. ſincopalis humoroſa ſincopalis minuta ſubtilis. et feb. diuturna et nocturna.

¶ Febꝛis in qua occultatur frigus et apparet in ea caloꝛ et eſt empialos. Cap. l.

HEc febꝛis fit ex flegmate vitreo ſed eſt compꝛehenſum in occulto et pꝛofundo quod infrigidatur vbi eſt. Verū ipſi accidit iaꝫ putredo: quare ſpargit̃ ex eo vapoꝛ eius quod cum putruit ⁊ diſpartitur inflāmatur in exterioꝛibus. ⁊ illud quod non eſt putrefactū īfrigidatur in interioꝛibus.

¶ Hec pars diuiditur in ſex partes ſcd̄m quod ſex facit capitula de his feb. partes patent in pꝛincipijs capituloꝛū. Pꝛimū capitulū diuido in duas partes. Nam in pꝛima ponit cauſam empiale et modū ꝓuentus eius ex cā ſua in. ſcd̄a ponit ſigna ſcd̄a ibi. (Signa eius.) Pꝛima in duas. nā in pꝛima facit qd̄ dictū eſt. ſcd̄o remouet du^m. ſcd̄a ibi.

Et eius

(Et ei⁹ quidē frigus.) In prima parte dicit Aui. ꝙ cā huius feb. eſt flegma vitreū cōtentū in ꝓfundo corporis occulto ſenſibus noſtris qđ infrigidatur in loco vbi cōtinetur et infrigidat locū illum ⁊ partes illi vicinas. Sed huius flegmatis aliqua ꝑs putret et a parte putrente vapores eleuati venientes exterius calefaciunt ꝑtes exteriores. ſunt eñi ſimul cū parte putrente a qua eleuātur facti calidi per putrefactionē: quare partes exteriores caleſiunt ꝑ vapores putridos ad ipſas venientes. ſꝫ ꝑtes itriſece īfrigidant̄ a ꝑte fl'atis nō putrefctā.

**Et eius quidē frigus nō appet in hmōi tēpore. qm̄ eſt quietum et aſſociatur ei ⁊ nō patitur ab eo qđ occurrit ei. poſtꝙ ergo incipit in eo putredo mouet̄ et infrigidat̄ infrigidatione: quadā quāuis non perueniat ad hoc vt cōicet toti corpori.**

¶ In parte preſenti remouet dubiū. poſſet eñi qs interrogare. quare frigus huius hūoris vitrei nō ſentiebatur in loco vbi cōtinebatur ante inchoationē huius feb. Rñdet ꝙ frigus huius humoris nō ſentiebat̄. pri° q: h̄ flegma erat quietū et erat cōſuetū mēbro in quo continebat̄. vnde in mēbro illo ꝯtinēte iā erat facta mala cōplexio equalis q̄ nō ſentitur. et etiā humor ille ſm eius ſuperficieꝫ erat calefactus quaſi fact⁹ ſimilis ſuperficiei mēbri circūdantis et ſimilia nō ſentiunt̄. Sed cū incipit putrefieri incipit moueri localr̄. et pars q̄ primo erat intrinſeca efficitur extrinſeca. et quia eſt magis frigida ꝙ̄ ꝑs extrinſeca ⁊ obuiat parti cui hic humor nō erat cōſuetus infrigidat illā partē faciens in ea malā cōplexionē diuerſam que ſentitur: nō tñ eius frigiditas eſt tante potētie vt poſſit totum corpus infrigidare ſentit̄ itaqꝫ frigiditas interius et caliditas exterius. ¶ Primo notandum circa ꝑtē pñteꝫ ꝙ auctores his terminis empialos ⁊ lipparia vario mō vtunt̄. Quidā eñi per empialos intelligunt febrē in qua ſm eandē partem ſimul ſentit̄ calor et frigus. Et hoc mō vtitur hoc vocabulo Gal. ſcđo de differētijs febriū. ⁊ in libro male cōplexionis diuerſe. et in cōmē. affo. ſeptime particule. Si feb. a col'a nō habeat̄. ⁊ Aliahas iſeptimo theorice. ca. ſexto. ⁊ Raſis. 16. cōtinētis ca. tertio. Quidā vero hoc noīe empialos vtuntur ad ſignificandū febrē in qua exteri⁹ appet frigus interius calor: ſicut ſcđo febriū. ca. de empiala. Et Ariſ. 27. ꝓblematū. ꝓblemate ſcđo. Quidā ꝟo ꝯtrario mō vtunt̄ hoc vocabulo empialos ad ſignificandū febrē in qua intus ſentit̄ frigus ⁊ exterius calor. ſicut Aui. hic. et Sera. ſexto breuiarij. Et Gentilis dicit ꝙ empialos dr̄ ab empi. qđ eſt ſupra ⁊ alos. i. aliud: quaſi vnū ſupra aliud. et ſm hoc quid noīs poſſet dici de quacunqꝫ iſtarū febriuꝫ. In qualibet eñi eſt vnū ſupra aliud. ſ. aut calor ſupra frig⁹ aut ecōtra. ſed litē de noībus omittamus. Imaginemur febrē in qua calor ſit exteri⁹ et frigus interius quocunqꝫ noīe vocetur et queramus cām eius. Iſaac imaginat̄ cām huius feb. quam ipſe lippariam appellat eſſe duplicē hūorem. ſ. flegma groſſum exñs interius nō putrēs interiora infrigidans. et colerā groſſam exterius putrenteꝫ exteriora calefacienteꝫ. et hⁱ imaginatio ſua poteſt facile defendi.

**Hic cadunt duo** dubia. Primū quis eſt locus ꝓfundus in quo flegma vitreū infrigidans cōtinetur. ⁊ que ſunt loca extrinſeca que caleſiunt. Scđm ſi interiora frigent quō hic erit febriens? Rñdet Gentilis per loca ꝓfunda occulta poſſum⁹ intelligere ſtomachum et inteſtina et partes ſibi vicinas. ⁊ etiā quoſdam muſculos intrinſecos. Item poſſumus intelligere concauitates quarundam venarum ſed per loca exteriora calida poſſumus intelligere manus et pedes ⁊ partes cutis et ſibi vicinas. ¶ Et ex his ꝑꝫ ſolutio ad dubiū an hec feb. ſit cōtinua an interpolata. Nam ſi materia putrēs cōtinetur ad intra venas febris eſt cōtinua. ſi vero extra venas eſt interpolata. ¶ Ad ſcđm dubiū reſpōdetur ꝙ lꝫ in ſtomacho et inteſtinis aut in muſculis profundis ſentiatur frigus. aut etiā in cōcauitatibus aliquarū venarū. tñ vapor putridus petit cor et ipſum inflāmat. vnde hic nō dr̄ ſentire frig⁹ in ꝓfundo. i. in corde vel circa cor. ſed ſentit frig⁹ in ſtomacho inteſtinis et in ꝑtibus dictis. Calorem vero ſentit in manibus et pedibus et partib⁹ cutaneis et in corde.

**Contra predicta** inſtatur. q: ſi loca intrinſeca ſunt frigida ergo multo magis extrinſeca cū ꝓpter frigiditatem locorū intrinſecorum caliditas debeat a membris exterioribus ad intrinſeca frigētia reuocari natura exiſtente magis ſollicita de mēbris intrinſecis nobilibus ꝙ̄ de extrinſecis ignobilib⁹. ¶ Scđo ſequeret̄ ꝙ oēs feb. pendentes ab hūoribus frigidis deberent eſſe empiale cū oēs hi hūores cū mouentur deberēt partes intrinſecas infrigidare ſicut flegma vitreū. ¶ Tertio ſequitur ꝙ in partibus intrinſecis deberet ſimul ſentiri calor ⁊ frigus. nā ſi pars flegmatis vitrei putrens interi⁹ calefacit partes exteriores: multo magis deberet calefacere partes interiores in quibus cōtinetur cū vnū quodqꝫ fortius agat in partes ꝓpinquas ꝙ̄ remotas. ¶ Preterea aut pars flegmatis vitrei nō putrens eſt potentior ad infrigidandū ꝙ̄ pars putrēs ad calefaciendū aut ecōtra. aut ſunt eque potentes. Si primū ſequit̄ ꝙ cor et partes extrinſece deberent infrigidari: et ſic nō eſſet febris. Si vero ecōtra deberet interius ſentiri calor ⁊ nō frigus. alr̄ ſimul in eadē parte intenderet̄ calor et frigus. Si vero ſint eque potentes ſequit̄ ꝙ neqꝫ calor neqꝫ frigus deberet ꝓduci aut ꝙ ſimul in eadē parte ꝓduceretur calor et frigus.

**Pro huius ſolutione** opꝫ imaginari ꝙ pars fl'atis vitrei interius exñtis putret. Altera vero eius ꝑs nō putrens eſt maior. ꝑs tñ putrēs eſt tanta et tantū per putredinē inflamatur ꝙ vapores ab ea eleuati venientes ad cor inflāmant ipm̄ et faciunt feb. Et ſimiliter veniētes ad partes extrinſecas calefaciūt ipſas. pars aūt flegmatis vitrei nō putrens que eſt maior infrigidat partes in quibus cōtinetur et ſibi vicinas. nō aūt infrigidāt cor et partes exteriores. q: vapores ab ea eleuati ſunt pauci et groſſi nō potentes ꝑuenire ad partes diſtantes. neqꝫ etiā ipſum per ſimplicē alterationem pōt infrigidare partes diſtantes. tū q: vis ſua nō tantū extendit̄. tum q: impedit̄ a vaporib⁹ putridis flegmatis vitrei putrētis. ¶ Sed ſupeſt vt rñdeamus ad rationes ſuadentes contrarium. ¶ Ad primū dr̄ cōiter ꝙ vapores calidi flegmatis vitrei putrentis ſunt potentiores ad calefaciendum partes extrinſecas ꝙ̄ fuga caloris interius ad infrigidandū. Cōtra ſequit̄ ꝙ in alijs febrib⁹ nō deberent in ꝑncipijs paroxiſmorū extrema infrigidari. ꝯñs eſt falſum. ſꝫ ꝓbatur ꝯña. q: putridi vapores petentes exteriora ſunt potentiores

ad calefaciendū exteriora ꝙ̄ fuga caloris interi⁹ ad infrigidandū. Credo ꝙ oporteat concedere in pͥncipijs paroxiſmorū feb. future empialos extrema infrigidari. ⁊ pro tūc nō eſt empialos actu. ſ; poſtea calefactis extremis ꝓpter vapores putridos tandē calefacientes extrema et interioribus exn̄tibus frigidis eſt empialos. non ſic eſt in alijs feb. q: a vaporibus multis putridis interiora caleſiūt. nec oīs hūor frigidus etiā nō putridus eſt potens ad illa infrigidandū niſi ſit vehemētis frigoris ſicut eſt fl'a vitreum et forte aliqd̄ acetoſum. ¶ Et ex his pz̄ r̄nſio ad ſcd̄m. ¶ Ad tertiū negat̄ ꝯn̄a. ⁊ ꝯn̄r dr̄ ꝙ oīe agens ceteris paribus magis agit in ꝑtes ꝓpinqs ꝙ̄ remotas. Sed hic cetera nō ſunt paria. q: ꝑs flegmatis vitrei nō putrētis īpedit calefactionē interius: nō aūt exteri⁹ cū nō ſit exterius nec ſua vis extendat̄ ad infrigidandū ꝑtes extrinſecas. ¶ Sed ad cōfirmationē cum querit̄ an ꝑs fl'atis vitrei nō putrentis eſt potentior ad infrigidandū ꝙ̄ pars putrēs ad calefaciēdum. dr̄ ꝙ eſt potētior ad infrigidandū partes intrinſecas in quibus cōtinet̄ ꝙ̄ ꝑs putrēs ad eas calefaciendū. Eſt tn̄ ꝑs putrens magis potēs ad calefaciendu; cor ⁊ ꝑtes exteriores ꝙ̄ pars nō putrēs ad īfrigidandū eas. q: vapores ei⁹ ſunt pauci et valde groſſi quib⁹ nō eſt facilis trāſitus ad lōginqua. Et ecōtra vapores fl'atis vitrei putrētis plures et ſubtiliores facilius penetrant ad partes longinquas.

Signa. Cap. ij.

Signa eius ſunt eadē que predicta ſunt: et ꝙ eius vrina eſt frig. cruda minoris caliditatis ꝙ̄ vrina aliarū ſui generis: et pulſus eius eſt rarus tardus.

¶ Primo ponit ſigna. ſcd̄o quādā huius feb. proprietatē declarat. tertio ꝯplet ſigna. ibi. ſcd̄a. (Et ipſa ſcd̄m plurimū.) tertia ibi. (Spaciū vero paroxiſmi.) In pͥa ꝑte dicit ꝙ ſigna eius ſunt ea q̄ dicta ſunt in ca. de ſignis fl'atice interpolate. et q̄ ſtatim dicta ſunt in hoc ca. ꝙ patiens hāc febrem intus frigeat: exterius caleat. Scd̄; ſignū eſt ꝙ ei⁹ vrina ſit frigida. q: alba arguens frigiditatē. cruda q: eſt forte ſubtilis ſine ypoſtaſi. Et hoꝝ cā eſt q: fl'a eſt vitreum infrigidans plus interiora ꝙ̄ in alijs flegmaticis. Tertiū ſignū eſt. q: pulſus ē tardus rarus nō q̄de; reſpectu ſui ſani. q: ſic nō febriret: ſed reſpectu patientiū alias febres.

¶ Et ipſa ſm̄ plurimū additur oī die. verū ꝓpter groſſitudinē ſue materie conuertit̄ qn̄qꝫ in q̄rtanā et tertianā. qm̄ hmōi materia in corpe eſt parua et ꝑue putrefactiōis ignea. Et paucitas quidē eſt ex cauſis elongationis periodi.

¶ In preſenti parte declarans quādā ꝓprietate; huius feb. pͥo ponit eam. ſcd̄o remouet dubium ſcd̄a ibi. (Et ꝓpterea qd̄.) In prima parte dicit ꝙ hec fe. ſm̄ plurimū paroxiſmat oī die. verū ꝓpter groſſitudinē ſue materie qn̄qꝫ de tertio in tertiu; quādoqꝫ de quarto in quartū. qm̄ materia huius feb. qn̄qꝫ eſt pauca tarde putrefactiōis ꝓpter ſuā intenſam frigiditatē groſſitiē et viſcoſitatē igneā quaſi videat̄ ignita. hz̄ eñi paruam diſpoſitione; ad putredinem. ſed putredo ſua eſt ſicut quedam ignitio violenta ⁊ paucitas quide; eius eſt cauſa elongationis. i. tardationis ſui periodi.

¶ Et ꝓpterea ꝙ paroxiſm⁹ nō redit omni die nō remanet hec feb. quin ſit fl'atica: ſed ꝓpterea eſt flegmatica. q: putredo eius eſt putredo flegmatis. et hec nō extrahit eam ab hoc qn̄ ſit fl'atica: ſed ꝓpterea ꝙ putredo eſt putredo flegmatis nō propterea ꝙ paroxiſmus nō redeat omni die.

¶ In ꝑte pn̄ti remouet dubiū poſſet quis arguere hec feb. paroxiſmat de 3° in 3m: et de 4° in 4m. ergo nō eſt fl'atica cū ꝓpͥū ſit flegmatice paroxiſmare oī die. R̄ndet Auic. ꝙ paroxiſmare de tertio in tertiū: aut de quarto in quartū nō facit hanc febrē nō eſſe fl'aticā. nā hec dr̄ flegmatica. q: pendet immediate ex putredine fl'atis. nō q: paroxiſmet oī die. Ex quo ſequit̄ ꝙ nō paroxiſmare quottidie nō extrahit eā ad h̄ vt ſit fl'atica. ſpecificatio. aūt feb. nō ſumit̄ ex mō paroxiſmandi: ſed ex natura materiei que eſt cā cōiuncta earū. ¶ Hic dicit Gētilis quoſdā arguiſſe cōtra opinionē ſuā dicente; ꝙ periodicatio ſequit̄ hūorē ex natura ſue forme ſpecifice. nā ſi ita eſt et ꝓprietas ſpecifica ſemper comitatur ſuā formā ſubſtantialē. ergo nunꝙ̄ erit periodicatio fl'atis que nō ſequat̄ ſuā ꝓprietatē et ſuā formā ſubalē. ſed periodicatio de tertio in tertiū aut de quato in quartū nō ſequit̄ ſuā ꝓprietatē neqꝫ ſuā formā ſubalē. ergo flegma nūꝙ̄ ꝑiodicabit his periodis: cuius oppoſitū dicit Auicē. ergo preter proprietatē et formā ſubſtantialē op; aſſignare cās periodicatiōis. R̄ndet Gentilis ꝙ effectus qui ſequunt̄ ꝓprietates ſpecificas et formas ſubſtātiales ſequunt̄ eas in determiata mēſura accidentiū niſi ſit ꝓhibens. Unde turbith eūat flegma a ꝓprietate. ſcamonea colerā in determiata mēſura. et tn̄ ſi extra quātitatē quā forma requirit ꝑ hac opatiōe dent̄. eūabūt ſanguinem aut ſimul cū fl'ate et colera aut ſine eis. Silr̄ magnes. ſi vngat̄ cū olo nō trahit ferrū. fl'a eñi mouet̄ quottidie ex ſua ꝓprietate cū fuerit cū hoc debite quātitatis et debiti modi ſubſtātie. Cū aūt paucificatur et ingroſſat̄ lz ex forma ſpecifica debeat̄ ſibi paroxiſmus oī die: paroxiſmās tn̄ impedietur ex his accn̄tibus. vn̄ pigritabitur et tardabit̄ motus ad tertiū vel ad quartū diē. Ex quib⁹ apparet videſ Gētilē velle proprietatē ſpecificā humoris et ꝯn̄r ſuā formā ſubſtantialē intēdere et cōcurrere tanꝙ̄ agentē ad faciendū determinatū periodum. ⁊ ꝯn̄r intendere per ſe ſui hūoris corruptionem qd̄ videt̄ oīno abſurdū. Sed de hoc ſuperius in queſtione de ꝑiodicatione dictū eſt quantū eſt opportunū. Ego aūt qui teneo periodicationē ſequi ꝓportionē potentie membroꝝ mouentiū hūores ad ſuā reſiſtentiā pono hūores reſiſtentes ſuo motui periodicationi et ſue putrefactioni ꝑ formā ſubſtātialē modū ſubſtātie ꝓprietatē ⁊ cōplexionē et ꝑꝑ maiorē ꝓportionē mēbroꝝ mouentiū ad flegma ꝙ̄ ad colerā: et ad col'am ꝙ̄ ad melācoliam fit vt flegma ſm̄ pl'm periodicet quottidie. col'a de tertio in tertiū. mel'ia d̄ quarto in quartū.

Contra. ſequitur ꝙ quanto flegma eſſet maioris quātitatis deberet tardi⁹ periodicare propter maiorē reſiſtentiā. ꝯn̄s ꝯtra Aui. hic et cōtra experientia;. Reſpondet̄ verū eſſe ꝙ quanto eſt maioris quantitatis tanto magis reſiſtit: ſed ex alia ꝑte. q: magis ſtimulat virtutē expulſiuā in cā vt virtus maiori conatu moueatur ad ipſius expulſionē: ⁊ ſic tardius periodicet. ¶ Nota ergo ꝙ paucitas materie. et difficultas putrefactionis eſt cā retardationis paroxiſmi. q: materia mouēda ad paroxiſmū

Gentilis.

habet duos

habet duos motoꝛes.ſ.naturā et eſt virtus expulſiua:que tñ nō mouet hūoꝛē niſi cū ſtimulat᷑. paucitas aūt materiei eſt.ex cauſis tarde ſtimulatiōis Alius motoꝛ eſt caloꝛ extraneus putrefaciens:et pñr localr̄ mouens materiā putrefaciendā.oē eñ qđ putrefit localr̄ moue᷑.Et qñ materia eſt groſſa parū receptibilis putredis tarde mouetur. Vñ caloꝛ putredinalis duplr̄ velocitat putrefactionē vno mō.qꝛ ſtimulat virtutem expulſiuaʒ.ſcđo mō qꝛ mouet humoꝛem qui putrefit localiter.

¶Spaciū vero paroxiſmi eius eſt ex quatuoꝛ hoꝛis vſqʒ ad.xxiiij.hoꝛas. et ſm plurimum cōſumitur ante illud. quoniam hec materia nō eſt cū illa multitudine.

¶Hoc eſt vltimū ſignū et eſt ꝙ ſpaciū paroxiſmi empialos eſt a quatuoꝛ hoꝛ vſqꝫ ad.xxiiij.hoꝛas et ſm plm cōſumitur ante.24.qm̄ materia eius.ſ. flegma vitreū lʒ ſit.groſſum.et viſcoſum ⁊ rōne huius deberet paroxiſmus ꝓlongari:nō tñ eſt multū raro eñ coꝛpus hūanū ad tantā ꝑuenit frigiditatem vt flegma vitreū poſſit multiplicari. ¶Et hic nota ꝙ ponit maioꝛē et minoꝛē terminū durationis ꝑoxiſmi empialos:lʒ poſſit alr̄ exponi ꝙ paroxiſmus empialos eſt a quatuoꝛ hoꝛis in quib⁹ lʒ nō ſit empialos ex quo extrema nō calent:eſt tñ fe.coꝛde inflāmato.Sed poſt quatuoꝛ hoꝛas vſqꝫ ad.24.pōt paroxiſmus empialos durare in quo tēpoꝛe interioꝛa frigēt ⁊ exterioꝛa calent.

¶Febris in qua occulta᷑ caliditas et appet in ea frigus et eſt lipparia ſic dicta quaſi pinguis.pingues eñ calēt iteri⁹ ⁊ frigēt exteri⁹.8ª ꝓblematū.ꝓblemate. 8°.Calēt aūt interius.qꝛ multitudine adipis faciente quandam opilationē attenuatoꝛiam ſpūalia nō bene euenta᷑.frigent aūt exterius.qꝛ pinguedo que eſt in ambitu totius eſt frigida.prima primi capitulo. de complexionibus membroꝛum. Capitulum. liij.

Hec febris ſm plurimū eſt flegmatica.⁊quandoqꝫ eſt colerica ex colera groſſa valde.

¶In hoc caplo determinans de lipparia primo premittit cās et modū ꝓuentus eius ex cauſis ſuis.ſcđo remouet dubiū ibi.(Et hʒ aliqs vt dicat.)prima in duas.nam in prima premittit cauſas.in ſcđa modū ꝓuentus eius ex cauſis ponit.ſcđa ibi.(Quō ergo eſt.)In prima parte dicit hanc feb.ſm plurimū eſſe flegmaticaʒ:et tñ qñqꝫ eſt colerica a colera valde groſſa.¶Primo notandum ſm Gentilem ꝙ oīs feb. paroxiſmalis incipiens cū frigoꝛe in aliquo tpe principij pōt dici lipparia.qꝛ priuſqꝫ extrema calefiāt ſtat in eis frigus cū interioꝛi caloꝛe.ſed de tali mō lipparie nō eſt ſermo hic.ſed de illa que in toto paroxiſmo eſt in tali diſpoſitiōe.¶Scđo notandū eſt ꝙ ſicut dictum eſt de empiala:ita dicendū eſt de lipparia. medici vario mō vtuntur hoc termino lipparia. Quidā eñ ſicut Iſaac.5.febꝛium per lippariā intelligit feb.in qua int⁹ eſt frig⁹ et caloꝛ extra. Quidam aūt ecōtra ꝑ lippariā intelligūt fe.in qua interioꝛa calent et exterioꝛa frigent ſicut Aui. in hoc caplo et Gale.tertio de ſimplici medicina diſtinctione tertia ca.3°.et in affo.quarte particule.In nō deficientibus feb.ſi quidē que extra. ⁊ in cōmē. affo.7e ꝑticule.Si feb.a colera nō habeatur.vbi appellat hāc febrē limonis vel lippariā.⁊ in cōmē.ſcđi ꝓnoſticoꝛū cōmē.quarto.¶Tertio notandū raro reperiri colerā groſſam groſſitie ad hanc feb.requiſita.flegma vero frequenter quapꝛopter hec feb.frequentius fit a flegmate ꝙ̄ a colera.

¶Quō autē eſt flegmatica:qm̄ ſtā itrinſecum quando inflāma᷑ et putrefit calefacit illū locū:qm̄ nō reſoluitur niſi quando putredo calefacit exterioꝛa coꝛpis cū ſparſione vapoꝛis ſui calefactione plurima.

¶In hac parte ponit modū ꝓuentus huius feb. ex cauſis ſuis.⁊ prio quō ꝓuenit ex flegmate.ſcđo quō ex colera.ſcđa ibi.(Modus autēʒ quo.)Pria in duas.nā in pria pte oñdit quō calefiūt interioꝛa et nō exterioꝛa.in ſcđa quō infrigida᷑t exterioꝛa.2ª ibi.(Et qñ virtus effundit᷑.)In pria parte loquens interrogatiue dicit quō hec lipparia fit a flegmate:Rñdet ꝙ fit a ſtāte qm̄ flegma exñs interius qñ inflāmatur et putrefit calefacit illum locū itrinſecū ſolum:qm̄ illud ſtā nō reſolui᷑.i.in vapoꝛes cōuerti᷑ ſupple ſufficiētes calefacere loca exterioꝛa niſi qñ putredo.i.caloꝛ putredinalis ei⁹ calefacit exterioꝛa coꝛpis cū ſpſiōe vapoꝛis ſui.i. ſpgēdo vapoꝛes ſuos ex calefactione plīma.ſ.illi⁹ flegmatis qđ putrefit iterius.quaſi dicat. opꝫ ꝙ flegma illud putrens interius calefiat calefactione pluria ad hoc vt poſſet ſpargere vapoꝛes ſuos exterius et calefacere exterioꝛa.Si aūt ipſum exiſtens interius calefiat remiſſe calefient ſolū interioꝛa et nō exterioꝛa cū nō poſſit vapoꝛes calidos ad exterioꝛa ſpargere. Primo notandū ꝙ flegma faciens lippariā eſt ſtā groſſum.erit ergo aut vitreū aut mucillaginoſum.aut foꝛte erit ponticuʒ et acetoſum factū tale ꝑ admixtionē melie aeris. ¶Scđo notandū ꝙ hoc ſtā calefacit locū intrinſecum vbi eſt.et nō infrigidat ſicut illud qđ facit empialā eo ꝙ totū aut ſm maioꝛē partē eſt factū calidum per putrefactionē.ecōtra qđ facit empialā eſt ſm maioꝛē ptē nō putridū.ꝓpterea eſt potentius ad infrigidandū locū in quo cōtine᷑ ꝑ partē nō putridā.ꝙ̄ ad calefaciendū per ꝑtem putridā. Cōtingens aūt eſt vtrunqꝫ euenire ꝓpter diuerſitatem hoīm et locoꝛū et materierū diuerſitatē in eadē ſpē ⁊ ꝓpter diuerſitatē cāꝛū agentiū. ¶Tertio notandū ꝙ flegma faciēs lippariā in duobus differt a ſtāte faciente empialā. Primū.qꝛ in lipparia totū calefit per putredinē aut maioꝛ pars eius.Ecōtra vero faciens empialā ſm maioꝛem eius partem nō putrefit et ſm minoꝛem putrefit et vtrunqꝫ poſſibile eſt in diuerſis hoībus ſm diuerſas circūſtantias de quibus ſupꝛa.Scđa differētia eſt.qꝛ putredo in ſtāte lipparie nō eſt foꝛtis et multe calefactionis vt poſſit extra mouere vapoꝛes.ecōtra in empiala illa pars parua putrēs hʒ foꝛtē caloꝛē igneum dantem vapoꝛibus motuʒ ad exterioꝛa vnde exterioꝛa caleſiunt.

¶Et quando virtus effunditur ad locum vbi eſt leſio tunc euāntur exterioꝛa a caloꝛe quare infrigidantur.

¶Iam ꝓbauit ꝙ calefactis interioꝛibus ꝯtingēs eſt exterioꝛa nō calefieri:ſed ſolum locus interioꝛ hic ꝓbat cōtingens eſſe exterioꝛa infrigidari tribus ex cauſis.quarū ſcđa incipit ibi.(Pꝛopꝛie qñ in exterioꝛib⁹.)tertia ibi.(Et iteꝝ qm̄ multotiēs) Prima cā eſt qꝛ qñ virtus.i.ſpūs qui eſt inſtrm̄ virtutis effundi᷑ ad locū vbi eſt leſio.ſ.interius tunc euāntur exterioꝛa a caloꝛe.quare infrigida᷑t per abſentiā ſpūs.qui fugit interius ad locum leſum. hec aūt frigiditas poſitiua que induci᷑ in ptibus exterioꝛibus poſtqꝫ fugit calidum interius eſt aut ab elementis frigidis aut a frigiditate cōtinuita-

tis aut forte a quibuſdam hūiditatibus frigidis que ſe intendunt ad maiorem frigiditatem.

¶Hic curat flegmatica in declinatiõe per balneũ et cibos dicens quod quando ventũ eſt ad declinationem balneum ſtomacho ieiuno confert.et forte melius aereũ quã aqueũ:cecidit tamen vſus balnei a conſuetudine:cibi autem eorum ſint ſubtiliatiui ſicut acetum ad incidendũ.et oleum apud arabes fere ſemper ponitur pro condimento omniũ ciborum:et non nocet in flegmatica.et quandoq; ponitur in eis parum muri: ideſt ſalſamenti facti cum placentis ordei cum ſale vt docet Azaranus quia fortiter exiccat ⁊ adiuuat ad materie digeſtionem.illi autem qui ſunt plurimi nutrimenti ſicut altaragi:ideſt aues parue et pulli:ſcʒ columborũ Per pullos enim abſolute intelligunt arabes pullos columborũ et alcabugi:ideſt perdicis:et his ſimilia.poſtq̃ incepit declinatio: quia indiget groſſiori dieta: et poſt digeſtionem ponantur in cibis ſuis incidentia ſicut acetum ſinapis et almuri. Et ſi flegma fuerit acetoſum malum viſcoſum:ſupple aut vitreũ conueniunt porri:⁊ aqua cicerũ ad ſubtiliandum et incidendum et abſtergẽdum: et ſunt de melioribus cibis:et quandoq; ponitur in eis ciminum anetum et oleum.prima duo ad calefaciẽdum et ſubtiliandum oleũ vero pro cõdimento. Et iterum beguerid que eſt compoſitio quedã facta ex ficla almuri et aceto et oleo abluto. Ablutio enĩ facit vt oleũ ſit magis in humiditate temperatũ ſcd̃o canõ.cap̃.de oliua ⁊ alhaguamac h.i.condita ſaracenorum:et proprie cum aceto aut ſale fit chemac de capparib⁹ ⁊ chemac de aneto ⁊ chemac de amidẽ et chemac de ſparagis. Eſt autem amiden radix herbe ex qua fit aſſa dulcis. et nos ꝑ hoc habemus chemac de caulibus et ſimilia. Et vitentur olera in q̃bus eſt infrigidatio ⁊ humectatio ſicut lactuce et ſimilia.hora cibi eſt poſt teporem paroxiſmi:aut eradicationẽ quãdo itegre eradicat ⁊ ante paroxiſmũ ad minus per quattuor horas. Et hic conſidera quod Auicenna magis ſe elõgat a principio paroxiſmi quã a fine declinationis in dãdo cibum quod ſi eſſet opus cibare bis in die naturali cibetur parum in augmento paroxiſmi. ſomnus autem ſit equalis:ideſt proportionalis vigilijs.debet enim eſſe cõmuniter ſeptem horarum vel circa et proprie in fine ſtatus vel in declinatione.⁊ balneum nocet multũ niſi poſt declinationẽ.

¶Et ſuccurratur vomitui eius quando ſuperfluit:et oportet vt adminiſtretur in illo quod ſit ſicut miua et ſyrupus de granatis cum menta ſimul cognitus. Et ſi neceſſariũ eſt fortius ſumatur de granis granatorum muzorum dragmas decem et thuris albi et maſticis amborum ana.ʒ.v.mente.ʒ.vij. decoquãtur in duabus lib.aque in qua ſint folia mente donec minuatur. Et ſuccurratur fluxui ventris eius cum ſuperfluit cum retẽtione eius cum eis que ſciuiſti de ſtipticis regimentalibus et medicinalibus. Sed eius quidem debilitatiõi ſuccurrit vt cibetur ſucceſſione pullis aſſatis ⁊ in patellis coctis:⁊ vt adhibeantur ſuffumigationes et odores viuificantes. Et ſi acciderit inflatio in facie et extremitatibus iuuãtur cum adminiſtrãtur huiuſmodi trociſci. Recipe aniſi ⁊ lacce ablute amborum ana pondus dragm̃. v. amigdalarum excorticatarum.croci. marmacor.omniũ.ana.ʒ.quattuor ſeminis apij ſeminis feniculi floris ſquinanti omnium. ana.ʒ.iij.floris eupatorij.ʒ.iij.ß.ſpice.ʒ.vj.verepigre.ʒ.vij.roſarum dragmas decem fiãt ex eis trociſci. et adminiſtrẽtur. Et fortaſſe indigebis eis que ſunt ſicut omoruſia.⁊ dyalacca.et medicamen de amigdalis amaris. Et ad longitudinem febris. Recipe roſarũ pondus dragm̃. decem maſticis et ſpice. et feniculi.et ſeminis apij.et ſemis endiuie ſucci eupatorij.⁊ ſucci abſinthij.oĩm ana.ʒ. tres ſpodij dragmas.v. fiant trociſci. Et ſit doſis ex duabus.ʒ. vſq; ad quinq; cum.ʒ. x. de gelenia bim in decoctiõis feniculi quantitate vnciarum.ij.

¶Hic docet curare quedam accidẽtia.quorum primum eſt vomitus cui quando ſuperfluit ſuccurrẽdum eſt cum miua citoniorum cum aromatib⁹ aut ſine ſcd̃m exigentiã. Item cum ſyrupo de menta in quo ponitur vinũ granatorum.et melius eſt vt ſit cum eo vinũ citoniorũ. Horum deſcriptio eſt apud Meſ.et alios ſi neceſſariũ eſt fortius cõſtrictiuũ

ſumãtur de granis granatorũ.ʒ.x.thuris albi maſti.ana.x.v.mente.ʒ.vij.decoquãtur in duabus lib. aque in qua prius fuerint infuſa folia mente donec diminuatur ad mediã. ¶ Et ſcdo ſuccurratur fluxui ventris cum ſuperfluit cũ eis que ſciuiſti de ſtipticis regimẽtalibꝰ egri. Subueniat cibãdo ipſ quãdo debilitas ſuccedit ad fluxũ ventris cũ pullis aſſatis aut in patella coctis. Sic enĩ preparati nutriunt et adhibẽtur ſuffumigationes et odores viuificantes. ſpiritus enĩ odore confortant. Quarto ſi acciderit inflatio in facie et extremitatibus q̃ diſpoſitio eſt cazeſia ſubueniat cum his trociſcis. ℞ecipe aniſi lacce ablute ana.ʒ.v.amigdalarũ excorticat.croci marmacor. ideſt meliſſe ãn.ʒ.iiij.ſe. apij feniculi.floris ſquinãti.ana.ʒ.iij.floris eupatorij.ʒ.iij.ß.ſpice.ʒ.vj.yerepigre ʒ.vij.roſ.ʒ. decem fiant trociſci ⁊ adminiſtrẽtur: et fortaſſe indigebis eis que ſunt homoruſia ⁊ dyalaca. Aperiunt enim opilationẽ et prouocant et valent in cazeſia. Hic quinto ſuccurrit longitudini feb. cuꝫ medicamine de amigdalis amaris. ℞.roſ.ʒ.iiij.maſti.ſpi.feni. ſe.apij.ſe.endiuie.ſuc.eupatorij.ſucci abſinthij ãn. ʒ.iij.ſpodij.ʒ.v.fiant trociſci doſis a.ʒ.ij.ß.vſq; ad ʒ.v.cum.ʒ.x.geleniabim in quãtitate.℥.ij.decoctionis feniculi.

**Sed dubitatur** quomodo hoc vocat medicamen de amigdalis amaris cum hic nõ ponãtur amigdale. ¶ Dicendum quod debent ſuppleri. ¶ Uel dicendũ qꝺ quãuis in ipſo nõ ſunt amigdale amare. dicitur tamen medicamen de amigdalis amaris: quia ſimilatur amigdalis amaris in apertione et prouocatione: ſicut dyacurcuma dicitur a curcuma que eſt celidonia minor: quia ſibi ſimilat in virtute: quãuis in diacurcuma nõ ingrediat curcuma.

¶ Et ameos confectum cum melle eſt magni iuuamenti in huiuſmodi loco.

¶ Et ameos confectum cum melle eſt magni iuuamenti in feb. flegmatica cum prolongatur. nã confert humiditatibus malis.

¶ Et fortaſſe indiges propter longitudinem frigoris fricatiõe. et modus in ea eſt vt incipiat ab humeris et inguinibus quãdo ſpargitur caliditas in manibus et pedibus et caleſiunt. Si autem ſenſerit ſimilitudineꝫ laſſitudinis fiat permutatio ad fricationeꝫ dorſi. et quando vehemẽs fit calefactio que neceſſaria eſt in eis. tũc dimitte eã ad aliud membrum. Et de oleis bonis eis eſt oleum dulce in quo nõ eſt ſtipticitas. et oleũ camomillinum et oleum de aneto decoctum in vaſe duplici. Cum ergo compleueris. tunc abſterge oleum aliqꝺ vt nõ anguſtiet: et nõ eſt malum ſi fricationẽ ſiccam ſequat fricatio cum oleo aliquo.

¶ Hic ſexto ſuccurrit frigori longo cum fricatione que debet incipere ab humeris et inguinibꝰ trahẽdo verſus manꝰ ⁊ pedes. et hoc in fine principij ⁊ in p̃ncipio augmenti qñ ſpargit caliditas ad extrema. Si autem ſenſerit ſimilitudinẽ laſſitudinis ſcꝫ vlceroſe dimittatur extremorũ fricatio et fricetur dorſum. Similiter quãdo per fricationẽ fit vehemens calefactio aut alicuius membri dimittat illud membrum et fricetur aliud. Et de oleis bonis cũ quibus debent inũgi partes fricate eſt oleũ dulce in quo nõ eſt ſtipticitas: qꝺ ſcꝫ nõ ſit fctm̃ ex oliuis imaturis. Itẽ oleum camomillinũ ⁊ oleum de aneto decoctũ in duplici vaſe. cum autem vnxeris fricando: abſterge oleum cum panno ne remanens in poris opilet: ad quã opilationẽ ſequatur anguſtia prohibita tranſpiratione et non eſt malum ſi fricationẽ ſiccam ſequatur fricatio cum aliquo oleo vt adiuuet ad materie reſolutionem. Innuit ergo quod aliquãdo fricetur abſq; hoc quod ſuccedat vnctio fricando iterum et tandem oleum cum quo facta eſt fricatio abſtergatur.

¶ Et de illis que ſeruãt ſtomachos eorum vt nõ debilitent ſunt vnguẽta inuncta capiti ſtomachi q̃ ſunt ſicut oleũ camomillinum et nardi. et oleũ ane. et fortius illo alnazolri et de emplaſtris iuuatiuis eſt vt decoquat camomilla cũ re pauca: maſticeꝫ decoquendo cum vino cum duplo ſui de melle.

¶ Hic ſeptimo docet prohibere debilitatẽ digeſtiue ſtomachi: et etiã ſuccurrere ei ſi acciderit. dicẽs quod oleum camomillinũ nardinum: ideſt de ſpica anetinum ori ſtomachi applicetur. et melius eſt vt cum pauco cere vnum aut plura ex his compoſita applicentur: et fortius iſtis eſt alnazolri oleum de geſemino. et aliquãdo gũmi quod reperitur in pino: ideſt reſina et eſt preſtans. Et de emplaſtris iuuatiuis eſt vt decoquant camomille. ℥.ß. ſemis maſticis.ʒ.iij.vini.℥.ij.mellis.℥.iiij. ſimul buliant vſq; ad ſpiſſitudinem et applicentur ſtomacho.

¶ Et ſi ceciderit appetitus. tunc meliꝰ eſt vt nõ adminiſtretur vinũ ſolũ: immo in quo decocta ſunt ſicut camomilla: ⁊ dactili ⁊ mellilotũ: et abſinthiũ.

¶ Hic octauo docet ſuccurrere caſui appetitꝰ. melius eſt vt nõ adminiſtretur vinũ: ſcꝫ in potu maxime ſaraceni qui non ſunt aſſueti. nam eliquando materias remollit ſtomachum: immo adminiſtret vinum in quo decocta ſunt camomilla. dactili. melilotum: et abſinthiũ ſecundũ Dynuꝫ exterius: ſed ſecundũ Gentilem via ſyrupi: et certus ſum quod vinum decoctionis abſinthij eſt preſtãs medicina ad nocumentum appetitus a cauſa frigida ſicut eſt in flegmatica

¶ Cura ſtatice cõtinue q̃ noiat latica. Cap. lviij.

Cura eius eſt cura facientis paroxiſmũ oi die. et differt ab ea: qm̃ opꝫ vt in illa ſit adminiſtratio ſubtiliantiũ calidorũ cũ facilitate. ⁊ hoc ſi fuerit ꝯtentus eis q̃ ſunt ſicut ſyrupꝰ. acetoſus. ⁊ geleniabi: ⁊ iuleb de melle ⁊ aq̃ eius. ⁊ aqua feniculi. ⁊ apij. ⁊ radicũ triũ ſine dubio cõfert. Et qñq; ꝯfert eis hriſt de aneto. ⁊ hriſt de capparibꝰ. et ꝓprie cũ veſtigijs digõnis. Et p̃parent cibi eorũ in obſeruatiõe tẽporũ et diuerſitatis eiꝰ et fortitudine virtutis ⁊ debilitates eius. p̃paratione cuius rememoratio p̃terijt. et de medicinis bonis ad eos ſunt trociſci de decẽ generibus. Et iterũ de medicinis exptis ad eos eſt illa que. ℞.roſ.ʒ.vj.ſucci liquiritie. fumiterre. ſpice. oĩm. ana.ʒ. iiij. maſticis.ʒ.iij. barabe.ʒ.iij. aniſi.ʒ.ij. preparent. Iterũ troci. eupatorij.ʒ.iiij.ro.ʒ.j. ⁊ tertiã ſpodij.ʒ.ij. ⁊ ß.

Et iterum trociſcorũ abſinthij. quorum de
ſcriptio. ℞e.aſſari.ſe.apij:aniſi. amigdalaꝝ
amaraꝝ. ſuchaa .bedeguar.ſuc. eupatorij.
ſpice.maſticis.oĩm.ana.ʒ.ij.et iterũ eupato
rij vncias.iij.roſaruꝫ.rubearũ. lib.j.ſpi. lib.
ß.ſpodij.vnc. quattuor.

¶Hic curat laticã dicensq̃ curaṫ cura flegmatice
interpolate differt tamen q: in latica calida ſubti
liantia debent eſſe remiſſiora cũ ſit in eis minor ca
liditas quã in interpolata. Et ſi fuerit ꝯtẽtus ſyru
po acetoſo mellino aut zucharino aut gelenIabin
et iuleb de melle ſcꝫ in quo eſt multum de melle et
aqua eius: ſcilicet in quo ſit aqua multa et parum
mellis eſt bonum. ſit enim ſolum ex aqua et melle
in qua cõpoſitiõe poteſt eſſe plus ⁊ minus in com
paratione ad aquã.et aqua feniculi et apij et triuꝫ
radicũ.ſcꝫ petroſelini et bruſci et ſparagi ſine du/
bio confert nõ tranſeũdo ad fortius calida quãdo
confert eis lrīſt de aneto lrīſt de capparibus ⁊ pro
prie apparente digeſtione manifeſta:quia in prin
cipio non cõueniũt.et preparẽtur cibi eorum ſecũ
dum diuerſitatem ſpecierum flegmatice vt notum
eſt. Item ſecundũ fortitudinẽ et debilitatem virtu
tis de quorum preparatione rememoratio preceſ/
ſit in capitulo precedenti. Et de medicinis bonis
ſunt trociſci de decem rebus. Et iterum de medici
nis expertis ad illos eſt illa quã ponit Auicẽna in
hoc capitulo.℞.roß.ʒ.vj.ſucci liquiritie. fumiter/
re.ſpice.ana.ʒ.iiij.maſticis.ʒ.iij.aniſi.karabe ana
ʒ.ij.terãtur et cum aliquo liquore fiant trociſci eu
patorij. Item trociſci eupatorij.ʒ.iiij.roß.ʒ.j.⁊ ter/
tiam.ſpodij.ʒ.ij.ß.et troci.abſinthij:quorũ deſcri/
ptio aſſari apij aniſi amigdalarũ amaraꝝ ſuchaa
bedeguar ſucci eupatorij ſpice maſticis omnium
ana.ʒ.ij. Et mirandũ eſt quod dicantur trociſci de
abſinthio cum in eis nõ ponatur abſinthiũ. vel q̄
debet poni abſinthiũ vel ſumãt denominationeꝫ
ab abſinthio:quia ſibi ſimilãtur in virtute ſicut et
de dyacurãna dictum fuit. Ultima deſcriptio eu/
patorij.℥.iij.ro.ru.lib.j.ſpodij.℥.iiij.fiant trociſci
cum aliquo liquore. ¶Cura flegmatice tam conti
nue quã interpolate nouẽ exigit intentiões. Pria
eſt debitum regimẽ ſex rerum non naturaliũ. Secũ
da euacuat materias cões. Tertia flebotomiam.
Quarta euacuat euacuatiõe integrata ex minora/
tione digeſtiõe et eradicatiõe materiei ſcdm exigẽ
tiam. Quinta prouocat vomitũ. Sexta ꝓuocat vri
nam. Septima ſudorem. Octaua membra. Nona
corrigit accidentia.et in horũ executiõe nõ eſt dif/
ferentia:niſi quia in flegmatica cõtinua debet die
ta eſſe magis tenuis et medicine minus calefaciẽ
tes ⁊ flebotomia magis ꝯuenit quã in ĩterpolata.
¶Prima ſcꝫ regimẽ ſex reruꝫ ſcdm plurimũ debet
declinare ad calidũ ⁊ ſiccũ niſi in ſalſa in qua ſcdꝫ
plurimũ declinat ad frigidũ ⁊ humidũ. et ſint cibi
in principio aliqualiter inciſiui et ſubtiliatiui in ꝓ
ceſſu magis:deinde cõpleta digeſtiõe et notabilr
minoratiõe ſint cum hoc aperitiui et ꝓuocantes.
vnde in principio vinũ regulariter nõ conuenit: ſꝫ
bene competit digeſta materia et minorata. omit
to proſequi reliquũ regimẽ ſex rerũ:quia manife/
ſtum eſt ex textu. ⁊ nimis prolixus eſſem ſi oĩa ſigil
latim proſequi vellem. ¶Secũda intentio cõpleṫ
cum cliſteri. vt.℞.brodij pulli lib.ß.olei.℥.iij.ſalis
ʒ.ij.mellis.℥.ij.miſce. Item cõuenit factũ ex deco/
ctione blitis mercurialis floꝝ camomille furfuris
et ſimiliũ cũ oleo melle et ſale ꝑdictis. Aliquando

cum lenſente ſumpto vt.℞.floris caß.ab.℥.j. vſq̃
ad.ʒ.x.que miſceaṫ cũ aqua paſſularũ. ¶Fleboto/
mia iuxta intẽtionẽ tertiã ꝯuenit cũ vrina fuerit ru
bea et groſſa ceteris cõſentientibꝰ. ¶Pro quarta
intentiõe facta lenitiõe ⁊ flebotomia ſi expedierit
digeraṫ materia cum oximellis ſimplicis ⁊ mellis
ro.ana.℥.j. diſtẽperatis cũ aqua zucha. aut paſſu
laruꝫ:⁊ ſi fuerit ſalſa loco oximellis ponaṫ ſyrupꝰ
acetoſus zucharinus:deinde apparẽte aliqua di/
geſtione occulta vel manifeſta dentur pillule ele/
phangine ſole aut cũ tertia parte agarici ꝑpara/
ti:aut ſi venter fuerit ſtipticus detur caſſia cum me
dulla cartami ⁊ diſtẽperetur cũ aqua decoctionis
turbith et pauci zinziberis. poſtea digeraṫ cũ oxi/
mellis cõpoſiti.℥.ß.mellis roß.℥.j.aquarũ fenicu/
li et petroſelini.ana.℥.j.ß.et ſi materia fuerit ſalſa
digeraṫ cum ſyrupo acetoſo zucharo de fumoter/
re cum aqua bugloſſe ⁊ endiuie:aut cuꝫ ſero capri
no. poſtea euacueṫ cum medicamine de turbith. et
ſi fuerit ſalſa cũ pillulis de fumoterre cũ aqua bu
gloſſe et endiuie et pauco turbith cũ modico zinzi
be. deinde digeraṫ cũ oximellis cõpoſiti.℥.ij.aqua
rum feniculi.apij.ana.℥.j.ß.euacueṫ cum medica/
mine de turbith. Aut ſi fuerit ſalſa digeraṫ mate/
ria cũ ſyrupi acetoſi ꝯpoſiti ſirupi d̃ fumoterre an̄.
℥.j.cũ ſero caprino. Deinde eũeṫ cũ pillulis de fu/
moterre et pauco turbith correcto cũ zinzib. ¶Uo
mitus autem iuxta quintã intentionẽ eſt prouocã/
dus natura tentante. primo cum lenibus: deinde
cum fortioribus magis digeſta materia de quibꝰ
dictum eſt in textu. Si vero natura non tentauerit
credo potius quod ſit omittendum. ¶Sed prouo/
catio vrine iuxta ſextã intentionẽ perficitur cuꝫ ſy
rupis et aquis digerẽtibus iam ꝑdictis. ¶Sudo/
ris autem prouocatio iuxta ſeptimã intentionẽ ꝑ/
ficitur cum aqua ordei et pauco vini ſubtilis. Iteꝫ
fumigãdo corpus pannis coopertũ cum aſperſio
ne aque ſuper lateribus calidis ex vtroq̃ latere ex
iſtentibus. ¶Mẽbra autem confortenṫ iuxta octa
uam intentionẽ cum trociſcis de abſinthio ⁊ ſimi/
libus ⁊ cum aromatico roß. dyagalãga electuario
regum et ſimilibus magis aut minus ſcdm exigen
tiam. ¶Nona intẽtio: ſcilicet correctio accidentiũ
perficitur ſcdm ipſorũ exigentiã. et de his dictum
eſt in textu quantum oportet.

¶Cura empialos et lipparie. Cap.lx.

Cura earũ ꝓpinqua eſt cure quã
diximus. ſunt et ambe aſſociate
vni vie. Et opꝫ vt incipiaṫ in pri
mis a ſyrupo acetoſo mellino et
zucharino:et precipiṫ in eis am
babus vt adminiſtreṫ rob agreſte decoctuꝫ
cũ melle et ſyrupo roſato:deinde fiat grada
tio de via ſumendi in potu ſemina et aquas
eorum. ad infuſionẽ aloes. ⁊ trociſcos de ro
ſis cũ maſtice. et pillulas de aloe. et yerãpi-
gram. et pillulas de eupatorio. Et opꝫ vt in
eis ambabus ſimul ſtomachi ſolicitudo ha
beatur et adminiſtreṫ vomitiuũ cũ aqua fa
ſeolorum et raphani et aniſi et calamenti ⁊
diuretica. Et de ſolutiuis iuuatiuis eſt illud
quod ſit ex mirabolanis nigris et citrinis ⁊
turbith et zucharo. Et de illis que cõferũt
eis iuuamentũ magnum ſunt cliſteria decli
uia ad acuitatẽ et in quibus ponuntur me-

¶Chãperius.
Pituitoſi hũo/
ris eſt ꝓpe no/
minata empia
lis febris: cũ ſi/
mul ifebricitãt:
⁊ rigẽt: ⁊ vtrũq̃
ſentiũt vno eo/
dẽq̃ tpe in oĩ
corpis pte. Nã
acuta pituita ⁊
q̃ vitreoſa diciṫ
abſq̃ febre qui
dẽ rigorẽ ĩfert.
Si ṽo quedaꝫ
tabida medio/
criter ipſis inſi
ta ſit: empialã
efficit febrẽ: ſin
plus putreſcat
precedit q̃dem
rigor: cõſequiṫ
vero febris ex/

uperata natura exceſſu caliditatis vt non appareat in exceſſu et vigore paroxiſmorum: fere etiã vitreo ſa pituita acutaꝫ participat qualitatẽ. Cura vero ꝓpemodũ vt q̃ amphemerio egrotãt magis ſecantẽ capiẽs modũ: hoc nãqꝫ obtineat peculiare.

dulla cartami et cẽtaurea minor ⁊ anetuꝫ et camomilla et aliþaſce ⁊ mellilotũ ⁊ almuri ⁊ mel. Et regimen lipparie indiget ſubtilitate plus quã regimen alterius.

¶ Sub cura harũ duarũ febriũ includitur cura tertie feb. in qua ſimul ſentit̃ calor ⁊ frigus ⁊ intus et extra: et ſine alia diuiſiõe di. ꝙ cura harũ febrium appropinquat cure flegmatice q̃ ſtatim dicta eſt. Itẽ ambe iſte due. ſ. ⁊ tertia ↄuenerũt inter ſe quo ad curã. nã materie a quib⁹ pendẽt vt plurimũ ſunt ſimiles: ⁊ ꝓ digeſtiõe ↄuenit in ꝑncip. ſyrupus acetoſus mellinus ⁊ zucharinus: ſcꝫ ſimplices: ⁊ ꝑcedente digeſtiõe ꝑcedat̃ ad ipſos cõpoſitos iuxta canones datos in p̃cedẽti cap̃. et in his febrib⁹ cõuenit rob agreſte decoctũ cũ melle ad ſtomachi cõfortationẽ et ſyrup⁹ acetoſus ſiue ſimul dẽtur ſiue ſeparẽtur. ⁊ hoc ſcd̃m diuerſas neceſſitates: deide fiat gradatio de via ſumẽdi in potu: ſcꝫ ſemĩa aperitiua et aquas. i. decoctiões eorũ q̃ dantur pro digeſtiuis et ſubtiliãtib⁹ et aperitiuis ad infuſioneꝫ aloes que dat̃ ad ꝑuocandũ iuxta dicta in p̃cedẽti cap̃. et ad trociſ. de roſis cũ maſtice q̃ dantur ad ↄfortandũ: et ad pillulas de eupatorio q̃ dant̃ ad fiuendũ aperiendũ et prouocandũ. q. d. prima materia digeratur: deinde ſoluat̃ ꝑuocet̃ ⁊ ↄfortetur ſcd̃m intẽtiones dictas in p̃cedenti cap̃. ⁊ oꝫ vt in his feb. habeat̃ ſollicitudo ſtomachi ne debilitet̃ ſicut habẽda eſt in oĩbus feb. flegmaticis. Itẽ adminiſtret̃ vomitus cũ decoctiõe faſcolorũ raphani aneti calamẽti maxĩe ſtomacho nauſeãte: ⁊ diuretica etiã adminiſtrent̃ ad euacuanduꝫ per vrinã. Et de ſolutiuis iuuatiuis eſt q̃ fiũt ex mirabolãis nigris et citrinis turbith ⁊ zucharo: ſcꝫ puluere facto. nam ſi colera peccat cũ flegmate miſceãtur citrini cũ turbith. ſi vero melãcolia miſceãtur nigri cũ turbith. Si aũt hi tres hũores ſint in cã hec tria ſil' miſceant̃. De cliſterib⁹ aũt ↄferẽtib⁹ ſunt illa que declinãt ad acuitatẽ ꝑpter flegma groſſum. ℞. medulle cartami centauree minoris aneti camomille alaſce: ideſt ebuli melliloti ana bulliant in ſufficienti quãtitate aque de qua accipiatur lib. ſ. almuri. ℥. ſ. mellis. ℥. ij. miſce. Ultimo di. quod regimen lipparie indiget ſubtilitate plus quã regimẽ empialos. quia in lipparia cum ſit calor intus nõ audemus vti calidis ſubtiliãtibus ſicut in empialos. Uel indiget ſubtilitate plus: q꞉ cũ poſſet fieri ex colera: ſcꝫ illa que dicit tabaros poſſet fieri error ſi curet̃ cura flegmatice: immo opꝫ vt curet̃ cura tertiane note. ¶ Cura harũ quãdo pendet a flegmate exigit intentiones illas que dicte ſunt in cura flegmatice eodẽ modo perficiendas. Quãdo vero lipparia dependet a colera groſſa curetur cura tertiane note.

## ¶ Cura feb. cum ſincopi ⁊ humoroſa. Cap̃. lx.

Hec feb. eſt difficilis cure: et modus in curatione eius eſt euacuatio gradata ex ſubtili ad fortem: et proprie quando natura non reſpondet ex ſe. tunc enim cliſteribus munda quod eſt in inteſtinis et venis propinquis eis ex ſuperfluitate: et adminiſtra in reſiduo ſubtiliationẽ cũ fricatiõe.

¶ Primo ponit curã eius q̃n pẽdet a fl'ate. ſcd̃o q̃n a colera. ſcd̃a ibi (Quod ſi fuerit). Prima in duas primo in gñali curam ponit. ſcd̃o in ſpeciali. ſcd̃a ibi (Et Gale.) In prima parte dicit ꝙ hec feb. eſt difficilis cure. ⁊ modus curationis eſt euacuatio gradata ex leni ad fortẽ ⁊ proprie q̃n vẽter nõ ẽ lenis. tunc eni cũ cliſteri euacues qd̃ eſt in iteſtinis ⁊ in venis meſeraicis terminatis ad inteſtina. incipiẽdo a lenioribus ⁊ gradatim ꝑcedẽdo ad fortiora. ⁊ reſiduo corporis admiſtra fricationẽ, ſubtiliãtẽ materiam cõtentam in ea vt ſubtilietur ⁊ pro parte ſoluat̃ q̃ fricatio ſimiliter debet eſſe gradata ꝑcedẽs de ſubtili ad fortẽ. ¶ Notandũ ꝙ licet Aui. in hoc capitulo nõ manifeſte exprimat ſolutiuũ exhibendum tamẽ ipſum nõ negat: aliq̃n vero auctores ipſum exhibẽt ſicut Ra. xvj. cõti. cap. de cura feb. ſincopa. ⁊ ſimiliter Alexander in hoc cap̃. ꝑpterea lꝫ Aui. hoc nõ exprimat poſſumus tñ dicere ꝙ ipſuꝫ ſubintelligit volẽs gradatim euacuationẽ fieri nõ ſolũ cũ cliſteribus: ſed etiã cũ ſolutiuis exhibitis. incipiẽdo cum cliſterib⁹ q̃ leniora ſunt minus agitãda. ⁊ forte nõ expreſſit ſolutiua fore exhibenda: q꞉ noluit eſſe cõtrarius Galeno qui ſolutiua prohibet exhiberi.

¶ Et galenus quidem dixit quod deficit ab euacuatione plurimũ eorum niſi cum fricatione: et melior modorũ in fricatione eorum eſt vt incipiat a coxis et cruribus deſcẽdendo a ſuperiori ad inferius: ⁊ adminiſtretur illud cum mantilli aſpero abradente cutem. deinde permutetur ad manus deſcendendo ab humero ad ſpatulã ita vt igneatur cutis deinde ad dorſum et pectus: deinde redeat ad crura et reuertatur ad ordineꝫ primũ. Et ponatur medietas temporis eorum fricationi: et medietas temporis eoruꝫ dormitioni, ſi poſſibile eſt.

¶ In hac parte curat hanc febreꝫ fere in omnibus ſequens Galenu' duodecimo terapẽtice. et habet tot p̃tes quot ponit canones. Primus canõ. ſcd̃m Gale. ſcd̃m p̃m dimittẽda eſt euacuatio ⁊ procedendum eſt cũ fricatiõe q̃ oꝫ fieri cũ mãtili. i. pãno aſp̃o abradẽte cutim incipiendo fricare coxas et crura trahendo a ſuperiori ad inferius. ſ. a coxis ⁊ anchis vſqꝫ ad pedes: deĩde fricetur manus. ſ. magna incipiẽdo ab humeris ⁊ ſpatulis vſqꝫ ad manus paruas ita vt cutis igneatur: deĩde redeat ad crura procedendo ordinate ad reliqua membra ſicut dictum eſt et ponatur medietas temporis fricationi: et medietas dormitioni eorum ſi poſſibile eſt.

**Dubitatur** vtrum patientibus ſincopalem humoroſam ſit exhibẽdũ ſolutiuum et videtur ꝙ ſic per Raſim decimoſexto continentis. vbi autoritate Alexãdri concedit ſolutiuum. dicit enim. da ſolutiuum ad minorandum flegma vt non aggrauet virtutem quam ſi videris roborari ſuper reſiduum: bonum. ſi vero non: da ei ſolutiuum. Et confirmatur. non enim videtur veriſimiliter tantam molem flegmatis tam groſſi ⁊ viſcoſi poſſe ſine euacuatione notabiliter minorari. ¶ In contrarium eſt Galenus duodecimo terapentice dicens qualiter ergo ad hoc ſaluati indigentes quidem euacuatione: non facientes autem euacuantia auxilia nullã aliam inueni in eis euacuationem niſi per fricationem. Et Auicenna magis in p̃te p̃cedẽti adheret Ga. vt pꝫ. Et cõfirmat̃. nã iſti humores faciẽt ſincopim quieſcẽtes aut ſaltem cum mouentur. ergo multo magis commoti a farmaco forti aut debili.

Pro ſolutione ad hanc dubitationē
dicendum ꝙ patiētes
hanc fe. repiunt in duplici diſpoſitiōe. Quidam
enī patiunt hanc febrē a materia cruda nullo mo
do ſuſceptiua digeſtiōis. et hi habēt colorē plum
beū tendentem in fuſcū oculos cōcauos et virtutē
debilē. nō enī nutriūtur niſi diminute. habēt enim
parum de ſanguine malignato ab hoc maligno
flegmate ſecū permixto et in iſtis nō eſt ſpes ſalu
tis. Quidā vero licet habeāt colorē plumbeū ha/
bent tamē aliū tendentē aliqualiter ad rubedinē:
nec habēt oculos cōcauos. habētq; virtutē ſatis
fortē: et in iſtis ē ſpes ſalutis. ¶ Hoc ꝑmiſſo dicen
dum ꝑmo ꝙ nō eſt bonū ponere cōcordiam inter
iſtos q̄ a ꝓpoſito volūt eſſe diſcordes: ſicut Alexā
der cū Gal. ¶ Sed dicendū vnūquēq; iſtoꝝ viroꝝ
ꝓceſſiſſe ſuo iudicio eſtimatiuo. Voluit enī Gal.
vt credo primos in q̄bus non eſt ſpes ſalutis eſſe
dimittēdos pronoſticis. Sed q̄s tamē vult aliq̄d
tentare melius eſt vt nō tentet remediū: ꝓpter qđ
manifeſte moriat̄ ſicut farmacū. nā dum incipiet
humores agitare ipſi cōmoti euaporātes vel fluē
tes ad cor faciūt ſincopim irrecupabilē: qđ nō erit
abſq; medici magna calūnia quātūcūq; ꝑmiſerit
ꝓnoſticū. Sed ſi fiant fricatiōes dato qđ morian
tur nō ita cito morient̄: imo fricatio releuat ipſos
aliquādo a profunditate ſincopis et nō eſt reme/
diū ita notatum ſicut ſolutiuū: et in poteſtate tua
eſt dimittere fricationes quādo volueris: ſed non
eſt in poteſtate tua ita impedire operationem ſo
lutiui. Ecōtra vero Alexāder eſtimat fricationes
nō eſſe remediū alicuius efficacie qua poſſet ſal/
uari ſicut eſſet ſolutiuū. Sed in ſecūdis dicit Ga.
procedendū eſſe cū fricatione: donec materia ſit ꝑ
fricationē calefacientē et ſubtiliantē aliqualiter
digeſta. et donec ſedet̄ ſincopis ſequēs frigidita/
tem vapoꝝ venientiū ad cor conſueta accidere in
principijs paroxiſmoꝝ. et poſt illud ꝓcedendum
eſſe cū ſolutiuis timēs de materia in ꝑncipio cru
da per farmacū agitata ne faciat ſincopim irrecu
perabilē cū etiā materia quieſcēte accidat ſinco/
pis. Econtra Alexāder vult qđ cū virtꝰ eſt adhuc
fortis potēs tolerare agitationē et euacuationē
materie ſit exhibendū ſolutiuū timēs ſi differatur
ne virtus ex ꝓceſſu egritudinis ſuccūbat aut ante
exhibitionē farmaci aut in ipſa ſolutione et agi/
tatione. et certe vt bene dicit Gen. neutra partiū
poteſt bene alteri cōcludere: neq; etiā experiētijs
et ſucceſſibus proſperis aut aduerſis poſſet huiꝰ
rei veritas iueniri. tum quia feb. he ſincopales ra
ro accidūt. et etiā quia ſcđm vtrāq; intentionem
operando res aliquando bene ſuccedit aliquādo
male. Ego enī vſq; ad ānū ſexageſimū ſcđm etatis
mee nō inueni niſi quatuor feb. ſincopales humo
roſas quarum habeam memoriā. vnam in quadā
ſene cū eſſet exhibitum ſolutiuū ſincopizauit ⁊ fe
re cum ſolutiuo mortua eſt. Sed deinceps nobis
nō audientibus ſolutiuū ꝑcepimus fricatiōes et
in quarta die poſt diem ſolutiui mortua eſt. Reliq̄
tres iuuenes euaſerūt in quorum vno ſuperuenit
fluxus ventris. et quāuis paſſus fuerit frequētes
ſincopes cum magna triū virtutum debilitate vt
fere omnes deſperarent de eo tandem euaſit. In
alio ſuperuenit ſudor et cum eo tandem ſanatus
eſt. In quadam alia nobili veneta nō fuit proceſ/
ſum niſi cum cliſteribus et fricationibus per ali/
quos dies. et poſtea deficiente ſincopi proceſſum
eſt cū ſolutiuis et euaſit. Ego aūt potiꝰ credo quo
uſq; durat ſincopis procedendum eſſe cum cliſte/
ribus: que tamen fiant in declinatione paroxiſmi
quando non ſit ſincopis quā cum ſolutiuis. Sed
poſtea ceſſante ſincopi veniendū eſt ad ſolutiuū.
tu vero fac vt libet. Et ſi vis dare ſolutiuum fac vt
operet̄ in maiori quiete quando non eſt ſincopis.
ſincopis enim accidit ſcđm plurimū a principio
paroxiſmi vſq; ad mediū augmenti. Sed eſto me/
mor qđ non ſurgant ad aſſellam: licet aſſellent ia
centes ſiue ſponte aſſellent ſiue cum cliſteribꝰ vel
ſolutiis. Ratiōes autē facte in principio ꝓ vtraq;
parte facile ſoluuntur. Fricationes autem quāte
debeant et qua hora dicetur quādo ordinabo cu
ram. Non enim credendum eſt ſicut ſonat textus
qđ per medietatem temporis debeant fricari: per
aliam dormire. primum enim non eſt tolerabile
ſecundum. ſ. ſomnus. xij. horarum nō eſt cōueniēs
et forte non eſt poſſibile: ſed vtrūq; debet eſſe ꝓli/
xum vt per ſomnū vacetur digeſtioni et reſolutio/
ni. ideo Aui. dixit. ſi eſt poſſibile.

¶ Et ad ſummū canō. curationis eorum
eſt ſubtiliatio nō calefactio valde. ⁊ de illis
que conferūt illis ſunt ſubtiliantia ſicut aq̄
mellis cū virtute iſopi ⁊ ſeminis apij in ma
tutinis et ſimilibus eis. Qđ ſi fuerit illic flu
xus ventris ſupfluus decoq̄ mel decoctio/
ne vehemētiori et non ſoluet niſi parū tem
peratum iuuatiuum.

¶ Hic aſſumit reliquos canoñ. euacuatiōis. quo/
rum primus. debemus ſubtiliare materiam non
calefaciendo valde ne per calefactionem magnā
liquefacta materia fluat et dilatetur aut ne reſo/
lutis partibus ſubtilibus ingroſſetur. Et de con/
ferentibus eſt aqua mellis in qua ſit decoctus iſo
pus et ſemen apij aut ſibi ſimilia exhibita in ma/
tutinis: aut aliter exhibita horis ſibi ſimilibus ſi/
cut ante etiam Qđ ſi fuerit fluxus vētris ſupfluus
decoque mel ſiue detur via cibi: ſiue via medicine
decoctione vehementiori et non ſoluat niſi parū
iuuatiuum. i. quod ſolueret parum iuuabit. ¶ Pro
quo ſciendum quod mel non coctum eſt ſolutiuū
ſua virtute acuta abſterſiua et parte ventoſabili.
ſi autem decoquatur cum aqua donec abijciatur
ſpuma minus ſoluit. Si autem poſt abiectionem
ſpume adhuc magis decoquatur efficitur adhuc
minus ſolutiuum: partibus de quibus ſupra ad/
huc magis reſolutis. et de hoc eſt ſermo in par/
te preſenti.

¶ Et ſirupus acetoſus mellinus iterū cō
fert eis in eſtate quidem et cū conſuetudi/
ne potus aque frigide permixtus cum aq̄
frigida. Et in hyeme oportet vt non ſumat
eam penitus in potu. et ſit cōtentꝰ aqua ca
lida: et aſſumere calidū ex potibus eſt me/
lius eis niſi apud neceſſitatē eſtus eſtatis
et vehementia caloris plurimi. et cōueniē/
tius que potantur ad ſitim eſt ſirupus ace
toſus mellinus.

¶ Hic ponit tertiū canoñ. d. ꝙ oximel ſimplex per
mixtū cum aqua frigida conſuetis potare aquam
frigidā in eſtate: ſed in hyeme et in incōſuetis po
tare aquā frigidā detur ſolum permixtū cū aqua
calida ⁊ in ſummo aſſumere potus calidos ē me/
lius in eis niſi ī eſtate valde calida. et quādo adeſ

ſet plurimus calor ſiue a cauſa extrinſeca ſiue intrinſeca. et hoc ꝓpter groſſitiē et frigiditatē flegmatis ne per potus frigidos incrudet̃ et ingroſſetur. vnde ſubdit ꝙ cōuenientius que potantur ad ſitim eſt ſirupus acetoſus mellinus. magis eñ cōfert quā zucharinus cum magis abſtergat ſubtiliet et calefaciat.

¶ Et vinū confert eis in principio et proprie ſi fuerint febres eoꝝ ſanguinee: ſed parum ſunt et proprie in ſenibus ꝛ neceſſariū eſt eis vinum poſt cibum.

¶ Hic eſt quartus canon. qđ vinū confert patientibus hāc feb. in principio rei. i. feb. pricipio tam vniuerſali quaꝫ particulari. vel aliter in pncipio rei. i. ſincopis anteꝗ̃ compleat̃. et ſi feb. eorū fuerint ſāguinee. i. a ſ̃ſ̃ate ſanguini ꝑmixto ꝛ nō multū diſtāte a natura ſanguis. Sed parū iſte fe. ſunt ſanguinee: et proprie in ſenibus concedit̃ vinum. ꝛ neceſſariū eſt eis vinū nō ſolum in cibo: ſed etiā poſt cibum.

**Contra. in** principio materia eſt indigeſta. ergo nō competit vinuꝫ. tenet ꝯña ex determinatis ſuperius. ꝯpetit. eñ vinum materia iā aliqualiter digeſta. ¶ Scđo quō ſi feb. ſint ſanguinee ꝯpetit vinū. cū tūc materia ſit calidior et feb. vehemētior: imo magis cōpetit cū flegma ē magis frigidū. ¶ Tertio quō poſt cibum ꝯpetit vinū cū ſit ꝯtra vſum oīm practicantium. licet cōcedāt vinū tēpore cibatiōis: nō tñ cōcedūt iter cibatiōes. Gen. ſuſpicat̃ trāſlatorē errasse q: Auicen. inſequit̃ Ga. in cura hui⁹ feb. tex. autē Ga. xij. terapeū. eſt iſte. His aquoſum vinuꝫ cōfeſtim a principio dandū eſt niſi vehemēter febricitēt qđ nō vehemēter aqua cōpetit ſcđm predictam diſpoſitionē. adhuc aūt magis ſi ſenē contingeret eē. Et ſi bñ ꝯſideres textū Auic. correſ̃pōdēs deberet dicere ſi nō fuerint eorum feb. ſanguinee.

**Pro horum** ſolutiōe dicēdū vt arbitror qđ vinū in hac febre ꝯcedi pōt intelligi ex duplici cauſa: aut ratiōe ſincopis aut ratiōe feb. et cauſe eius. ſi quidē primo modo dicendū qđ quacūꝗ hora timuerimus ſincopim aut voluerimus egrū a ſincopi releuare vinū dandum ē aquoſum: aut q: aque notabiliter ꝑmixtuꝫ ſi vinoſum fuerit et debet eſſe ſubtile boni odoris aut aquoſum: q: albū ſubtile pauciferū in colore fere aque ſimile. et hoc vinū maxime ꝯcedit̃ ſenibus: ſed magis vinoſum quā iuuenibus ꝛ cū paucior aꝗ̃ etiā poſt cibū ꝯcedit̃ eis: ſiue vt ſit potus delatiu⁹: ſiue timore ſincopis: ſed ratiōe feb. et cāe eius ꝯcedit̃ vinū ad calefaciendū ſubtiliandū et digerendū materiā flegmaticā et ad reſtaurāduꝫ humidū et ſpūs qui a febre reſoluūtur. et ratione huius vinū nō ꝯpetit in principio regulariter: ſed ſolū apparēte digeſtione. et citius in maiori quātitate ꝯuenit ſenib⁹ ꝙ̃ alijs cū ſint debiliores ꝛ magis fridi indigētes maiori reſtauratiōe et his ꝓpriemītū: imo aſſuetis ꝯpetit vinū poſt cibū: ſiue ſit pot⁹ delatiu⁹: ſiue ratiōe ꝟtutis. Sed ꝙ magis ꝯpetat ſi fuerint feb. ſanguinee mihi vr̃ difficile. lꝫ Gen. dicat ꝙ harū febriū ſanguinearuꝫ materia ē minus cruda ꝛ magis ſuſceptiua ꝯplemēti digeſtionis ꝙ̃ ſ̃ſ̃a nō ſanguineū. et ratiōe hui⁹ in ſ̃ſ̃ate ſanguineo vinū liberi⁹ cōcedit̃ et citius concedit̃ a principio ꝛ certe magis credo litterā negatiuaꝫ eſſe debere. tum ꝓpter textū Ga. tum q: patiētes hanc a ſ̃ſ̃ate nō ſanguineo ſunt min⁹ apti nutriri et facilius ſincopim incurrūt a qua difficilius relēuātur. Item q: min⁹ habēt de ſanguine ꝛ ſpiritibus quoꝝ veloci reſtauratiōe indigēt. hec aūt velox reſtauratio maxīe fit a vino. Et ex his facilis eſt reſponſio ad rationes ante oppoſitum.

¶ Et tibi quidē neceſſariū eſt vt cōſideres pulſum habentiū hanc egritudinē ſemper et cū videris eū incipere debilitari et cadere ſubito: ciba cum pane infuſo in vino cōmixto ſi non ꝓhibet apoſtema in viſcerib⁹. Cū ergo aſſociatur ei hmōi egritudo non eſt curationi modus neꝗ fiducie locus. ſ. quando accidit hmōi alteratio in pulſu. et hec quideꝫ cibatio eſt ex eis que neceſſaria ſunt quando vehemens ſit ſincopis. verum oportet vt prohibeatur illud. Cibus auteꝫ ſuper quem ſit dormitio eſt aqua ordei ſuꝑ quam nō addatur niſi cum cadit virtus. et ſi additur tūc ſit panis infuſus in iuleb aut aqua mellis.

¶ Hic ē q̄nt⁹ canō. ꝙ ē neceſſariū vt obſerues pulſum ī hac egritudīe et cū videris eū icipe debilitari ꝛ cadere ſubito ciba cū pane īfuſo ī vino limpbato: ſed nō ꝓhibꝫ apā itrīſecū. ſcđo dicit ꝙ cū feb. ſincopali aſſociat̃ apā nō eſt modus curationis quo. ſ. ꝑducat̃ ad ſalutē nec fiducie loc⁹. ꝛ maxime q̄ñ accidit hec alteratio ī pulſu. ſ. debilitas cū caſu ei⁹: tertio dicit ꝙ hec cibatio. ſ. ex pane īfuſo ī vino ē neceſſaria q̄ñ ſit vehemēs ſincopis. veꝝ oꝫ vt ꝓhibeat̃ illud. ſ. ſincopis: ne veniat: vel ꝓhibeat̃ illđ. ſ. apā. q̄rto ꝙ cib⁹ ſuꝑ quē dormiet ē aꝗ̃ ordei. ſ. ptiſana: ſuꝑ quē cibū nō addit̃ niſi cū ē timor caſ⁹ ꝟtutis. ꝛ ſi addat̃ nō timēdo caſū ꝟtutis ē panis īfuſus ī iuleb aut in aꝗ̃ mellis q̄ ē pluris nutrimēti ꝙ̃ ptiſana ordeacea. Sꝫ ſi timeret̃ caſ⁹ ꝟtutis daret̃ panis īfuſus ī vīo ſicut dc̄m ē. ¶ Notādū ꝙ ratiōe ſincopis dat cibū magis ꝛ veloci⁹ reſtaurātē ꝙ̃ ratiōe fe. et ſuꝑ cibo q̄ dat̃ ratiōe ſincopis nō cōcedit ſomnū: q: patiētes ꝑcipiūt̃ vigilare ꝛ dimittere locutionē. xj. tertij. Sꝫ ſuꝑ cibo q̄ dat̃ ratiōe fe. et cā ei⁹ deberet dormire ꝛ nō ē tāti neꝗ ita velocis nutrimēti reſpectu quātitatis ſue quāuis abſolute debeat eſſe pluris nutrimenti.

**Dubitatur** vtrum in cura ſincopalis humoroſe medicus debeat eſſe contentus fricationibus et dieta tenui. ſ. ptiſana ordeacea et pane infuſo in iuleb vel aqua mellis vſꝗ ad plures dies. videt̃ ꝙ ſic. per Gal. et Auic. Item quia cibatio auget materiā. vt ſupra dixit.

¶ In contrariū eſt Alexāder in ca. de feb. ſincopali cū plenitudine. vbi ꝯtra Gal. per intentionē dicit. Neſcio quid paſſus ſit Gal. q̄ ſic ordinauit ꝛc. et dicit rem male ſibi ſucceſſiſſe cū tali modo curationis nec potuiſſe hoīem a morte euadere cū tali modo curationis. ideo nō videt̃ qđ virt⁹ poſſit eē tam fortis q̄ imēſuratas fricatiōes ſuſtineat ſine cibo. Ideo ſuadet moderatius oportere fricari ꝙ̃ Ga. precipiat et nō ita tenuiter dietari. ¶ Dicendum flegma faciens hmōi feb. eſſe duplex. qđdaꝫ malignū ineptū tēpore neceſſitatis in ſanguineꝫ cōuerti neꝗ nutrire. qđdā minus malignū aptuꝫ in ſanguinē cōuerti tēpore abſtinētie. et cōſequēter aptū nutrire. In primo caſu dieta nō debet eē multū tenuis. imo opus eſt exhibere aquā carnis et ſimilia: ne virtus in paruo tēpore deficiat. et in hoc Alexāder bene ſentit. Sed in ſcđo caſu debet eſſe tenuis ſicut ꝑcipit Auicē. ꝛ Gal. vt natura nō

occupata

Alexande ꝯ Galem

occupata conuertens ſe ad hoc flegma ipſum in ſanguinē ꝯuertat deficiēte cibo.et i hoc bene ſentit Auicen̄.et Gal̄. Fricatiōes aūt quāte debeant eſſe oſtendetur quando ordinabo curam. licet de hoc in parte dictum ſit.

¶Et balneū quidem eſt de rebus nocibilioribus iſtis ⁊ cal̄m et frigidū valde ex aere.cū calido em̄ non fit ſecuritas de curſu humorū ad pulmonē et ad cor et ad cerebrum.et frigidū prohibet digeſtionē eius et addit in opilationem eius.

¶Sextus canon.qđ balneū aereum. tu ſupple et igneum eſt ex rebus maxime nocentibus.calidum enim liq̄facit materias et ad pulmonē cor et cerebrum fluere facit. frigidum vero prohibet digeſtionem humoris et opilat.

¶Qđ ſi fuerit in ea humor colericus aliquis tunc ſi facilis eſt vomitus et leniatur eſt iuuatiuus valde et ad vltimū melius eſt vt aſſidue proficiat in ea.

¶Hic ponit curā feb.ſincopalis a plenitudine colere.d.ꝙ ſi facilis eſt vomitus natura tentāte adiuuetur.et ſimiliter cōfert facilis ventris lenitio. ¶Sed in ſumma melius eſt vt aſſidue ꝓficiat.in ea minorando materiā nūc cū vomitu natura tentante nūc leniendo ventrē cū cliſteribus aut ſolutiuis lenibus nō agitātibus materiā: nunc cū fricationib⁹ que debēt eſſe leuiores quā in ſincopali flegmatica. ¶Cura eius exigit intentiones ſup⁹ poſitas.in hac habende ſunt intētiōes de quibus ſupius in feb.flegmatica. ¶Quātū ad primā intentionē dieta debet eſſe magis tenuis: q: ipa nō eſt acutior ⁊ pendet a multa materia:de qua timemus velocē mortem.vnde vſq; ad ſeptimū:in quo tēpore eſt maior timor:quā in tempore ſequēti:q: materia eſt magis cruda: ſufficit ptiſana ordeacea:ſed tempore noſtro in brodio pulli aut panis infuſus in iuleb aut aqua mellis: vinū nō competit hoc tēpore regulariter:ſed ſolum ad prohibendum ſincopim aut releuandū a ſincopi: ſed debet eſſe aquoſum vt dictum eſt in textu. Aut ſit mediocriter vinoſum:et notabiliter cū aqua ꝑmixtū: et detur in pauca quātitate. Habe tamē menti vt dictū fuit ꝙ ſi flegma eſt valde malignū nō aptū nutrire oportet magis ingroſſare dietā ⁊ dare aquā carnis contuſſum et ſimilia. Quādo autē eſt aptū nutrire:ſeruat̄ dieta magis tenuis iam dicta. cū autem ſecuri ſumus a ſincopi ꝓcedat ſicut in alijs flegmaticis. et cibetur tēpore maioris q̄etis ſomnus debet eſſe longus.i.ſeptē aut octo horarum: et hora maioris quietis:et quando non timet̄ ſincopis:qui timor eſt magis a principio vſq; ad medium augmenti:motus non conuenit:ſed fricationes non cōtinue:ſed iterate incipiendo a leuioribus et procedendo ad fortiores. et conueniunt in quocūq; tēpore particulari et vniuerſali. ¶Lenitio ventris iuxta ſcđam intentionē eſt conueniēs cum cliſteribus incipiendo a lenioribus et procedendo ad fortiora. Sed ſolutiua ore ſumenda ſm plurimū ſunt vitanda durante ſincopis timore. Sed deinde procedatur ſicut in alijs flegmaticis: propterea vomitus multum timendus eſt. agitat em̄ materias niſi ſit facilis. ¶Flebothomiā iuxta tertiam intentionem credo rarius conuenire. aliquando conuenit.in illa: cuius flegma eſt permixtum ſanguini et.in tēpore maioris quietis ipo iacente ſupino et ſemꝑ ſumente ea q̄ prohibent ſincopim.vnde medicus ſit ſemꝑ preſens. ¶Digeſtio iuxta quartā intentionē fiat cū inciſiuis ſubtiliatiuis et abſtergentibus. poſtea cū magis aperientibus et prouocantibus ſicut dictum eſt in cura flegmatice:ſed omnia ſint facilia ne agitent nimis et cauſent ſincopim. accipiātur ergo illa que ponūtur i textu ex iam dictis in cura f̄l̄atice eligātur leniora et magis cordialia materie proprie. ¶Euacuatio iuxta quintā intentionem ſit facilis nō agitans materias notabiliter:ſed t̄m̄ educens et detur tali hora vt venter ſoluatur in maiori q̄ete:et nō ſurgat ad aſſellam:et ſit contētus ſolis cliſteribus. poſtea cū eſt ſecurus a ſincopi ſoluatur ſicut in ceteris f̄l̄aticis. ¶Vomitus iuxta ſextā intentionē cauendus ē niſi fiat faciliter:et fiat in hora maioris quietis. Idem dico de ꝓuocatione ſudoris et vrine iuxta ſeptimā et octauam intentionem que fiat cum cliſteribus lenibus non agitantibus nimis dictis in cura flegmatice. ¶Sed in confortatione membroꝝ et ꝓprie ſtomachi et cordis ſollicite attendatur iuxta nonā intentionem ¶Item iuxta vltimā intentionē ſubueniatur accidentibus ſcđm exigentiā et ꝓprie ſincopi. Sed in ſincopali humoroſa colerica audacius ꝓcedēdū eſt ad lenitionem et vomitū et aliqualem materie proprie euacuationē quā in flegmatica: cū colera facilius educatur:et cū minori agitatiōe quā flegma. dieta ſimiliter precipienda eſt ſicut in flegmatica:ſed declinet ad magis frigidum:et vinum eſt magis limphandum. et fricationes debent eſſe leniores.

¶De cura feb.cum ſincopi. Capitulum.lxi.

OPortet vt emplaſtret̄ pect⁹ eius cū ſandalis.et aqua roſa. et viuificetur cū cibo paulatim.et ſit cibus eius ſicut panis de ſil̄a infuſus in aqua granatorū infrigidata ſi deſiderat ipſum.et ſimiliter in aqua de fructibus.ſi autē indigetur ad virtutē almuſoſat factis ex pullis cum aceto et aqua agreſte et oleribus frigidis et ꝓprie coriādro erit iuuamentū in hoc ſi exhibeatur.

¶Hic pōit curā feb. ſincopal̄ minute.d.oportere epithimari pect⁹ cū ſandal̄ et aq̄.roſ. ℞. ſandalorū oīū an̄.ʒ.ſ.aq̄ ro.℥.iiij.his potes addere ſpodij ʒ.ſ.cāphore.gra.ij.aceti.℥.ß.ad cordis ꝯfortationē et refrigeriū.et ſi vis magis būectare adde de aq̄ violaꝝ ⁊ nenufaris. Et ſi vis addere aliq̄d calidum iuxta canonē:pone aliq̄d vini odoriferi et viuificet̄ cū cibo paulatim exhibēdo ⁊ parū ꝑ vice q̄ ſit.ſicut panis de ſil̄a.i.optima farina frumēti iſuſus i aq̄ granatoꝝ ifrigidata actu ſi appetit illud. ſil̄r infuſus in aq̄ de fructib⁹ ſicut pomorū pirorū angurie ⁊ ſil̄iū. Si aūt ad reſtaurādū et vigorādū v̄tutē idigeret almuſoſat.i.cibis acetoſ factis cū pullis cū aceto ⁊ aq̄ aggreſte ⁊ olerib⁹ fridis ⁊ ꝓprie coriādro qđ cordiale erit iuuatiuū: et hic itelligit galatinā et ſil̄ia. ¶Cura hui⁹ exigit itētiōes ſuperius poſitas in cura tertiane ꝯtinue:ſed complēde ſunt cū his q̄ reſiſtūt venenoſitati ⁊ maligne putredini ⁊ ſunt ꝯfortatiua cordis ⁊ ſp̄ūum de q̄b⁹ i de peſtilētiali. ¶Pria itētio.ſ.regim̄ ſex reꝝ declinet ad fridū et hūidū. ⁊ hi ſūt ſepe cogēdi cōedere exhibēdo paꝝ ꝑ vice. ⁊ cibi ſint acetoſi. ¶Scđa itētio.ſ.lenitio vētr̄ ꝯplet̄ cū cliſterib⁹ ⁊ cū lenietib⁹ exhibit̄ ſicut cū māna ⁊ caſſ.aut đcoctiōe prunoꝝ ⁊ tamarindoꝝ. ⁊ hec fiāt i die ⁊ hora maioris q̄etis.

¶ Tertia intentio. ſ. flomia nō conceditur in hac: quia ſunt corpa colerica exā [illegible]uia. et etiaȝ timore ſincopis nam flomia multotiens ducit ad ſincopim. ¶ Quarta intētio. ſ. digeſtio ꝯpletur cū actu et potētia frigidis. ſ. cuȝ ſyrupo acetoſitatis citri oxiȝachara cū aqua endiuie acetoſe nenufaris et ſimilibus extinguētibus caliditatē fe. que caliditas debet extingui oībus ſex modis dictis in regimine feb. acutaꝝ: maxime epithimādo corpus cū frigidis cordialibus de q̇bus in textu. hoc tamen raro accidit. Cōuenit pot⁹ aque frig. niſi ſint corpora extenuata. ¶ Quinta itētio. ſ. euacuatio materie ꝓprie cōplēda eſt in die et hora maioris q̇etis cū māna aut caſſia addēdo reubar. et diſtēperetur cū aqua decoctionis prunoꝝ et tamarindorū et vitet ſcamonea et alia exoluētia et non ſurgat ad aſſellam. ¶ Prouocatio vomitus niſi ſit facilis ⁊ natura tētante vitanda eſt. ¶ Sed fiat ꝓuocatio ſudoris cū aq̄ ordei maxime natura tētante. Mēbra nobilia cōfortētur: ſed maxime cor et ſtomachus cū interius ⁊ exterius applicitis. ¶ Corrigantur accidētia diligenter: ſed maxie ſincopis ꝓhibendo ipſam et releuatio ab ipa cū aſperſiōe aque frigide bonis odoribus et ꝓhibendo egrū a motu et cum exhibitione vini aquoſi aut alterius optime limphati et oībus ingenijs poſſibus. et in hac et in ſimilib⁹ valde acutis medicus debet eſſe ſemp preſens et frequēter tangere pulſum ⁊ aſpicere faciem. et cum viderit debilitari et cadere aut cum viderit ipſum palleſieri releuet ipſuȝ modis iam dictis et alta voce ipſum vocando.

¶ Regimen nocturne et diurne. Cap. lxij.

Regimen ambarum earum eſt regimen flegmaticarum: neq̧ eſt diuerſitas in eis.

¶ Regimen autē ambarū eſt regimen flegmaticaruȝ nec eſt diuerſitas in eis. quare pro regimine recurre ad capitulū flegmatice.

De quartana periodica. Cap. lxiij.

Plurimum quartana eſt ꝑiodica et minoratur caſus quartane inſeparabilis.

¶ Primo hic agit de quartana. ſcdo de febribus eis annexis. ſcda ibi. (Et nomiaṫ ꝑthamos.) prima in tres. in prima ponit diuerſitates ⁊ cauſas q̄rtane. ſcdo ſigna. tertio curaȝ. ſcda ibi. (Sunt quia q̄rtana.) tertia ibi. (Cōſidereṫ.) ꝑmū capitulum in quatuor diuidiṫ partes. in ꝑma ponit diuiſionē ei⁹ in ſuos modos. in ſcda pōit ſuas cauſas. in tertia ponit modū conſecutionis ei⁹ ad alias feb. in quarta oſtēdit que eſt ſaluior et q̄ minus ſalua. ſcda ibi. (Cauſe vo.) tertia ibi. (Et plurimū quidē.) q̄rta ibi. (Et ſaluior.) In prima pte dicit ꝙ quartana eſt periodica ſm plurimū. i. interpolata. raro autē accidit quartana ꝯtinua. huius aūt cauſa ē: quia hūor melācolicus et paucus et multus eſt ineptus putredini. Cū ergo colligiṫ intra venas anteq̄ putreat expellitur a natura extra venas.

Champerius. Quartana febris vt plurimū nō ſtatim a ꝑimo cū rigore inuadit: ſed q̄nq̧ ex alijs ex hoc lapſus eſt ab errantibus: ⁊ que ſine ordie dicūtur: in hanc ꝓcedenti aūt gignitur rigor: ſeni⁹ aūt languētib⁹ nō eſt cōpūcta et vellicata cute: ſicut fit i tertianis: ſed refrigeratis: et vehementer ꝑturbatis ad oſſa vſq̧: ita nāq̧ audiaſ q̄ ab ea teneantur febri dicere: vt oſſa quati: et caro tota videatur: pulſus aūt exigui et hebe/

Cauſe vero quartane ſunt ea que generant melancoliam poſtea putrefaciunt eā et tu iam ſciuiſti totum illud. et ſciuiſti qđ melancolia alia eſt que eſt fex ſanguinis. ⁊ alia eſt que eſt aduſtio eius et cinis humorum. Et ſciuiſti qđ de illa eſt ſanguinea et de illa eſt flegmatica et de illa eſt colerica. et de illa eſt aduſtio ipſius melancolie naturalis. et eſtimauerunt quidam hominuȝ qđ quartana non generatur ex melancolia naturali: quoniam ipſa nō putrefit. Et huius quidem ſermo nō oportet vt auſcultetur: immo de proprietatibus omnis humiditatis eſt vt putrefiat quāuis rarificeṫ in preparatione.

¶ In hac ſecunda parte dicit qđ cauſe quartane ſunt ea que generant melancoliā. poſtea putrefaciunt eam. et tu iam ſciuiſti totum illud: q: cauſas melancolie ſciuiſti prima primi. doctrina quarta. cap. de generatione humorum. Cauſas vero putredinis ſciuiſti tractatu ſcdo. cap. ꝑmo hui⁹ fen. ſcdo dicit ſciuiſti qđ melācolia alia eſt que eſt fex ſanguinis que ſupple eſt melancolia naturalis ⁊ alia generatur per aduſtionem et eſt fex alioꝝ humoꝝ. Et ſciuiſti qđ de illa melancolia aduſta aliqua eſt q̄ eſt ſanguinea. i. genita ꝑ aduſtionē ſanguinis. aliqua flegmatica: aliqua colerica et aliq̄ genita per aduſtionem melancolie naturalis. ita ꝙ ex his eſt vna melancolia naturalis. reliq̄ quatuor ſunt melancolie aduſte genite per aduſtionē ſanguinis flegmatis colere ⁊ melancolie naturalis. tertio dicit qđ eſtimauerūt quidā ꝙ quartana non generatur de melancolia naturali: quoniam ipſa nō putrefit ſed iſte ſermo non eſt audiendus immo de proprietate omnis humoris eſt vt putrefiat quāuis rarificetur in preparatione. i. quāuis ſit minus alijs humoribus putrere parata. vnde rarius ceteris putrefit.

Et plurimum quidem euenit in ſucceſſione egritudinis febrium diuerſarum putridarum propter diuerſitatem humorum ex quibus generantur: ex quorum putrefactione cum adduntur et non euacuantur multiplicatur melancolia: deinde cum putrefit eſt quartana.

¶ In hac parte ponit modum ſucceſſionis ei⁹ ad alias feb. d. eam plurimum alijs febrib⁹ putredinis ſuccedere ꝓpter diuerſitates humoꝝ ex quib⁹ et ex quoꝝ putredine generantur. nam cum humores illi diuerſi adunantur et nō euacuantur multiplicatur melācolia: deinde cum putrefit eſt quartana. Ex quibus primo collige qđ non omne qđ generatur ex putrido eſt putridum. Nam melācolia generatur ex putredine humoꝝ: que tamen nō ē putrida. licet forte poſtea putrefiat. et hec dicta Auicen. ſunt accepta a Gal. tertio pronoſticorū ſuper illo verbo. febres inordinate vagātibus in quartanam perficiunt.

Et multotiēs quidem accidit ſucceſſione ſplenis. et cum hoc ipſa ſcdm plurimuȝ non euacuatur ex dolore ſplenis aut duritie eius.

¶ Secūdo dicit qđ multotiens ſuccedit nocumento ſplenis. et cū hoc ſcdm plurimū aſſociatur dolori aut mollitiei. nam cum melancolia multiplicatur ſplen frequenter ea impletur.

Et ſaluior quartana eſt illa que nō accidit ab apoſtemate ſplenis aut alijs: aut cū qua non eſt apoſtema ſplenis. Quartana enim que euēit ab apoſtemate ſplenis: aut cum qua eſt apoſtema ſplenis: multotiens

perducit

tes: et tardi: e
rari i ſignifica
tionū ſunt pri
mordijs: vt i
nulla alia affe
ctione.

perducit ad ydropiſim et perniciem.
¶ In hac parte dicit ꝙ ſaluioꝛ quartana eſt q̄ non
accidit ab apoſtemate.ſ.ſplenis aut egritudinibꝫ
alijs etꝫ et cū qua nō eſt timoꝛ ſplenis. quartana
enī que venit ab apoſtemate ſplenis:aut cū qua ē
apoſtema ſplenis:licet nō pendeat ab ipſo mul/
totiens ducit ad ydropiſim et moꝛtem.vt patet in
xiiij.tertij.cap.de ydropiſi.facit enī errare digeſti
uā epatis infrigidando ipſum ſuperflue.aut non
debite mundificando ſuperfluitatem melancoli/
cam ab eo.

¶ Et quartana q̄ ſalua eſt liberat ab egri
tudinibꝫ malis melancolicis ſicut melāco-
lia et epilenſia. ⁊ in ea eſt ſecuritas a ſpaſ-
mo.quoniam humoꝛ eſt ſiccus.
¶ Secūdo dicit ꝙ quartana que eſt ſalua liberat
ab egritudinibus melācolicis malis ſicut eſt me/
lancolia epilīa et in ea eſt ſecuritas a ſpaſmo qm̄
humoꝛ faciens eam eſt ſiccus.

¶ Et ſm̄ plurimum eſt egritudo ſalua. et
quādo non accidit in ea erroꝛ nō addit ſu-
pꝛa annū. et quādoq̄ perdurat.xij.annis.
et quod eſt infra eos.
¶ Tertio dicit qđ quartana ſcđm plurimū eſt egri
tudo ſalubꝛis.et quando nō erratur in curatione
nō tranſit annū.et qn̄q̄ durat.xij.annis: et qđ eſt
infra eos ſupple.xij.annos.ſupple ex erroꝛe regi/
minis et etiā ex cauſa intrinſeca ꝓpter cōplōnem
ſupfluẽ melancolicā et ꝓpter durītiē ſplenis.

¶ Et que ex ea longa ē ꝑducit ad ydro-
piſim. et ſcias quod autūnus eſt inimicus
quartane.
¶ Quarto dicit qđ quando ꝓlongatꝛ aliq̄n ducit
ad ydropiſim.Ultimo dicit ꝙ autūnus eſt inimi/
cus quartane.i.patientibus quartanā:faciens fo
uens et augēs ipſam.multiplicātur enī in eis hu/
moꝛes melācolici cū ſit facta aduſtio in hūoꝛibꝫ
ex eſtate p̄cedēte.et poſtea ꝓhibita tranſpiratiōe
autumni frigiditate: et debilitata v̄tute ꝓpter eiꝫ
varietatē vapoꝛes retēti faciūt hūoꝛes illos melā
colicos putrere. ¶ Sed pꝛo declaratiōe ſcđi dicti
nota qđ quartana liberat a melancolia epilenſia
et ſpaſmo et ſimilibꝫ paſſiōibꝫ cerebꝛi et neruoꝝ
hūidis et etiā p̄ſeruat ab eis.qꝛ humoꝛ a quo pen
det eſt ſiccus his paſſiōibus humidis cōtrarius.
ſecūdo quia calefaciendo et exiccando mēbꝛoꝝ
humiditates ſuperfluas exiccat et reſoluit: a q̇bꝫ
ſcđm plurimū pēdēt hmōi paſſiōes.et tertio pꝛo/
pter rigoꝛē accidentē in p̄ncipio paroxiſmoꝝ hu/
ius feb.et rigoꝛē accidentē in fine earū harū paſ/
ſionū materie excutiuntꝛ. Sed ꝙ liberet a melanco
lia eſt difficilius cū pendeat a ſiccitate et humoꝛe
melancolico. vnde per quartanā deberet creſcere
et augeri.Sed mihi videtꝛ dicendū ꝙ per putredi/
nem humoꝛis melācolici a quo pendet quartana
paulatim humoꝛ faciens melancoliā conſumitur
et finitur.Itē per rigoꝛem et ſudoꝛem excutitur:et
hic humoꝛ educitur a mēbꝛis in q̇bus cōtinetur et
ſic ceſſant paſſiones pꝛocedētes ab ipſo.
¶ Signa. Capitulum.lxiiij.

SUnt ꝙ quartana icipit i p̄mis
cū frigoꝛe paruo.deinde icipit
frigus eius addi:poſtea mino
ratur parū apud ſtatū ſicut in
flegmate. Cūq̄ caleſit coꝛpus
nō eſt caliditas vehemēs.lꝫ ſit maioꝛ et ma
gis apparēs q̄ illa q̄ eſt in flatica. Ipa enī
cū difficultate ſua et inflāmatiōe nō inflā-
matur iflāmatiōe de qua curatꝛ ſicut ignis
in lignis groſſis.et nō cōpꝛehēdit ſup coꝛ-
pus totū.imo eſt illic calitas cū hoꝛripila-
tione.et cā in hoc ē groſſitudo hūoꝛis. Et ē
cū frigoꝛe et aliquātulo doloꝛe quaſi fran-
gat oſſa.et eſt illic cōtractio ꝓpter quā ſtri
dent dentes.verū nō ſicut i flatica quapꝛo
pter ꝑducit illud ad debilitatē viſus.verū
lenitur apud digeſtionē. qm̄ malitia mino
ratur ſicut fuit in pꝛincipio parūper.

¶ Pꝛimo ponit ſigna cōia q̄rtane.ſcđo pōit ſigna
diſtinguētia cauſas quartane.tertio quedā ſigna
ſpecialia ſumpta a pulſu ⁊ vꝛina et alijs.ſcđa ibi.
(Et illiꝫ qui ē.)tertia ibi.(Et pulſus quidē.)p̄ma
in q̄tuoꝛ ſicut q̄tuoꝛ ſunt ſignoꝝ ſpēs: ⁊ cū hoc po
nit i fine duos canones.ſcđa ibi.(Et de ſignis q̄r
tane.)tertia ibi.(Et de ſignis quartane.)q̄rta ibi.
(Et ꝑiodus.)can̄.ponit ibi.(Et multotiēs.)p̄mū
genus ſignoꝝ ſumitur a natura ſui typi ꝙ q̄rtana
icipit in p̄mis cū frigoꝛe paruo. deinde frigus ad
ditꝛ in eodē ꝑoxiſmo.poſtea frigus minoꝛatꝛ parū
apō.i.v̄ſus ſtatū.et hec miōꝛatio ē in fine p̄ncipij:
ſicut etiā fit in flatica.Aſſimilantꝛ enī flatica ⁊ q̄r/
tana.qꝛ in vtraq̄ frigus ē poſitiuū magis q̄ ex fu
ga caloꝛis interius et in vtraq̄ frigus eſt magnū
⁊ longe durātiōis.qꝛ ambe materie ſunt tardi mo
tus ad mēbꝛa ſenſibilia et tarde inflāmatiōis:ita
vt in vtraq̄ p̄ncipiū augmentū ſtatus et declina/
tio frigoꝛis poſſint diſtingui.

Eſt tamen dubiū in q̄ iſtaꝝ ſit maius fri
gus.qꝛ ex vna ꝑte vꝛ maiꝫ fri/
gus eſſe in flatica.qꝛ fla ē frīdius.et ex altera ꝑte i
melīca.qꝛ frigus in melācolica eſt iunctū ſiccitati
q̄ facit ipſum actiuius. Credo tamen ꝙ maius ſit
in flatica.qꝛ aq̄ magis infrigidat q̄ terra. poſſunt
tamen ſermones iſti referri ad pꝛincipium vīe vt
dicatꝛ ꝙ frigus p̄moꝝ ꝑoxiſmoꝝ eſt paruū. qꝛ ma
teria tarde mouetꝛ cū ſit cruda.deinde ſicut i aug/
mēto et ſtatu icipit addi.qꝛ materia magis dige/
ſta magis velocitꝛ mouetꝛ.aut qꝛ ꝑoxiſmi eoꝝ pen
dēt a plī materia.poſtea miōꝛat apō.i.pꝫ ſtatū.ſ:
i declinatiōe:qꝛ miōꝛata ē materia. ¶ Scđo dicit
ꝙ cū coꝛpꝫ caleſit nō eſt calitas magna.ſ.ſicut ca
liditas tertiane.lꝫ ſit maioꝛ et magis apparēs q̄
in flatica.ipſa enī.ſ.q̄rtana cuꝫ difficultate ſua et
inflāmatiōe nō inflāmatꝛ inflāmatione notabili
ſicut ignis in lignis groſſis et nō cōpꝛehēdit to/
tum coꝛpus ſubito:imo eſt caliditas illic.ſ.in in/
terioꝛibꝫ.ſ.cū hoꝛripilatiōe.ſ.frigoꝛe in extremis.
q.d.q̄rtana inſenſibiliter ꝓcedit de frigoꝛe ad ca
loꝛē ꝑꝑ hūoꝛis groſſitiē q̄ difficulter caleſit ⁊ in/
flāmatꝛ.ideo ſubdit ꝙ eſt cū frigoꝛe et aliquātulo
doloꝛe q̄ſi oſſiū ꝯfractio.et foꝛte qꝛ nutrimētū cir
ca oſſa eſt multū euenit cōmotionē ibi fieri de ꝓ/
pꝛietate melācolici humoꝛis. Et quia vapoꝛes a
melancolia ſurgētes groſſi et ſicci cauſant quedā
malum ſenſum in muſculis ⁊ pāniculis q̄ ſunt cir
ca oſſa.vnde apparet eis quod oſſa ſint cōfracta.
hunc autem ſenſum confractionis non faceret va
poꝛ flegmaticus:quia eſt leuis in comparatione
ad melancolicum et eſt illic contractio in muſcu/
lis mandibularum per quam ſtrident dentes.
ſtridoꝛ enī dētium fit contractione ſiue quodam

ſpaſmo muſcl'orũ mãdibulaꝝ. vapores itaqꝫ groſ
ſi melãcolici faciãt hoc. nõ ſic flegmatici: cũ non
ſint tãte groſſitiei et ſiccitatis. Et ideo ſubdit: nõ
ſicut in flegmatica. ¶ Pro quo ſciendũ qđ duplex
eſt ſtridor dentiũ. ſiue conſequat̃ concuſſionẽ eoꝝ
adinuicẽ qualis accidit in rigẽtibus. ſiue ꝯſequat̃
eorũ ꝯfricationẽ põt dici ſtridor. Quidam ꝓprie
ſumptus. et ẽ ſtridor ille q̇ cõſequit̃ cõfricationẽ
dentiũ. ſtridor aũt cõiter ſumptus poteſt cõſequi
oẽm febrem facientẽ rigere. ſ. colericã flegmaticã
melãcolicã vt ſuperius fuit decl'atũ de intentiõe
Aui. et Gal'. colericã facere intenſiorem rigorẽ ꝙ
flegmaticã aut melancolicã: licet breuiorẽ: qđ ta-
men nõ placet Auer. Quartana vero iuxta mentẽ
auctoꝝ et vt dictat experiẽtia facit intenſiorem et
prolixiorẽ rigorem quã flegmatica. et ſic facit ma
iorez ſtridorẽ quã flegmatica. ſed de hoc ſtridore
nõ eſt ſermo hic. Sed hic eſt ſermo de ſtridore ꝓ-
prie ſumpto qui cõſequit̃ confricationẽ dentiuz:
et hic appropriatur quartane. qꝛ hũoꝝ melãcoli
coꝝ vapor terreſtris ſiccus et ſtipticus mouet pã-
niculos lacertoꝝ et neruos ad quãdam inſpiſſa-
tionẽ et cõpreſſionẽ cõtinuã notabili tpe: qđ non
facit vapor alterius hũoris. niſi participet de ma
teria melãcolica. fiat ergo mãdibularũ cõtractio
cõfricando dentes adinuicẽ. ſed flegma nõ facit
hoc ꝓpter ſuã hũiditatẽ lenientẽ. Colera vero nõ
facit hoc: qꝛ licet vapores ſui ſint ſicci: non tamen
ſunt groſſi: neqꝫ ſtiptici potẽtes facere cõtractio-
nem muſculoꝝ mouentium mandibulas: et ꝓdu-
cit illud. ſ. cõtractio talis. et cauſa ſua q̄ eſt malus
motus in muſculis tẽporalibus ad debilitatẽ vi-
ſus cõitate eoꝝ ad cerebrũ et neruos obticos. vel
propter cõitatẽ mandibule ſuperioris et dentiuz
confricantiũ partibꝰ oculi. verũ leuiter. ſ. frigus
apud digeſtionez. ſ. materia calefacta. et maxime
verificatur de frigore ſequente frigiditatẽ mate-
rie: qꝛ per digeſtionẽ caleſit. non aũt verificat̃ de
frigore ſequente reuocationẽ caloris intus. vel le
nitur contractio dentiũ. qꝛ materia mel'ica dige-
ſta non ẽ ita terreſtris ſtiptica. et ideo nõ facit tan
tum aut ita verum ſtridorẽ. ideo dicit: qm̃ malitia
minoratur parũp reſpectu eius qđ fuit in princi-
pio. ſ. malitia ſui frigoris et malitia ſue ſtipticita
tis. Dicit aũt parũper. qꝛ digeſtio mel'ie nõ oĩno
rectificat materie frigiditatẽ neqꝫ terreſtreitatem
aut ponticitatem. ¶ Cõtra ſequitur ꝙ in ſtatu vl'i
debet eſſe minus frigus quã in ꝑncipio cõtra ſu-
perius determinata. et ſil'r debet eẽ minor ſtridor
dentiũ contra experientiã. ¶ Reſpõdet̃ duplex eẽ
frigus. vnũ frigus ſequẽs frigiditatem materie.
aliud ſequẽs velocẽ motũ eius ſupra mẽbra ſenſi
bilia aut maiorẽ quãtitatẽ eius. primũ frigus eſt
maius in principio. qꝛ materia eſt frigidior ſcõm
maiꝰ in ſtatu. qꝛ materia ſubtiliata velociꝰ mouet̃.
⁊ forte eſt pluris quãtitatis. Similiter duplex eſt
ſtridor. vnus ſequens materie terreſtreitatẽ ⁊ pon
ticitatem. ⁊ hic eſt maior a principio. alius ſeq̄ns
motum velociorem aut forte maiorem quãtitatẽ.
et hic eſt maior in ſtatu.

¶ Et de ſignis quartane ſunt cauſe eiꝰ an
tecedentes ex feb. que prolongate fuerunt.
et ex ſplene aut dolore.

¶ Hic ponẽs ſcõm genus ſignoꝝ di. qđ de ſignis
quartane ſunt febres antecedentes prolõgate ⁊c.
groſſities ſplenis aut dolor eius.

¶ Et de ſignis quartane etiã ſunt diſpo-
ſitio cõpl'onis et ſignificationes melanco-
lie: et etas: et tẽpus: cibus et forma et con-
ſuetudo: et que ſunt his ſimilia.

¶ Tertium genus ſignorum cõpl'o ſupple melan
colica ⁊ ſigna dominij mel'ie et etas. ſ. pmi ſenij. ⁊
tẽpus. ſ. autũnus. et cibus. ſ. melãcolicus. ⁊ forma
quia macilenta cum fuſcedine. et cõſuetudo. ſ. pa
tiendi quartanam. ⁊ ſimilia. ſ. ars multiplicatiua
melancolie adurendo humores.

¶ Et periodus eius eſt. lxxij. horarum.

¶ Quartũ genꝰ ſignorũ eſt paroxiſmꝰ. lxxij. horaꝝ

¶ Et multotiens eſt feb. tertiana in eſtate
quidem. et fit quartana in hyeme.

¶ Hic ponit canones. quorum primus eſt. multo-
tiens fit feb. tertiana in eſtate et quartana in hye-
me humoribus colericis aduſtis et per calorẽ eſta
tis in melãcoliã conuerſis. poſtea putrefactis in
hyeme. ſ. in tempore frigido opilante poros et re
tinente vapores qui retẽti ſunt cauſa putredinis
illius melancolie que eſt genita per aduſtionem.

¶ Et multotiẽs perducũt febres diuerſe
ad feb. permixtas in quibꝰ non eſt ordo ꝓ-
pter diuerſitatem reſidui humorũ remanẽ
tium poſt feb. Cũ ergo ſtatus cõfirmatur
ſcõm cinereitatis additionẽ confirmatur
ſuper quartanam.

¶ Secũdus canon. multotiẽs febres diuerſe ad-
inuicem cõpoſite ſicut due tertiane aut emitriteꝰ
et ſimiles perducunt ad febres permixtas in qui-
bus non eſt ordo. quia paroxiſmi cõfunduntur di
mittẽtes ordinem ſuũ propter diuerſitatẽ reſidui
humoris retẽti poſt febres. quia quãdo febres pre-
ceſſerũt adurũtur humores non equaliter ſcõm va
riationem earũ diſpoſitionum. propterea cõfun-
duntur paroxiſmi. Cum ergo ſtant et continuant̃
ſcõm additionẽ cinereitatis. qꝛ ſunt verſi in melã
coliã tunc confirmat̃ ſup quartanã et faciũt quar
tanã cũ prius feciſſent feb. inordinate vagãtes. et
iſte eſt ſermo Hyp. iij. pronoſticoꝝ. ibi. Febres in-
ordinate. ⁊c. Et ibi dicit Galenus. Cum ergo eq̄-
tur egritudo in omnibus venis cũ victoria colere
nigre accidit tunc febris quartana.

¶ Et illius quidẽ que eſt a flegmate adu-
ſto ſunt paroxiſmi longiores. et accidit eis
frigus ſcõm plus ſucceſſiõe aſſiduationis.
et eſt ſudor tardior. et vrina groſſior et du-
rities venarũ minor. et fit ſcõm plurimum
ſucceſſione febriũ flegmaticarũ. Et illam q̄
eſt a ſanguie aduſto antecedunt ſigna ſan-
guinis et feb. eius et rubedo vrine. et ſigni-
ficant ipſam forma et etas et tẽpus. et for-
taſſe erit poſt feb. ſanguineas. ⁊ in illa q̄ eſt
a colera aduſta eſt pulſus vehemẽtioris ve
locitatis et frequentie. ⁊ incipit cum horri
pilatione ⁊ frigore in carne et ſiti ⁊ ſudore.
Et quãdoqꝫ fit ira et ſudor et inflãmatio ⁊
ſignificant ipſam forma tempus et etas: ⁊
quandoqꝫ ſignificant ipſam ꝙ ipſa fit ſuc-
ceſſione febrium colericarum.

¶ In parte preſenti ponit ſigna ſpecierum quar-
tane et primo quartane flegmatice di. qđ illius q̄
fit a melancolia genita per aduſtionem flegma-
tis ſunt paroxiſmi longiores. quia propter viſco-
ſitatem flegmaticam tardatur reſolutio in cineri-
tio materie

tio materie paroxiſmantis. ſecundo frigus in principio paroxiſmorum diutius durat: eo quod tarde inflammatur materia propter groſſitiem melancolicam et eſt ſudor tardior propter eandem cauſam vrina groſſior etiã quã in quartana a melancolia naturali. q: ratione hũiditatis flegmatice eſt aptũ magis diſſolui cũ vrina. et ratiõe viſcoſitatis magis remanet ſe. cum permixta. propterea vrina magis ingroſſatur. Melancolia autem naturalis licet ſit groſſior nõ ẽ tamẽ ita apta diſſolui nec etiã cum eo remanere pmixta. ſed potius ſua grauitate terrea petit fundũ. et eſt duricies arteriarũ minor. et ſuccedit ſcdm plurimũ febribus flegmaticis. Signa ſanguinee. ſ. que ſit p aduſtionẽ ſanguinis rubedo vrine. Itẽ ſignificat ipſam forma ⁊ habitudo carnoſa cum colore rubeo. tẽpus. ſ. ver etas adoleſcẽtie et aliquãdo ſequitur febrẽ ſanguineã. Signa colerice ſunt pulſus multũ velox et frequens et magis quã in ceteris. non tamen maior quã in ſanguinea. et paroxiſmi incipiunt cum horripilatione: imo et frigore ⁊ rigore ppter fugã caloris intus et ſiti et ſudore citius feſtinãte quã in ceteris. et quãdoq; adeſt furor ira inflãmatio. et ſignificat ipſam forma. ſ. macilenta cũ colore citrino etas. ſ. iuuẽtutis et tẽpus. ſ. eſtiuum. Item ſuccedit fe. colericis. Hic nõ ponit ſigna quartane melãcolice. q: quatuor prima ſigna generalia maxime ſibi accõmodantur.

¶ Et pulſus in quartana ẽ decliuis ad duritiẽ propter ſiccitatẽ hũoris. Ipſe eñ trahitur ad iteriora. quaſi ipſe eſſet pulſus ſenis et ad equalitatẽ dum nõ mouetur. et ſi moueatur diuerſificatur pulſus valde propter groſſitudinẽ ſuperfluitatis. ⁊ fit mundificatio eius apparens apud teporem. et eſt ſignificatio cõpleta ſuper quartanam. Et multotiens accidit in ea dyaſtoles inequalis et ſiſtoles vehementis neceſſitatis ſcdm contrariũ eius quod eſt in tertiana. Et pulſus quidẽ quartane melior eſt pulſu flegmatice in paruitate et frequentia. ſed eſt ſimilis ei in tarditate et apud inceptionem paroxiſmi additur tarditas ſua ⁊ frequentia. et diuerſitas eius eſt maior diuerſitate reliquarum febrium. deinde incipit magnificari et fieri velox et frequens.

¶ Hic ponit quedã ſigna ſpecialia. quia a quibuſdam rebus ſpecialibus ſumpta. pmo a pulſu. ſecũdo ab vrina. tertio a ſudore. quarto, a ſiti lʒ aliq intermiſceat. partes patent. ¶ In prima parte dicit: qd pulſus quartane vel in quartana eſt decliuis ad duritiem propter ſiccitatem melãcolie indurantis arteriã. ipſe eñ trahitur ad iteriora quaſi ſit pulſus ſenis. q: arteria indurata nõ poteſt eleuari et eſt decliuis ad equalitatẽ quia nõ multum diuerſus dum nõ mouetur. ſ. materia ad faciendũ paroxiſmũ: hoc eſt dũ nõ eſt in principio et ſi moueatur ſic. ſ. in pncipio paroxiſmi diuerſificať pulſus valde propter groſſitieʒ ſuperfluitatis humoris melancolici. et fit mũdificatio eius. ſ. quartane manifeſte apud teporem. ſ. in die quietis. et in hoc differt a quartana cõtinua. ideo ſubdit qd eſt ſignificatio cõpleta ſuper quartanam. ſ. interpolatã. et multotiens accidit in pulſu dyaſtoles icq̃lis reſpectu dyaſtolis tempore ſanitatis. ſed ſiſtoles eſt vehementis diuerſitatis. ſed contrariũ huius accidit in tertiana. ¶ Pro quo notandũ: ꝙ licʒ in omni putrida ſiſtoles ſit velocior et maioris diuerſitatis quã dyaſtoles iuxta dicta ſuperius: tamen in quartana reſpectu tertiane plus hoc accidit. quia humor eſt multũ groſſus vehementer incitans ad ſiſtolem. ſed in tertiana quia humor eſt ardens ſubtilis eſt econtra, reſpectu quartane. Et pulſus quidẽ tertiane eſt melior. ſ. non eſt ita paruus nec ita frequens ſicut pulſus flegmatice. Sʒ dictum fuit ſuperius in cap. de flegmatica. et eſt ſimilis ei in tarditate. ꝙ quãtum facit in feb. flegmatica ad tarditatem debilitas virtutis. vnde recuperat per frequentiam tantum facit ad tarditatem pulſus in quartana minor paruitas quam in flegmatica. vnde per magnitudinẽ ſiue minorem paruitatem recuperat in quo deficit per velocitatem. quare ambo in velocitate equantur. et apud iceptionẽ pxiſmi addiť tarditas ſua cũ freqntia qui textus ſi volumus ſequi Gal. ſcdo de criſi dicit quod feb. quartana cum incipit ponit pulſum habentis quãuis ipſe ſit adoleſcẽs ſcdm diſpoſitionem eius qui eſt in vltima diſpoſitione ſenectutis debet ſic intelligi qd pulſus quartanarij cum incipit eſt tardus et frequẽs reſpectu ſui ſani. nã tũc neceſſitas eſt pauca ppter frigiditatẽ humoris et virtus eſt debilis quia opreſſa a materia groſſa ⁊ arteria dura inobediens nõ poteſt ſatiſfacere neceſſitati per magnitudinem et velocitatem ſatiſfacit per frequentiã. habent eñ pulſum paruum et frequentem reſpectu ipſorũ iuuenum. Et quod hec expoſitio ſit bona oſtenditur: quia non poteſt intelligi quod fiat tardus ⁊ frequens reſpectu pulſus flegmatice. nam ſtatim dixit quod aſſimilantur in tarditate. nec poteſt intelligi quod fiat tardus et frequens reſpectu ſui ipſius et in tempore ſequenti cũ ſtatim dicat oppoſitũ. nec poteſt intelligi ꝙ ſit tardus ⁊ frequens reſpectu colerice aut ſanguinee: cũ de illis hic nõ faciat mẽtionẽ. ⁊ ſic eſſet falſum. quare relinquitur qd ſit tardus et frequẽs reſpectu ſui ſani. nec hoc alicui debet apparere mirabile. nam ſicut ſit paruus reſpectu ſui ſani in principio quartane ⁊ etiam flegmatice in quibus eſſet pauca neceſſitas. quid phibet ꝙ etiã fiat tardus et neceſſitati ſatiſfaciat virtus per frequentiã? Nam flegmatica et quartana in paruitate parificantur. Hic omitto alias expoſitiones et multas ambages aliorũ: que magis obſunt ꝙ pſint. Deinde dicit qd diuerſitas eius ẽ melior diuerſitate reliquaꝝ febriũ virtute magis oppreſſa a groſſitie materie et inſtrumento magis duro et inobediente. et in hac diuerſitate pulſationis apparẽt maiores quã in flegmatica. Deinde pulſus incipit magnificari velocitari frequentari aucta neceſſitate et virtute nõ tantũ oppreſſa.

¶ Et vrina in quartana eſt ſimilium horarum in priuatione digeſtionis propter frigus materiei et groſſitudinẽ eius: niſi apd ſtatum bonum. verum diſpoſitiones eius et colores eius diuerſificanť. et illud ideo. quoniam melancolia generatur ex humoribus diuerſis.

¶ Hic ponit ſignum ſumptũ ab vrina. d. qd eſt ſimilium horarum in priuatione digeſtionis. ſ. longo tempore indigeſta propter frigus materiei et groſſitiem eius niſi apud ſtatum bonũ. ſ. ſalubrẽ. tunc eñ apparet manifeſta digeſtio. ſ. in augmen

to et ꝯplete in ſtatu. Et nota qḋ vrina in quartana non apparet modo ſubtilis modo groſſa ſicut in flegmatica. quia nō eſt hūoꝛ tāte multitudinis et viſcoſitatis aut etherogeneitatis. ideo nō ſic difformiter mouetur nūc ad opilationē nūc ad apertionē opilationū. verū diſpoſitiōes ex parte modi ſube et coloꝛis diuerſificātur in vrina ſcđm diuerſitatē ſpecierū melācolie et ſupple etiā aliquādo ſcđm diuerſitatē tempoꝛū. maioꝛ tamen vniformitas apparet in vrina quartane quātū ad indigeſtionē in principio quam in flegmatica ꝓpter materiā eiꝰ eſſe magis ꝯformē ⁊ vniformiter opilātē ꝙ̄ materia flegmatice. Itē maioꝛ diuerſitas apparet in vrinis quartane cum fit ex humoꝛibus aduſtis aut ſequens feb. inoꝛdinate vagantes ꝙ̄ in quartana de melancolia naturali propter maioꝛes diuerſitates in materia illius quam in melancolia naturali.

¶ Et de ſignis digeſtionis quartane eſt leuitas tremoꝛis. Urina autē in principio eſt alba ad viriditatem decliuis cruda cui non eſt digeſtio. Et poſt principium diuerſificatur eius diſpoſitio propterea qḋ plurimuꝫ melācolie eſt generatum ex humoꝛibus diuerſis. et eſt apud declinationē nigra.

¶ Hic dicit qḋ de ſignis digeſtionis materie q̄rtane eſt leuitas tremoꝛis. ¶ Cōtra quia in ſtatu q̄rtane rigoꝛ et frigus magnificant vt ſuperius dictum fuit in ca. de tertiana de intentione Cōmenta. primo epidimiarū. et Raſis. xvi. continētis. ca. de quartana iuxta finē dicit. quod poſt prolongationē dierum ſubtrahit hūoꝛ et ſpgit per mēbꝛa ſenſibilia et tunc eſt vehemens rigoꝛ. et hoc eſt bonum ſignum in hac febꝛe. ſignificat eñ finem digeſtionis in materia. ¶ Dicendū ꝙ digeſta materia frigus et rigoꝛ ſequens materie frigiditatē remittitur. quia materia frigida per digeſtionē caleſit. ſequēs autē motum materie per mēbꝛa ſenſibilia augetur. et vtrūqꝫ de facto poteſt contingere qḋ aliquādo in ſtatu materia digeſta ſit minoꝛ rigoꝛ et aliquando maioꝛ ſcđm qḋ velocitas materie in ſtatu plus facit ad intenſionē rigoꝛis quā remiſſio frigiditatis ad eius remiſſionē aut econtra. et aliquādo rigoꝛes p̄ncipij et ſtatus erūt equales: vt patet ſupꝛa. Urina aūt in principio aliquādo eſt alba albedine tranſlucente et ſubtilis ad viriditatem decliuis cruda cui nō eſt digeſtio: q̄ oīa fiunt ꝓpter frigiditatē melīe groſſitiē et opilationē. vnde hec oīa maxime verificant in quartana a melīa naturali. in alijs autem factis a melācolijs aduſtis nō hec oīa ita apparēt nec tādiu. Et poſt principiū diuerſificatur diſpoſitio: in vrina. quia coloꝛatur et ingroſſatur ſubtiliata materia et apta opilatione: et apparent tunc maioꝛes diuerſitates tam penes modū ſube quā penes coloꝛes propter diuerſitates melācolie: cū plīm melīe generētur ex hūoꝛibꝰ diuerſis vt dictū fuit ſupꝛa. frequētius eñ fit ꝑmutādo ex alijs feb. quā incipiendo ⁊ apud declinationē eſt vrina eius nigra materia p̄digeſta cū vrina expulſa. nō credo tamē per vrinam ſolā poſſe cōpꝛehēdi quartanā ꝓpter cōuenientiā magnā quartane cū flatica in vrina ⁊ maxime in p̄ncipio. cuius opinionis maxīe fuit Gilbertus anglicus p̄mo practice ca. de q̄rtana reprehendēs quoſdā inſcios loq̄ces q̄ ſe ꝓfitent cognoſcere oēs egritudīes ꝑ vrinā ſicut mlti medici lombardi hoc tpe hoim illuſoꝛes q̄ vt aiunt oēs egritudines cognoſcūtur ꝑ vrinā etiā putridā. q̄ tñ cū ſunt p̄ſentes et oīa ſigna ꝯſiderant pauca cognoſcūt. nā vt dicit magiſter Richardus oīm doctoꝝ doctiſſimꝰ et expertiſſimus aſpiciēs garrulos ⁊ i iudicio vrinaꝝ glioſos in multiloquio facundos. in ratione exiles et mutos in vrinaꝝ ſuo excellētiſſimo tractatu cuiꝰ doctrinā ſingularē ⁊ nulli ꝯpabilē in pleriſqꝫ dicit ſe ſecutū hiis ꝟbis ꝓbatiſſimis redarguit. q̄dā garruli et arrogātes vltra metam debitam excedūt variātqꝫ doctrinā cū regulis ꝓpꝛia auctoꝛitate inuētis. ſed deū teſtoꝛ et numina celi: qꝛ nec cura nec arte de ꝯceptiōe mulieris nec de epidimia nec de q̄rtana potui inuenire cognitionē certam per vrinā ſolam. eſt eñ fallax nūciꝰ et equiuocus.

Notar.

¶ Et ſudoꝛ in quartana eſt plurimus per cōparationē ad flegmaticā et nō multiplicatur per cōparationē ad alias. et ſitis minoꝛatur in hac febꝛe niſi ſit a melācolia colerica.

¶ In q̄rtana ſudoꝛ ē plurimꝰ in ꝯpatiōe ad flaticam: qꝛ in flatica ē maioꝛ opilatio. Itē groſſities flatis et viſcoſitas magis ꝓhibēt ſudoꝛē quā ſola groſſities melīe. et non eſt multꝰ in ꝯpatiōe ad alias. qꝛ aliaꝝ hūoꝛes ſunt ſubtilioꝛes. verū i ſanguinea raro accidit ſudoꝛ niſi ſit creticꝰ ⁊ ſilr i cauſone. et ſitis minoꝛatur in hac feb. in cōparatiōe ad alias p̄ter flaticā niſi pēdeat a melācolia colerica in qua ſitis eſt maioꝛ quā in ſanguinea ⁊ foꝛte quā in certa colerica.

## ¶ De cura. Cap. lxv.

Conſideretur in hac egritudine an ſit melancolia flegmatica: aut melancolia ſanguinea: aut melācolia colerica: aut melīa melīca. Deīde rege vnamquāqꝫ earum cum eo qḋ ei eſt cōueniens de illis que dicemꝰ.

¶ Hic curat q̄rtanā. p̄mo ponit curā eiꝰ cōem tam cōtinue ꝙ̄ interpolate lꝫ magis ꝯueniat iterpolate. ſcđo ſpālr hāc curam applicat ad ꝯtinuā. ſcđa ibi. (Diſpō huiꝰ feb.) p̄ma i duas. p̄mo ponit curā ꝑ medicinas ⁊ dietā. ſcđo p̄ncipalr ponit cibaria iſtis ꝯuentētia. ſcđa ibi. (Rectꝰ.) Pꝛia i duas p̄mo ponit vnde ſumit diuerſitas in cura q̄rtane. ſcđo ꝓſeq̄t. ſcđa ibi (Uerū in oībꝰ ſpēbꝰ). ¶ In p̄ma pte dicit. ꝯſideret in cura q̄rtane an pēdeat a melīa ſanguinea aut a melīa flatica aut a melīa colica aut a melīa melīca. i. natali aut gēita ꝑ aduſtionē eiꝰ. deinde rege vnāquāqꝫ eaꝝ cū eo qḋ ſibi magis ꝯuenit de illis q̄ dicemꝰ. hic aūt voluit intelligi diuerſitatē cure ſumptā ex parte tēpoꝛū ꝑ ea q̄ dicta ſunt i ca. de flatica. ambo eñ cōicāt in hoc ꝙ nō habēt admiſtrari ſubtiliātia et ꝓuocantia foꝛtia niſi aliq̄lr p̄digeſta materia. Et ſilr non debemꝰ ſoluere regulariter niſi p̄digeſta materia. de hoc etiā aliq̄d dicet i ꝓceſſu. explicauit aūt diuerſificari curā ſcđm ſpēs melīe. qꝛ melīa magnā diuerſitatē recipit i ſuis ſpēbꝰ ſcđm quarū diuerſitatē oꝫ curā q̄rtanaꝝ diuerſificari cū opoꝛteat vniuſcuiuſqꝫ quartane cauſam pꝛius abſcindere.

¶ Uerū oibꝰ ſpeciebus ſuis ſunt iudicia i quibus cōmunicant. et illud eſt qḋ ipſe minuītur in principio. quare neceſſe eſt vt attendatur an ſit ſanguis dominans in ea. et pꝛopꝛie quando quartana eſt a melancolia ſanguinea. tunc eñ flebothomet et extrahatur ſanguis ſcđm quātitatē neceſſi-

tatis

tatis:et fortaſſe exigit multitudo eius vt extrahatur de eo res plurima. Et quando nõ eſt neceſſaria flebotomia tunc flebotomia eſt nociua inquantũ debilitat et inquantũ educit cõtrariũ melancolie:⁊ inquantuʒ mouet humores ad exteriora.

¶ In iſta parte proſequitur curã. ⁊ habet tot partes quot ponit canones. ptes patebũt legẽdo textum. ¶ Primus canõ. nõ in omnibus ſpeciebus quartane ſunt iudicia in quibus cõicant:⁊ per iudiciũ intellige aliquã determinatã noticiã aut electionem aliquid faciẽdi aut omittẽdi. quorũ iudiciorũ primum eſt ꝙ oẽs minuãtur in principio ſi adſint conditiones faciẽtes neceſſariã eſſe minutionẽ quare in quacũq; ſpecie neceſſe eſt vt conſideretur an ſanguis ſit dominãs ⁊ ꝓprie quãdo quartana eſt a melancolia ſanguinea. tunc flebotometur ⁊ extrahatur quãtitas ſanguinis neceſſaria. et fortaſſe multitudo exigit vt extrahatur de eo res plurima. Scḋo dicit quod quãdo nõ eſt neceſſaria flebotomia eſt nociua inquantũ debilitat:et inquantũ educit cõtrarium melãcolie. ſcʒ ſanguinẽ qui ſcḋm cõplexionem cõtrariatur melãcolie. Itẽ inquãtum mouet humores ad exteriora. ¶ Notandũ quod minutio fit ſcḋʒ plurimũ ante alias euões. quia eſt euõ magis cõis et ſecurꝰ ⁊ cũ minori nocumẽto ⁊ maiori iuuamẽto fit in princip. quã qñ poſtponitur:⁊ p principiũ intellige tẽpus in quo egritudo parũ proceſſit. ſicut exẽpli gratia vſq; ad tres paroxiſmos et fit ad minorandũ et vt creſcat proportio virtutis ſupra reſiduũ materie. hic autem obſerua cõditiones ſepe dictas:quod ſcʒ peccet ſanguis aut melãcolia cũ ſanguine mixta ⁊ nõ ſit multũ diſtãs a natura ſanguinis:quod maxie cognoſcitur ex vrina rubea groſſa:et ꝙ virtus et etas conſentiũt. ¶ Scḋo notandũ ꝙ tria nocumẽta tangit quãdo flebothomatur flebothomia nõ exiſtẽte neceſſaria: qꝛ neq; ſanguis peccet:neq; melãcolia eſt ſanguini mixta. Primũ quia debilitat:vt ptʒ. ¶ Scḋm qꝛ melãcolia ex hoc magis malignatur:quia euacuat ſanguinem quia melancoliã rectificat cum ſit ſibi cõtrarius et hoc etiam notum eſt.

**Sed dubitatur** de tertio. vtrũ flebothomia moueat hũores ad exteriora ⁊ ratione huius ſit nociua. ¶ Pro ſolutiõe huius dubij notandũ quod flebothomia alicuꝰ vene trahit materias a locis qui cõicãt ad ipſam et ad venas ſibi propinquas. Unde cum vene que cõiter flebothomantur cõmunicẽt mẽbris intrinſecis ⁊ extrĩſecis flebothomia ex ipſis mẽbris intrinſecis et extrĩſecis trahet ma terias ad venas que flebothomãtur ⁊ ad venas ſibi ꝓpinq̃s. Ex quibus infertur prĩo ipſam flõmiã ꝯferre in apatibus mẽbrorũ exteriorũ minorãdo ⁊ diuertẽdo materiã ex eis niſi vena flebothomata ſit ꝓxia mẽbro apoſtemato. Ad ipm eñi traheret materiã ⁊ apa ipſum augeret maxie corpe exiſtẽte pleno. ¶ Scḋo ſequitur ipſam nocere in morſibꝰ venenoſorũ trahendo venenũ interius. ¶ Sequitur tertio ipſam nocere in variolis quãdo ꝓ magna parte materia petiuit exteriora:et ſiliter nocet in ſcabie et lepra:quorũ materia p maiori pte eſt extra. Cũ autẽ nõdũ exiuit aut pauca optime ꝯfert. ⁊ iõ in lepra aut ſcabie qñ materia iã exiuit nõ ſunt flebothomãde niſi vene parue per cutim ſparſe aut ſcarificãdo:aut ſup eis ſanguiſugas applicãdo aut ꝓpe. neq; etiã ꝯfert flebothomia in veneno bibito. Trahit eñi materias ad epar ⁊ mẽbra nobilia. Cõfert aũt flebothomia in apatibus mẽbrorum intrĩſecorũ minorãdo materiã et diuertẽdo eã exteriꝰ ad venã flebothomatã:⁊ cõfert in quartana qñ peccat ſanguis aut melãcolia eſt ſanguini admixta:qꝛ ſimul cũ ſanguie euacuatur melãcolia. nocet aũt quãdo nõ eſt ſanguini admixta. qꝛ mouet ipſam extra verſus venã q̃ flebothomatur et facit ipſam magis diſtare a locis a q̃bus faciliter põt euacuari:et cũ hoc nõ euacuat ipſam ſed potius ſanguinẽ qui corrigit ipam. ¶ Pro quo ſciendũ eſt ꝙ melãcolia ꝓ magna pte continetur in ramis vene porte. per quos defertur melãcolia ab epate ad ſplenẽ. Item ꝯtinetur in ſplene ⁊ etiã in vena chilis et in venis ſibi proximis. illa ſcʒ q̃ tranſit cũ ſanguie ad nutriẽdũ. que autem ꝯtinetur in vena porte et eius ramis facile põt expelli per meſeraicas ad inteſtina cũ meſeraice oriãtur a vena porte et illa que ꝯtinetur in ſplene facile expellitur ad ſtõm per venã q̃ defert melancoliaʒ ad os ſtomachi ad famẽ excitandã ⁊ facile cũ vomitu expelletur. illa ṽo que ꝯtinetur in vena chilis:facile p venas emulgentes expellitur ad renes et veſicã ⁊ cũ vrina educitur. Propterea dicit Auicẽ. ꝙ vrina eſt nigra: quãdo. ſ. melãcolia cũ vrina expellitur. nunc aũt qñ fit flebothomia meꝉia trahitur ab alijs locis ad extra ad venam q̃ flebothomatur ⁊ ab ea nõ fit facilis eius euacuatio niſi per cutim cũ ſudore aut inſenſibiliter. ⁊ hec euacuatio nõ eſt apta fieri niſi in lõgo tpe. vñ hec attractio quãuis faciat eam magis a corde diſtare. tamẽ magis nocet quã cõferat faciẽdo ipam elõgari a vijs ductuũ. ¶ Ex his facile ſolui pñt rationes q̃ cõtra hunc textuʒ fieri ꝯſueuerũt. Uiſum aũt ex dictis eſt quõ flebothomia materias q̃ ſunt exterius trahit intra:⁊ que interius trahit extra: et in quibus cõferat:et in quibus noceat.

¶ Et ſi opʒ vt euacuetur a principio de hũore faciẽte fe. aliquid ad alleuiãdum ⁊ mũdificandũ. Illud eñi apud digeſtionẽ eſt ſcḋʒ ꝙ innuã ad ipm ⁊ ſit poſt ꝑoxiſmũ per diẽ.

¶ Hic eſt ſcḋs canõ de euacuatiõe cũ ſolutiuis. d. ſi opʒ ꝓpter multitudinẽ melãcolie aut malignitatem eius aut ꝓpinquitatẽ ad aliq̃d mẽbrũ nobile euacuetur a principio de hũore faciẽte febrẽ ad alleuiandũ vt virtus fiat potẽtior ſupra reſiduuʒ ⁊ ad mundificandũ. ſcʒ materias cões q̃ in ſtõ ⁊ inteſtinis cõtinẽtur illud. ſ. euacuatio illa apud digeſtionem. ſ. cũ materia eſt manifeſte aut cõplete digeſta ſcḋm ꝙ innuã ad ipm:ſcʒ tẽpus in quo erit manifeſte aut cõplete digeſta. Scḋo dicit:ꝙ illa euõ dʒ eẽ poſt paroxiſmũ per diẽ ſcʒ in die tertia a die paroxiſmi q̃ eſt dies añs ſequentẽ paroxiſmũ. ¶ Notandũ ꝙ qꝛ quartana cõiter nõ eſt morbꝰ repletionalis ſicut flegmatica debemꝰ ſcḋm pluri mũ tardiores eſſe ad euacuandũ in quartana q̃ in flegmatica. ⁊ iõ ſcḋm plurimũ debemus in ea expectare notabilẽ digõnẽ anteq̃ ſoluamꝰ:ſʒ in flatica frequenter expectamꝰ ſolã occultã digõnẽ q̃ eſt in pricipio attamẽ in pricip. qñ materia eſſet multa:aut maligna aut valde nocẽs mẽbris nobilibꝰ coacte ſoluimus in pricip. qñ apparẽt occulta ſigna digõnis nõ expectata manifeſta digõne: ſed hoc eſt rariſſimũ:⁊ tunc melius eſt vt medicie eligẽtes miſceantur cũ medicinis lenientibꝰ ſicut. ℥. ß. caſ. cũ. ʒ. ſ. ſene. ⁊. iij. gra. ʒinʒi. ¶ Notãdũ ſcḋo pro declaratiõe ſcḋi dicti ꝙ due ſunt potiſſime cauſe quare in quartana debemus ſoluere die tertia a paroxiſmo ⁊ non die ſcḋa. Prima qꝛ virtus debilitata ex p̄cedẽti paroxiſmo eſt magis ꝯformata in die tertia q̃ in die ſcḋa. Scḋo qꝛ materia melãcolia eſt magis cumu



Scabioſi nec leproſi flebotomãdi

lata in die tertia ⁊ preparata pro ſcdo paroxiſmo et magis irritans virtutē in die tertia quā in die ſecunda. ⁊ rōne huius facilius eſt euacuabilis.

**¶ Et non oportet vt fiat prouocatio in primis cum fortitudine.**

¶ Hic eſt tertius canō. d. nō oportere fieri ꝓuocatiōnē. ſ. vrine in pricipio: ſcꝫ cū fortibus. nam iuxta ſuperius dicta opꝫ ante adminiſtrationē ꝓuocantium fortiū precedere digeſtionē ⁊ notabilem minorationē.

**¶ Et opꝫ adminiſtrētur mollificātia.**

¶ Quart⁹ canō opꝫ vt adminiſtrent̄ mollificātia: ideſt humectantia ad materie digeſtionē.

**¶ Et ſi tibi nō videtur bonū vti potiōibus adminiſtra loco earū cliſteria cōueniētia: ſꝫ opꝫ vt ſint leniā ⁊ nō ꝯceditur cōfortatio eorum niſi quādo ꝯſequit̄ egritudo ſtatū.**

¶ Quintus canō. ⁊ ſi tibi nō videt̄ bonū vti potionibus: ad educendū materias cōes contētas in ſtomacho et in inteſtinis groſſis: q꜄ forte eger abhorret: aut nō cōtinent̄ educēde niſi in inteſtis groſſis. adminiſtra loco earū cliſteria diuretica: ſed opꝫ vt ſint lenia: ſed nō cōcedit̄ vt ſint fortia niſi qn̄ egritudo cōſequitur ſtatū. i. quādo eſt in ſtatu aut ꝓpe ſtatū quo ad digeſtionē. ¶ Hic nota ꝙ cliſteria acuta exigunt digeſtionē cura regulari. xvj. tertij cap̄. de cura colerice paſſionis.

**¶ Et ſi medicus iam preſumpſerit et ſolutione eduxerit melancoliā in principio aliquotiens forti et prohibuit egritudinē penitus ſed eſt rectum ab errore.**

¶ Sextus canō. et ſi medic⁹ preſumpſerit cōtra canones datos ab autorib⁹ ꝙ nō dꝫ fieri euō in principio cū fortib⁹ niſi materia fuerit multa aut furioſa: ⁊ ſolutiōe eduxerit melācoliā aliquotiēs ſolutione forti: ⁊ ꝓhibuit egritudines penit⁹. eſt tamē ipſe vel opus eius rectū ab errore. i. ab electiōe erronea nā quāuis hac vice ſibi ſucceſſerit: quia forte materia erat in vijs ductuū forte in centū caſib⁹ ſibi nō ſuccedet. potius ergo ex hac operatione vituperādus eſt quā laudandus.

**¶ Et oportet vt prohibeat̄ in die paroxiſmi a comeſtiōe ⁊ p̄cipiat̄ ieiuniū et ꝓhibeat̄ ab aqua frigida illa die. Et eſt neceſſariū in reliquis diebus vti carne taiegi aut pulli in primis taiegi vſqꝫ ad tres vel quattuor periodos. deīde pulli. tūc eñ pullus ē melior.**

¶ Septim⁹ canō. dꝫ vt ꝓhibeat̄ in die paroxiſmi a comeſtiōe ⁊ ieiunet. ⁊ eadē die ꝓhibeat̄ ab aq̄ frigida ⁊ in reliq̄s dieb⁹ vtat̄ carne taiegi. i. auicularū aut pulli. ſꝫ in primis taiegi vſqꝫ ad tres aut q̄ttuor periodos deīde pulli. tūc eñ pullus ē melior. Qđ in p̄ria p̄te dicit. intelligi dꝫ cōſtante virtute ⁊ quartanario nō exn̄te de illis qui famē tolerare nō pn̄t. de quib⁹ in ca. de cibatiōe febricitantiū dictū fuit. Cōis tn̄ mos i t̄pe nr̄o eſt vt det̄ aliq̄d i declinatiōe paroxiſmi vel poſtq̄ decliauit. obſerua tn̄ etatem ⁊ ꝯſuetudinē. ꝓhibetur aūt aqua frigida non ſolum in die paroxiſmi ſꝫ in quocūqꝫ die ne igroſſet et icrudet materiā. Explicuit tamē diē paroxiſmi q꜄ videt̄ hac die magis conuenire rōne eſtus febrilis. ¶ Ultimo notandū ꝙ q꜄ materia quartane in princip. eſt amplior terreſtrior ⁊ magis grauatiua ꝟtutis: nec expectat̄ criſis de ꝓpinquo: ⁊ ſtatus eſt remotus. Auic. potius ordinauit dietā tenuē in princip. ꝓpter cauſam dictā attendēs diſpōni tūc pn̄ti ſperās ꝓpter lōginquitatē ſtat⁹ ꝙ poſtq̄ attenuauit poterit iterū ingroſſare ⁊ poſtea ꝓcedere ſubtiliādo vſqꝫ ad ſtatū. hoc eñ mō dietādo natura nō grauata cibo in princip. melius vacabit digeſtioni materie. poſtea virtute reſoluēte attendet̄ cū dieta groſſiori. poſtea iterū ſubtiliabit̄ dieta ſꝫ exigentiam ſtatus.

**¶ Et ſit medicia in die paroxiſmi geleniabim confricatum cuꝫ aqua calida in die bis aut ter. ſintqꝫ. ʒ. iij. geleniabim. cum. ʒ. decē ſirupi acetoſi.**

¶ Octauus canō. ſit medicina in die paroxiſmi geleniabim: ideſt iuleb aut zuccaruꝫ roꝫ vel mel roꝫ. diſſolutū cū aq̄ calida. ⁊ exbibeat̄ bis aut ter in die dando ꝑ vice. ʒ. iij. geleniabim. ⁊. x. ʒ. ſirupi acetoſi ſimplicis mixti. ſ. cum aqua calida tāte quātitatis vt bibi poſſit. ¶ Cōtra. q꜄ superi⁹ in cura gn̄ali putridarū ꝓhibuit aquā ordei in hora paroxiſmi zuccarū ⁊ iuleb. ¶ Ampli⁹ acetū nocet his q̄ habēt dominiū melācolie. tertio regiminis acutorū tex. cōmenti. ¶ Ad primū dicenduꝫ ꝙ hic pot⁹ dꝫ dari in die paroxiſmi nō autē in hora paroxiſmi niſi forte in declinatiōe. Dicendū etiā ꝙ hic potus eſt magis medicinalis ⁊ minus nutritiu⁹ quā zucca. ⁊ aq̄ ordei vl̄ iuleb. ꝓpterea in hac mixtiōe ſit multū de aqua in cōpatiōe ad geleniabim ⁊ ſirupū acetoſuꝫ et ſit parū nutritiu⁹ ⁊ multū medicinalis. ¶ Ad ſecundū d꜄ ꝙ licꝫ acetū ſit ſm̄ cōplexionē ſilē melancolie ⁊ rōne hui⁹ augeat ⁊ foueat ipſam: ſua tn̄ malitia rectificatur per zuccarū. Et ſit hic potus bonum digeſtiuū aliquibus diebus in principio. confert eñ abſtergēdo et incidēdo.

**¶ Et tu quidē ſcis ꝙ quādo melācolia eſt colerica: tūc opꝫ vt adminiſtret̄ in ea qđ ſoluat eā ex genere mirabolanorū ⁊ viole. Et ſi eſt flegmatica opꝫ vt adminiſtret̄ in ea aliquid in primis in quo ſit virtus polip. ⁊ epithimi et ſimiliū. Et ſcias ꝙ aqua caſei ē bonuꝫ vehiculū ei qđ adminiſtrat̄ de virtutib⁹ predictis. et fortaſſe confert adminiſtratio eius ſoli⁹ quādo ē calitas violēta. nam geleniabim ⁊ aqua ei⁹ colata cū decoctione ſua forti eſt loco ipſius. proprie quādo eſt in ſtomacho debilitas aut eſt illud qđ vincit humor frigidus.**

¶ Nonus canō. ꝙ in melācolia colerica ſoluatur ſcꝫ cū mirabolanis ſcꝫ citrinis et indis ⁊ violis. citrini eñ educūt colerā. nigri melācoliā aduſtā. viole aūt ſoluūt colerā ⁊ cū hoc infrigidāt ⁊ humectāt et ad ſoluendū opꝫ de iſtis dare multā quātitatē: ſed ſi eſt melācolia flegmatica opꝫ in primis quādo ſcꝫ materia nō eſt niſi diminute digeſta: ſoluere cū virtute polipodij et epithimi et ſimiliū ſicut ſene. nā in primis nō debem⁹ euacuare niſi cū medicina debili. per virtutes ergo iſtarū medicinarū intelligit̄ aut doſes paruas: aut earū infuſiones aut decoctiones. Et ſcias ꝙ aqua caſei eſt bonū vehiculū. i. bene vehit ꝟtutes medicinarū ſoluentiū melancoliā qn̄ ſecū permiſcetur: ſiue ſolū infundantur cū ea: ſiue corpora earū miſceant̄: et forte ipſa ſola adminiſtrata cōfert quādo caliditas eſt violenta: et al geleniabim ⁊ aqua eius colata decoctione ſua forti: ideſt quādo geleniabim multum decoquitur in aqua ⁊ poſtea colatū in loco hui⁹. ſ. aque

caſei ꝓpter

caſei ꝓprie quādo ſtomachus eſt debilis et domi/natur humor frigid⁹. ¶ Notādū ꝙ aq̄ caſei ſiue la/ctis: licet ſit calida et ſicca et ſolutiua humoris co/lerici aduſti et mixta cū ſoluētibus melancoliā iu/uet ipſius ſolutionē ⁊ optime vehat virtutē earum contra melancoliā: attamē rōne quarundā partiū frigidarū ⁊ humidarū nocet ſtomacho frigido. ꝓ/pterea bonū eſt in hoc caſu vt ꝓprie dominātē hu/more frigido ſicut melācolia flegmatica vice eius capiatur aqua decoctionis mellis roſ. que cū hoc ꝙ confortat ſtomachū eſt bonū vehiculū medicina/rum ſoluentiū melancoliam.

Chāperius. Utiliſſim⁹ aūt eſt vomitus ex pituita et bile ꝯmixta nō craſ/ſus euomit᷑. vo/mitus eīm q̄ mi/nꝰ mixti com/poſiticꝫ nō ſūt mali: nam vita/les ⁊ laceratio/nis ⁊ difficulta/tis exeūdi indi/ceſſunt: cū hoc etiā ſignum eſt dominari ſolā bilē. Uerū va/rios quocꝫ col/pes etiā vomi/tus vt liuidos ⁊ nigros et por/raceos: ſunt nā ꝗbi pernicio/ſi.

¶ Et vomitus iterū et ꝓprie ante cibum et poſt cibū ⁊ eſt cōuenientior: et ꝓprie in die paroxiſmi ⁊ ante paroxiſmū: ⁊ ꝓprie quādo melancolia eſt flegmatica eſt de rebus iuuā/tibus in ea et nō in principio tm̄: immo et in omni hora.

¶ Decimus canō. vomitus ante cibū et poſt cibū eſt valde conueniens ⁊ ꝓprie in die paroxiſmi ma/xime quādo melācolia eſt flegmatica et de rebus iuuātibus in ea non tm̄ in princip. imo in oī hora.

**Dubitatur** an in die paroxiſmi cōueniat vomitus: ⁊ arguit᷑ ꝙ non quia in die paroxiſmi non cōuenit euacuatio. ergo nec vomitus. tenet cōſequētia. et antecedēs eſt Auicē. in cap̄. de cura putridarū in gn̄ali. ¶ Scdō vomit⁹ accelerare facit paroxiſmū ⁊ facit ipm̄ acutiorem: ergo nō cōuenit. antecedēs ꝓbatur: q2 agitat ma/teriā febris: ⁊ nō educit: et vomitiua ſunt vehemen/ter calefactiua. ¶ Tertio medicina ſolutiua vētris nō ꝯuenit ante paroxiſmū ergo nec vomitiua. te/net cōſequētia: q2 nō apparet ratio diuerſitatis: et antecedēs eſt manifeſtum ex cōi modo operandi. ¶ Quarto melancolici nō ſunt euacuādi ſuperius ſed inferius: ergo queſtio falſa ꝑ parte affirmati/ua. et aſis ponit᷑. iiij. affo. affo. ix. Melācolicos ꝟo infert⁹ ⁊c. ¶ In oppoſitū eſt hic Aui. ¶ Pro decla/ratione dubij p̄mittendū p̄io vomitū duplici vo/mitiuo poſſe ꝓuocari. forti ſicut cū elleboro: aut de/bili ſicut cum decoctiōe raphani. ¶ Scdō p̄mittē/dum ꝙ in quartanarijs habētibus ſtomachū debi/lem materie flegmatice et aliquādo melācolice in eo continent᷑ p̄io paulatim in ſtomacho congeſte aut aliunde deriuate per viā colligantē os ſtoma/chi cum ſplene: que quāuis nō ſint materie ꝓprie quartane: inflāmate tamē a calore feb. fouēt quar/tanā et augēt. ¶ Tertio p̄mittendū materias quar/tanarum maxime aſſtes in venis ſplenis aut ſibi ꝓpinquis ꝯtineri ⁊ eas pelli ad ſtomachū per ve/nam colligantē ſplenē ori ſtomachi. Contingens eſt tamem has aut earū partem pulſas ad venas poſt epar diſtātes a ſplene in feb. interpolatis mo/ueri extra venas. in continuis ꝟo moueri de venis magnis ad paruas. ¶ Quibus p̄miſſis ſit hec pri/ma cōcluſio. nunꝗ̄ regulariter in die paroxiſmi an/te paroxiſmū per vomitiuū forte eſt fortis vomit⁹ prouocādus. ꝓbatur: q2 illud agitat inquietat ac/celerat ꝑoxiſmū debilitat virtutē q̄ iterū futura ē de/bilior ꝑ paroxiſmū ſecuturū. ¶ Scdā ꝯcluſio in die paroxiſmi ante cibū et poſt cibū ꝯuenit vomit⁹ cū leui vomitiuo. ꝓbatur. nam ſi corpus de facili vo/mat ſine premiſſione cibi concedi pōt ad diuerſio/nem melācolie que pelli debet ad locū minere pu/tredinis et ad trahendū melācoliā a ſplene ad ſto/machum ⁊ cum vomitu euacuet᷑. Nō ſi nihil iſtorū fiat ſaltē materie in ſtomacho ꝯtente fouētes feb. euacuabūtur. Si aūt vomat difficulter melius eſt cibum p̄mittere vt vomitus faciliteᷓ. ¶ Tertia cō/cluſio vomitus fortis cū vomitiuo forti cōuenit in die quietis materia predigeſta in corporibus aptis vomitiui ⁊ cōſuetis vomitu purgari maxime natu/ra ipm̄ tentāte. ꝯcluſio ꝑ3. cū per vomitū materia melācolica ſit optime apta purgari: et eſt de inten/tione Aui. in parte ſequēti. ¶ Quarta ꝯcluſio. qua/cuncꝫ hora natura tentante vomitū ſiue in paroxiſ/mo ſiue in quiete materia digeſta aut non digeſta eſt adiuuādus ſaltē cum lenibus. hec ꝯcluſio eſt de intentiōe Aui. in cap̄. gn̄ali curatiōis febriū putri/darū ⁊ in p̄ſenti pte. Et ex his ꝑ3 ſolutio ad duas primas rōnes. ¶ Ad tertiū dicit᷑ ſm̄ Gentilē. ꝙ nō eſt ſimilitudo de vomitiuo et ſolutiuo exhibito an/te paroxiſmū: q2 non potes regulare farmacū tuū ⁊ dicere agas hoc anteꝗ̄ paroxiſmus ſuꝑueniat. Nec potes precipere vt agat in humorē motum et nō in alium: immo aget in totū. Et fiet magna cō/motio que nō deberet cum farmaco cōcurrere: ſed tuti⁹ eſt in die quietis ſolutiuū exhibere. vomitiuū autē exhibet᷑ cū materia in ſtomacho exiſtit vt ad ipſum attracta educat᷑ nec aget vlterius. ¶ Preter/ea cōtra dicta inſtatur q2 ſuperius in cap. cure pu/tride in generali dictū fuit ꝙ in die paroxiſmi non fiat euacuatio gratia. cauſe ꝯiuncte: q2 illa mouet᷑ motu cōtrario farmaci. nam tam vomitiuū quā ſo/lutiuū trahit a circūferētijs ad centrū: et hic dicit Auicen. ꝙ in quartana fiat vomit⁹ vt diuertat ma/teriam a parte ſui motus ad ſtomachū ⁊ inteſtina. ¶ Rn̄det Gētilis ꝙ materie que ſunt diſtātes a ſto/macho nō debent nec forte poſſent diuerti ad ſto/machū: q2 illud nō fiet ſine forti motu debilitāte ⁊ violētāte: cōcurrente tamē motu ꝑoxiſmi. ſed mo/tus materierū q̄ ſunt prope ſtomachū poſſunt vo/mitu facto nō cū forti farmaco diuerti maxie quā/do melācolia eſt flegmatica. hora aūt iſtius vomi/tus debet eſſe prope paroxiſmū tm̄. q2 aliqua cō/motio incipit in materia ⁊ hoc eſt ꝑ horā ante pa/roxiſmū vel circa. vel forte inchoāte paroxiſmo ſe/cundū ꝙ tibi videtur. et hoc eīm fit ad educendum materias que ſunt in ſtomacho ⁊ prope ſtomachū et quia hora paroxiſmi cōmouētur ſunt tunc faci/lioris eductiōis. ¶ Ad quartū d2 ꝙ melācolia ſuꝑ/flue ⁊ ſcdm̄ totum repleti regulariter ⁊ electiue nō ſunt euacuādi cum forti farmaco ſurſum: deorſum plurimi melancolia declinante deorſum.

¶ Oportet ergo vt nō laboret᷑ in pricipio et in principijs digeſtionis vſcꝫ ad euētum complementi digeſtionis in euacuando ſu/perfluitatem cum eo quod calefacit cū for/titudine: necꝫ cum eo qđ̄ exiccat cum forti/tudine ex medicina et dimiſſione ciborum: necꝫ cū eo qđ̄ debilitat ex ſolutiōe vētr3 necꝫ iterum cum eo quod debilitat in principio ex ſubtiliatione regiminis.

¶ Undecimus canon. op3 vt nō laboret᷑. ſc3 in pri/cipio cū materia eſt cruda. necꝫ in principijs dige/ſtionis: ideſt cū materia eſt occulte digeſta: ſed di/mitte vſcꝫ ad cōplementū digeſtiōis in euacuādo melancoliā cū eo qđ̄ calefacit cū fortitudine ſicut diatrompipercon. nec cum eo qđ̄ fortiter exiccat ex medicina ſicut dyaſulphur et ex dimiſſione ciboꝝ ſc3 nihil exhibēdo. necꝫ cum eo quod debilitat in paroxiſmo ex ſubtiliatiōe regiminis ſicut eſt dieta propinqua tenuiſſime que eſt nihil dare. quorū cō/cordiam habes in Serapione. vſ. breuiarij. cap̄. xv. de cura quartane: que dicta ſunt cōtra quoſdā im/

periſtos pꝛofitentes ſe curare oẽs quartanas quoꝝ aliqui parum ante paroxiſmū dant parū aque vitis. aliqui dant tria grana piperis ⁊ febꝛem augēt materiā dilatāt et permiſcentes malum cum bono ſunt cauſa alterius quartane. Illi autem qui dant exiccantia ſicut ſulphur reſoluūt ſubtile: et reliquū dimittunt ineptum digeſtioni et euacuationi. qui vero nihil cibi exhibēt aut modiciſſimū debilitāt virtutē. Qui vero dant medicinas exoluentes educunt hūoꝛes nō educēdos agitāt et permiſcent humoꝛem melancolicū cum bono qui ab eo coꝛrūpitur et componunt quartanā cum quartana et debilitant virtuteꝫ. Hec tamen exhibita in declinatiōe digeſta materia ⁊ minoꝛata frequēter curant quartanam vna aut bina exhibitione.

Et ſcias quod quando īcipit quartana in eſtate aut hyeme: tunc opoꝛtet vt in potu detur in pꝛimis de aqua oꝛdei ⁊ ſecaniabim vt aperiat vias opilatas pꝛopter pꝛouocationē ⁊ conſumatur velociter: ⁊ illō eſt poſt periodum antecedentem tribus hoꝛis aut quatuoꝛ. Et cuꝫ accidit quartana in hyeme tunc non eſt modus vt dent̄ ī potu trociſci.

Duodecimus canon. et ſcias quod quando fit quartana in eſtate aut in hieme bonū eſt vt detur in pꝛimis: ideſt in pꝛīcipijs de aqua oꝛdei et ſecaniabim: ideſt ſirupo acetoſo mellino aut zuccario ſimplici aut compoſito ſecundū exigentiaꝫ vt aperiat vias opilatas vt materiam pꝛouocandā conſumat velociter: et hec dentur poſt finem periodi per tres aut quattuoꝛ hoꝛas. Secundo dicit: qō quando accidit quartana in hieme non debent dari trociſci. ſunt enim ſtiptici et ſicci cōmuniter opilantes: ſed opilationeꝫ maxime vitare opoꝛtet. potus autem ſupꝛaſcriptꝰ ex ſirupo acetoſo cū aqua oꝛdei datur ad humectandū: ſubtiliādum aperiendum et ad pꝛouocandum pꝛopꝛie. in eſtate fit zuccarinus cum aqua multa: ſed hieme mellinus cum aqua pauciori.

Et ſcias quod res frigide et humide facilis digeſtionis boni chimi ſunt conueniētes huic egritudini inquantum febꝛis: ⁊ ex hoc quod ſunt contrarie vni duarum qualitatum melancolie que eſt ſiccitas. q̄re opoꝛtet vt adminiſtretur iterum vbi nō timetur nocumentum digeſtionis. et non ſit quantitas ex qua timetur nocumentum in digeſtione. aut miſceat̄ cum eis aliq̄d qō earū frigiditatem temperet et non minuat earum humiditatem. et iſte ſunt res calide cum equalitate. et alienetur omne frigidū et ſiccum. et res frigide et humide huic egritudini cōuenientes ſunt ſicut endiuia et lactuca ⁊ melon et perſica quandoqꝫ. Et non opoꝛtet vt deuitentur huiuſmodi niſi aut ꝓpter vehementiam frigiditatis. et eſt inuentū ſicut in lactuca: et non eſt inuentum ſicut in melone dulci. aut pꝛopter vehemētiam pꝛouocationis perducentis ad ingroſſationē ſanguinis. et illud eſt inuentum in melone dulci. aut pꝛopterea quia pꝛeparata ſunt ei qō permiſceat putredinem: et illud eſt inuentū in perſicis. et opoꝛtet vt obſerues huiuſmodi. Cibi vero calidi cum equalitate cum additione in humiditate ſunt iuuantes valde et pꝛopꝛie cum volunt equationeꝫ caliditatis eoꝛum vbi non diligitur vt per ea fiat iuuamentum ad digeſtionem cum frigidis et humidis ſicut commixtio ficuum cum endiuia. ⁊ nō eſt malū in pꝛimis ſumere ea in quibus eſt ſalſedo et acredo et inciſio cum non timetur crementum caliditatis. in fine aūt egritudinis nō eſt excuſatio illius.

Decimustertius canon. et ſcias quod res frigide et humide facilis digeſtionis boni chimi ſunt conuenētes in cura huius egritudinis inquantū feb. ꝯueniūt etiā ratione cauſe in hoc quod contrariātur ſiccitati melancolie: ſed opꝫ vt hec adminiſtrētur vbi non timetur nocumētum digeſtionis: quia frigida debilitāt digeſtionē. nec ſint in multa quātitate pꝛopter eandem cauſam: aut ſi timeatur eoꝛum frigiditas miſceatur cum eis aliquid qō temperet eoꝛum frigiditatē et nō minuat humiditatē. Iſta autem ſunt remiſſe calida ⁊ vitetur omne frigidum ⁊ ſiccum. Et res frigide ⁊ humide ꝯuenientes patiētibus hanc egritudinē ſunt ſicut endiuia lactuca melon et perſica. quādoqꝫ nō debēt hec vitari niſi ꝓpter vehementiā frigoꝛis ſicut in lactuca q̄ eſt frigida in ſcdō: ⁊ nō eſt in melone dulci bene pempaſato: aut aliq̄n vitātur iſta ꝓpter vehementiā ꝓuocātis ꝓducētis ad ingroſſationē ſanguinis eductis partibus ſubtilibꝰ ⁊ remanētibus groſſis: ⁊ illud ſcꝫ ꝓuocatio ē inuētū in melone dulci maxie q̄n comedit̄ cū ſeminibꝰ ſuis ⁊ partibꝰ ſibi ꝓximis: cōpeteret etiā cū ſeminibꝰ ſuis melācolia digeſta. Perſica aūt ſibi ꝯueniūt ſi decoquant̄ aut ſi dentur cōſuetis infuſa in pauco vini puri qō rectificat ipſa in ca. de ꝑſicis ⁊ griſſomilis. Cibi vō calidi nō multū ſed notabilr̄ humidi iuuāt valde. et pꝛopꝛie cū volumꝰ moderate calefacere ſicut in mel̄ia fecali ⁊ in mel̄ia flegmatica. et in ſumma in oī ſpecie melācolie quā nō intendimꝰ digerere cuꝫ frigidis ⁊ humidis ſicut eſt mel̄ia colerica. melancolia ſanguinea ⁊ melācolia genita per aduſtionē melācolie mel̄ice. In his enī ꝯueniūt frigida et humida. Exemplū calidoꝛū ⁊ humidoꝝ ſicut ficus cū endiuia iura pinguia pulli bene pingues ⁊ ſimilia. Subdit tamē ꝙ nō eſt maluꝫ in pꝛincipijs ſumere ea in quibus eſt ſalſedo et acuitas ⁊ inciſio cum nō timetur caliditas ſuperflua ſicut in melācolia naturali et flegmatica. In fine autem egritudinis nō eſt excuſatio ab ea: ſcꝫ ſalſedine et acuitate. Notādum quod iſta ſalſa ſunt ſicut almuri. acuta ſicut ſinap̄. inciſiua ſicut acetū cōueniunt a pꝛincipio aliqua digeſtione apparente. nam rectificant ſtomachum pꝛeparāt materias: et quandoqꝫ eis vtimur ad vomitū digeſta materia et mīoꝛata. his vtimur copioſius ad ſinīendū ⁊ reſoluendum materias.

Et trociſci de abſinthio iuuatiui ſunt vſqꝫ ad finem egritudinis.

Decimusquartus canō. trociſci de abſinthio cōueniunt a manifeſta digeſtione vſqꝫ ad finem egritudinis. quia ſunt aperitiui et confoꝛtatiui. tempore tamen noſtro his non vtimur ſed aliqua confectione eiuſdeꝫ intentionis loco eoꝛum ſicut aromaticum ro. electuariū regum et ſimilia.

Et de illis quibus fit iuuamentū eſt ſeſſio in aqua calida dulci ante cibuꝫ omni die

et balneatio

et balneatio que humectat ⁊ nō facit ſudare neqꝫ excitat caliditatē ⁊ continuatio delitiarum et quietis ⁊ abhorrere exercitium ⁊ motus corporeos ⁊ animales.

¶ Decimuſquintus canō: et de iuuātibus eſt ſeſſio in aqua calida dulci ſtomacho ieiuno ⁊ balneatio que humectat ⁊ nō facit ſudare nec excitat ad caliditatem et continuatio delitiarū et abhorrere exercitium et motus corporeos et animales. ¶ Notandū ꝙ a principio nō digeſta materia conceditur balneū parue more ad humectanduꝫ et poros dilatandum. digerit enim materiam melancolicā: et non agitat neqꝫ per corpus eam fluere facit: ſed digeſta materia et minorata conuenit balneū longioris more ad reſoluendum. ideo in pricipio motus abhorremus corporeos et animales qui magis in fine conueniunt.

¶ Et omnes iſte febres indigent humectātibus ⁊ diuerſificātur in quantitate infrigidatiōis ⁊ calefactiōis. ⁊ neceſſitas ſua qua indigent exiccatiuis eſt propter illud qđ eſt in eis de virtute inciſionis ⁊ abſterſiōis ⁊ ſolutionis et non propter exiccationē.

¶ Decimuſſextus canon. et omnes iſte feb. indigēt humectātibus: et diuerſificātur quantitate calefactionis et infrigidationis. Cauſa autem quare indigent exiccatiuis non eſt propter exiccare: ſed qꝛ in ſicco eſt virtus inciſionis abſterſionis ⁊ ſolutionis quibus indigetur in hac egritudine.

¶ Et oportet vt obſeruetur ſtomachus cū emplaſtris bonis confortantibus que ſunt inter virtuteꝫ caliditatis et ſubtilitatē eius ſecundum quod exigit diſpoſitio et obſeruetur ſplen ⁊ epar ⁊ regantur vt non indurentur ⁊ apoſtementur.

¶ Decimuſſeptimus canon. et oportet vt obſeruetur ſtomachus cum emplaſtris confortātibus que ſunt inter fortem caliditatem ⁊ remiſſam ſecundū exigentiā diſpoſitionis ⁊ obſeruetur ſplen ⁊ epar. et taliter regantur vt non indurentur et apoſtementur. Cauendum eſt itaqꝫ a groſſis et viſcoſis: ⁊ vtēdum eſt ſubtiliantibus inciſiuis abſterſiuis et aperitiuis.

¶ Et fortaſſe eſt neceſſarium ad prouocādum vomitum vti aqua raphani cum ſemine ſuo que miſceatur cum ſirupo acetoſo. Et fortaſſe iuuatur cum anteceſſione comeſtionis ſicle. ⁊ eius quod ſalitum eſt de piſcibus ⁊ ſinapis ⁊ his ſimilium ante ipſum. Et adiuuatur poſt illud cum potu aque multe deinde fiat ſucceſſio cum ſirupo acetoſo et euomat. Et de illis que conferunt ei ē vt ſumat ipſum in die paroxiſmi. deinde euomat ſuper ipſum ⁊ ſecuritatem facit a nocumento febris quod eſt propter frigus et rigorē ⁊ acuitatem febris ſi ſumat allia ⁊ mel ⁊ bibat ſirupum acetoſum mellinum ⁊ impleatur cibo. Deinde ſumat aquam calidam et euomat. Cum ergo cōſumitur paroxiſmus cenet rem paruam ⁊ balneetur in mane. Et ſi ſumat ante paroxiſmum quinqꝫ horis cibum vt euomat fortaſſe iuuabit illud: licet non euomat. Et vomitus ante paroxiſmum quicunqꝫ humor ſit aut alleuiat paroxiſmū aut eradicat ipſum.

¶ Decimuſoctauus canon. de vomitu ⁊ fortaſſe neceſſarium eſt ad prouocandū vomitū vti aqua: ſcꝫ decoctionis aut expreſſionis raphani cum ſemine ſuo que miſceatur cum ſirupo acetoſo zuccarino aut mellio. expreſſio tñ raphani eſt fortior ꝙ decoctio et ſi'r ſemen raphani eſt fortius quā radix ei⁹ et fortaſſe iuuatur vomitus et facilitatur prius comedēdo blitem et aliquid ſalitū: piſces. ſ. ſinapim et ſimilia anteqꝫ vomitiuū detur et bibendo multam aquam: et poſt hanc comeſtionē et potum ſcꝫ per horam detur ſirup⁹ acetoſus cum aqua raphani. Secundo dicit: ꝙ de illis que cōferūt ad vomitiuum eſt vt ſumat voomitiuum in die paroxiſmi: deinde euomat. Et tertio dicit: quod ſecuritatem facit a nocumento ſequente frigus rigorem ⁊ acuitatem eius: ſcꝫ rigoris ſi primo ſumat allia ⁊ mel ⁊ bibat ſirupū acetoſum mellinum et ipleatur cibo. deinde ſumat aquam calidam et euomat. Quarto dicit: quod cum conſumitur paroxiſmus cenet rem paruam ⁊ ſi ſumat ante paroxiſmū quinqꝫ horis cibum et euomat fortaſſe iuuabitur valde licet etiaꝫ nō euomat: quia nutrietur ex cibo ſumpto. Quinto dicit: quod vomitus ante paroxiſmum quicūqꝫ humor ſit: alleuiat paroxiſmum aut eradicat quando materia propria eſt pauca et ꝓpinqua ſtomacho. vomitu enim educitur.

¶ Et de regimie bono eſt quod ieiunet in die paroxiſmi ſi non eſt quod prohibeat: et non ſumat cibum donec conſumatur paroxiſmus: et ingrediatur balneum die ſecundo. ſiquidē fuerit digeſtio ſecundum deſcriptionem: et ſi non fuerit digeſtio non fiat in eo niſi effuſio aque calide quantitate quam delectat corpus et humectat minus quā vt perueniat ad hoc vt liquefiat ex ea humor. Et in die tertio adminiſtretur vomitus propter illud quod ſupfluit de cibo et quod reſoluit balneum. quāuis oporteat vt adminiſtretur vomitus in die paroxiſmi iterū.

¶ Decimuſnonus canon. de regimine bono eſt vt ieiunet in die paroxiſmi niſi ſit aliquid quod prohibeat ſicut eſt etas aut timor caſus virtutis ⁊ non ſumat cibum niſi finito paroxiſmo ⁊ ingrediat̄ balneum: ſcꝫ in die ſcđo ad reſoluēdū reliquias materierum. Quod ſi materia fuerit digeſta fiat balneū ſecundū diſpoſitionē ſupple ordinatam tranſeundo per caſas vt deſcribitur ſcđa primi. et trahēdo ſufficiētem moram in eo. ⁊ ſi materia non fuerit digeſta non fiat niſi effuſio aque calide ꝗtitate que delectet corpus et humectet, et non perueniat ad hoc vt liquefiat per eam humor. ⁊ in tertio die que eſt ante paroxiſmū ſequentē adminiſtretur vomitus per illud quod ſuperfluit de cibo. ſuſpicanduꝫ eſt enim quod ſtomachus habeat aliquas ſuperfluitates per indigeſtionem multiplicatas et balneatio aliquas materias calefacit et mouet ad ſtomachum. et hoc eſt preceptum Raſis. xviij. continētis capitulo de quartana autoritate Conſtantini. Dicit enim. Quare vero balneuꝫ ſpargit ſuperfluitates ad ſtomachum ⁊c. neceſſarius eſt vomitus in tertia die. non tamen vult Auicenna propter vomi

tum factum ī tertia die tu excuſeris a vomitu quar
te dici que eſt dies paroxiſmi.

¶ Quod ſi materia fuerit ſanguinea iuua⸗
bitur cuꝫ flebotomia ex baſilica. deinde per
euacuationē ſubtilē cum eo in quo ponunt
de mundificātibus ſanguinē ſicut virtutes
ſuchaa: et bedeguar: ⁊ polipo. et fumiterre.
et mirabolanoꝛum kebul. ⁊ hoc quidem ge
nus velociter recipit curationē. Et ſi fuerit
melācolia colerica. tunc tibi ineſt vt admini
ſtres infrigidationem ⁊ humectationē vlti⸗
mas ex medicinis ⁊ cibis: et admiſtra aquā
temperatam ſedendo in ea et abluendo. et
fiat lenificatio nature in pꝛincipio cum eis
que ſunt ſicut illud quod fit ex violis. et qđ
fit ex aqua caſei cum virtute polipo. aut ſi⸗
rupus acetoſus cum epithimo. et ſirupꝰ ro⸗
ſa. et aqua iuleb. et caſſiefi. At vero ſolutio
eius integra ſperat̄ poſt viginti dies. quo⸗
niam digeſtio apparet in eo. ſ. quando ma⸗
teria eſt melācolia colerica. deinde fiat gra
datio ad illud quod ſubtiliat et incidit. Et
ſi neceſſaria eſt rectificatio ſtomachi: tunc
fiat cū inunctiōibꝰ et oleis et epithimatibꝰ
que non pertranſeant virtuteꝫ camomille.
abſinth. et melliloti. et ſimilium. Et ieiuniū
plurimum vſqꝫ in die periodi: et quandoqꝫ
iterum eſt ex eis que non conueniunt ei et ſi
fit vt in die periodi ſufficiat eis de cibo pa⸗
rum modicum. Et de mundificantibus iu⸗
uatiuis ſunt ea in quibus eſt decoctio mira
bol. et epithimi. et ſene in ſirupo acetoſo in
quo decocte ſunt viole. ⁊ foꝛtaſſe ſumitur in
potu ante in eo aſſa in ieiunio pꝛopꝛie ī die
paroxiſmi et euomat ipſum ſi nauſeat cum
anima eius. Et ſi fuerit melancolia flegma⸗
tica redeat ad ſirupum acetoſum mellinum
cum aqua apij et feni. ⁊ ſimiliū. Et ſi neceſſa
ria fuerit lenificatio miſceatur cū eo in pꝛin
cipio virtus ſolutiua flegmatis de virtutibꝰ
turbith. et poliṗ. et fiat gradatio pauca ad
virtutem agari. et fiat vt vomat cum ſiru⸗
po acetoſo mellino de ſemi. et his ſimili⸗
bus vſqꝫ quo incipiat digeri. et fiat vapoꝛa⸗
tio ſtomachi. et eius emplaſtratio cū eo qđ
eſt foꝛtius: ita vt cum dactilis. et ficubus et
ſimilibus: et ſimiliter inunge ipſum cum
oleis calidis perueniendo vſqꝫ ad oleum de
coſto: et foꝛtaſſe eſt neceſſariū in eo pꝛouo⸗
care vomitum cum ſiru. acetoſo. et ſit in eo
virtus ſinapis. ⁊ elleboꝛi al. Immo foꝛtaſſe
eſt neceſſarium vt in potu detur elleboꝛus
cum diſpoſitione ſua cum non timetur debi
litas diſpoſitionis virtutis. Et ſi fuerit me⸗
lancolia melancolica pura de genere fecis
ſang. tunc rectificat̄ ſolutio eius in pꝛimis
cum aqua iubleb. et penidijs. et eſt conue⸗
niens adminiſtratio geleniabim mellini et
zuccarini. et in fine eius euacuetur cum eis
que ſunt ſicut decoctio mirabola. citri. et ni
groꝛum. et fumiterre et paſſularuꝫ. Cum er
go egritudo digeſta eſt: tunc bonum eſt fle
bothomare ex baſilica. et adminiſtretur vo⸗
mitus ſuper cibum cū foꝛtitudine. aut leui⸗
ter ſecunduꝫ hoꝛā et neceſſitatem. Et opoꝛ
tet vt aſſiduet ipſum quoniam eſt radix ad
euacuationem cum medicinis ⁊ cliſteribus
foꝛtibus. et medicine que adminiſtrātur in
huiuſmodi hoꝛa ſunt epithimū et polipo⸗
dium. et agari. et ſticados et lapis arme⸗
nus et lapis lazuli abluti et nō abluti. ⁊ ſuc⸗
cus folioꝛū centauree cum ſirupo mellino.

¶ Hic ſpecialius ponit curam ſcđm vnāquāqꝫ ma
teriā. Scđo ponit curā faciendā poſt euacuatiōes
factas poſt digeſtionē. Tertio deſcribit mixtas me
dicinas. ſcđa ibi. (Et habeas pſilium). tertia ibi.
(Et de trociſcis.) Pꝛima in quattuoꝛ ſcđm quat⸗
tuoꝛ ſpecies melancolie faciētes quartanas. par⸗
tes patent. ¶ In pꝛima parte dicit: ꝙ ſi melācolia
fuerit ſanguinea: ideſt ſanguini admixta vel ex ſan
guine facta: pꝛopinqua tamē materie ipſius: iuua⸗
bitur cum flebotomia ex baſilica. ſcꝫ dextra ſi epar
fuerit cauſa vt per caliditatē eius ſuperfluam ſan
guis in melancoliā ꝯuertat̄. Si aūt ſplen eſſet tu⸗
midus ⁊ melācolia repletus flebotomatur baſili⸗
ca ſiniſtra. deinde iuuabit̄ ꝑ euacuatiōnē ſubtilē. ſ.
leuē cū mūdificātibꝰ ſanguinē ſicut ſolutiuū ī quo
ſunt virtutes ſuchaa bedeguar polipodij fumiter
re mirabolanoꝝ kebul. ¶ Ultimo dicit quod illud
genus: ſcꝫ quartana ſanguinea velociter curat̄ in
cōparatiōe ad flegmaticā ⁊ fecalē. Dixit aūt dein
de ꝙ neceſſarijs exiſtētibus flebotomia ⁊ ſolutiōe
ventris incheandū eſt a flebotomia ſcđꝫ plurimū
quarta pꝛimi ca. iiij. Mundificāt aūt ſanguinem
quecūqꝫ extrahūt ab eo hūoꝛes inficiētes ipm et q̄
faciūt citius ſubſtātiā clarā ⁊ illuſtrē que ſunt iſta
et eoꝛum virtutes. ¶ Nota ex ſepe dictis: licet mi⸗
rabo. kebuli euacuēt plus flegma: tamē etiam eua
cuant melancoliā. ¶ Qđ ſi fuerit melācolia coleri⸗
ca adminiſtra notabiliter infrigidātia ⁊ humectā
tia ex medicinis et cibis ⁊ ſedeat in aqua tēperata
et balneet̄ in ea. eſt enim ceteris calidioꝛ. vnde om
nia que adminiſtrātur debent eſſe magis frigida
aut minus calida potentia aut actu: et lenificetur
venter in pꝛincipio cum decoctione facta ex violis
⁊ polipodio ⁊ aqua caſei. Et adminiſtretur ſirupus
acetoſus cum epithimo. aut ſirupus roſ. cum iu⸗
leb et caſſiefi. hec enim infrigidant et ventrem le⸗
niunt: et duo pꝛima ex his aliqualiter ſoluūt melā
coliā. ꝯueniūt igitur duo pꝛia cū aliq̄ appareat di
geſtio: ſꝫ illa ꝯueniūt ab initio: aut ſolutio eius in⸗
tegra. ſ. cū medicinis foꝛtioꝛibꝰ ꝑparat̄ poſt duos
dies qn̄ materia eſt colerica. tunc eni̅ eſt cōplete di
geſta. citius enim digeritur quam flegmatica ⁊ fe⸗
calis. Sed de ſanguinea foꝛte eſt dubium. Deinde
ſcꝫ poſt minoꝛatiōnē fiat gradatio ad ſubtiliātia
et incidentia. ⁊ quāto magis ꝓcedit digeſtio ⁊ mi
noꝛatio tanto cū foꝛtioꝛibus eſt ſubtiliandū ⁊ inci
dendum. Et ſi neceſſaria fuerit ſtomacho cōfoꝛta⸗
tio fiat cuꝫ vnctionibꝰ ex oleis ⁊ epithimatibus q̄
nō pertrāſeūt virtutes camomille ⁊ abſin. ⁊ melli⸗
loti ⁊ ſimiliū que ſunt calida in pꝛio gradu et ieiu
nium plurimū in die paroxiſmi quādoqꝫ nō conue
nit: immo

nit:immo in die paroxiſmi detur in cibo parū.naꝫ
corpora que incurrūt quartanā colericā ſunt aptiſ
ſima reſolui⁊ multū apta ledi ex ieiunio. Et de mū
dificantibus eſt decoctio mirabolanorū.ſ. indorū
et epithimi⁊ ſene cū ſirupo acetoſo.i quo viol'.deco
cte ſint.ſoluit eñi melancoliā colericā.⁊ fortaſſe ſu
mit' in potu.ſcꝫ vomitiuū aliqđ in quo ſit aſſa ſto/
macho ieiuno proprie in die paroxiſmi.et euomit
ipſum:ſcꝫ vomitiuū cū humorib' exiſtētibus in ſto
macho ſi nauſeat aīa:ideſt os ſtomachi eius. cum
eñi os ſtomachi nauſeat maxime ꝯuenit vomitiuū
Bonū tamē eſt cū ſit notabiliter calidū cū aliquo
frigido tēperet':ideſt cū aqua ordei. ¶ Quod ſi me/
lancolia fuerit flegmatica redeat ad ſirupū aceto
ſum mellinū cum aqua feniculi apij ⁊ ſimiliū ſubti
liantiū et aperientiū. Dicit aūt redeat q: iſta dige
ſtiua ſuperius poſita fuerunt in flegmatica. His
tamen non eſt vtendū niſi aliqualiter digeſta mate
ria et minorata:ſed in principio vtendū eſt oximel
le cum aqua zuccarata pro digeſtiuo poſtea veniē
dum eſt ad hoc. Et ſi fuerit neceſſaria lenificatio:
ideſt lenis ſeu leuis ſolutio miſceat' in pricip.cuꝫ
eo ſcꝫ ſirupo acetoſo mellino virtus ſolutiua fleg
matis ſicut ṽtus turbith ⁊ polipodij.et fiat grada
tio parua ad virtutem agarici.

**Contra. quia** agaricus eſt debilior ꝙ̄
turbith. Dicendū inſtā/
tiam cōcludere niſi doſis agarici augeat' in cōpa/
ratione ad doſim turbith:et forte agaricus ſolus
eſt fortior quā aggregatuꝫ ex polipodio ⁊ turbith
ceteris paribus ⁊ ex parte quātitatis. Nam aggre
gatum ex intenſo ⁊ remiſſo eſt minus intenſuꝫ quā
ſolū intenſum:vt ptꝫ in queſtiōe noſtra de cōpoſi/
tione medicinarū.⁊ fiat vt vomat cū ſirupo aceto/
ſo mellino de ſeminib' ⁊ ſilibus ſicut radicib' ſub
tiliātib' vſquequo incipiat digeri manifeſti'. Naꝫ
cōplete digeſta materia erit opus fortioribus me
dicinis vomitiuis.et ſic vaporatio ſtomachi⁊ eius
emplaſtratio cū magis calidis quā illa que cōue/
niunt in quartana colerica:,ſicut cū ficubus dacti/
lis ⁊ ſilibus peruenientibus vſqꝫ ad ſcđm vel tertiū
gradū. Unde ſubdit ꝙ vngatur ſtomach' cū oleis
calidis vſqꝫ ad oleū de coſto. Et fortaſſe eſt neceſſa
riū ꝓuocare vomitū cū ſirupo acetoſo i quo ſit vir
tus ſinapis⁊ ellebori albi qñ ſcꝫ flegma ex quo ge
nita eſt melācolia fuerit valde groſſum ⁊ viſcoſum
immo fortaſſe eſt neceſſariuꝫ ꝙ detur ellebor' cum
diſpoſitiōe ſua.i.ſubſtātia cuꝫ nō timet' debilitas
virtutis . Meſue tamē in cap̄.de elleboro iubet al
bum vitari. q: prefocatiu' eſt. ſi ergo nō detur niſi
in parua doſi:ſcꝫ circa. ʒ.ß. Et ſi fuerit melācolia
que eſt fex ſanguis pura.q: nō alteri humori admi
xta. Et ſub hac cōprehēditur melācolie cura geni/
te ex melācolia fecali per aduſtionē fiat ſolutio in
principio cum aqua lubleb que lubleb eſt ſpēs vo/
lubilis de qua ſpecie dictū eſt.et penidijs ad leniē
dum et educenduꝫ que in ſtomacho ⁊ in inteſtinis
cōtinent':⁊ tunc eſt ꝯueniēs adminiſtratio gelenia
bin.i.cōditi de roſis cū melle aut zuccaro ad ſto/
machi cōfortationē ⁊ lenitionē quādam rōne mel
lis ⁊ roſ.recentiū.⁊ in fine.i.in ꝓceſſu euacuat' cuꝫ
decoctione mirabolanoꝝ citrinorū ⁊ nigroꝝ fumi
terre et paſſularū ptis ad leniēdū:ptiꝫ ad educēdū
materiā aduſtā. Cū ḡ digeſta ē egritudis materia
fiat flebotomia ex baſilica dextra aut ſiniſtra ſcđꝫ
exigentiā. Et hic nota quod flebothomia aliquan
do negatur in principio que cōceditur in proceſſu
quando materia per digeſtionem ſubtiliata eſt ad
mixta ſanguini:⁊ tunc vrina efficitur rubea groſſa

Et hoc dictum eſt quarta primi cap̄. de flebotho/
mia.et a Gal'.in libro de flebothomia. Et admini
ſtretur vomitus ſumpto cibo fortis aut debilis ſe
cundū horam.quia in principio aut parū digeſta
materia leuior.ſed magis digeſta fortior et neceſſi
tatem maiorē aut minorē ſcđꝫ ꝙ melācolia eſt ma
ioris quātitatis aut minoris.⁊ difficilius aut faci
lius educibilis a ſplene ad ſtomachū. Et opꝫ vt aſ
ſiduet vomitū quoniā eſt radix in curatiōe quarta/
ne.et aſſiduet etiā euacuationeꝫ cum medicinis et
cliſteribus fortiter exoluētib'. Medicine aūt que
adminiſtrātur in hac hora: ideſt in ſtatu digeſtio/
nis ſunt epithimū ⁊ polipodiū.agaricus. ⁊ ſtica.⁊
lapis armenus ⁊ lapis lazuli ablutus ⁊ nō ablut'
et ſuccus foliorū centauree cum ſirupo mellino.i.
melle roſato aut oximelle.et fortaſſe eſt neceſſari'
elleborus niger.melius tamē eſt quod iſte medici/
ne ſint correcte et ꝯſolate ſcđm ꝙ expedit ſicut do/
cet Meſue in ꝓprijs capitulis.

¶ Et fortaſſe infundūtur in colerica ſene.
et fumus terre:cum epithimo in ſirupo ace
toſo.

¶ Hic incidēter ponit ſolutiuū cōueniens in melā
colia colerica:et dicit qđ ſirupus acetoſus in quo
fuerint infuſe ſene. fumus terre epithimū facta bo
na expreſſione cōuenit etiam ſi horū ſubſtātia de/
tur cum ſirupo acetoſo.

¶ Deinde habeas conſiliū tunc apud eua
cuationem.et da in potu flegmatice et me/
lancolice ex ea tyriacam et metridatum.et
medicamen de aſſa.et ſulfur.et piper ſolum
bibatur in aqua. Et de illis eſt ſinapis que
adminiſtretur non aſſidue: immo in omni/
bus tribus diebus.et in primis ⁊ ante illud
in ſpacio longiore:et ſimiliter dyapipereon
et ſimilia illis de electuarijs.⁊ nō feſtines cū
aliquo horum ante digeſtionē. Nā ſi tu de/
deris in potu tyriacā ⁊ ſimilia illi in primis
cōpones quartanā cū quartana. ⁊ fortaſſe
attrahes egritudines alias ⁊ proprie in hie
me. Et ſi in fine neceſſaria fuerit flebotho/
mia aude ſuper eam.

¶ In hac parte ſuperius diuiſa curat quartanam
poſt complementū digeſtionis ⁊ notabilē euacua
tionem. et habet duas partes. In prima facit qđ
dictū eſt. In ſecunda ponit curā Gal'.ſcđa ibi (In/
quit Galenus). In ſecūda parte dicit. deinde ha/
beas conſiliū apud euacuationē.i. poſt euacuatio
nem:nō tamē multū diſtāter:⁊ da in potu flegma/
tice et melācolice tyriacā ⁊ metridatū ⁊ medicamē
de aſſa et ſulfur.⁊ piper ſoluꝫ bibatur in aqua. Et
de illis ē ſinapis que nō adminiſtrat' quotidie:im/
mo in omnibus tribus diebus ſimul. ⁊ adminiſtra
tur in primis.i.ante omnes medicinas hic dictas.
vult eñi ꝙ ſinapis ꝑparata qualiter ꝑparat' cuꝫ ſit
moſtarda poſſet dari ante medicinas iam dictas
cum ſit minus calida ceteris:non tamē debet dari
tunc niſi in tribus diebus ſemel.et ante id.ideſt an
tequā ſit facta euacuatio multotiēs iterata in ſpa
cio longiore.ſicut exēpli gratia. omnib' quattuor
diebus ſemel.nam quanto materia eſt magis di/
geſta ideſt magis minorata huiuſmodi fortiter ca
lefaciētia frequēti' etiā minori quātitate dari poſ/
ſunt.et inter huiuſmodi fortiter calefacientia de/
bemus incipere a minus calefaciente ſicut eſt mo/

ſtarda inter has.et ſimiliter danduʒ eſt diatriōpipereon.Secundo dicit quod non feſtines cum aliquo iſtorum ante digeſtionē.nam ſi dederis in potu tyriacam ⁊ ſimilia illi in primis cōpones quartanam cum quartana et fortaſſe attrahes egritudines alias ſicut febres colericas et ethicas ⁊ ſimiles ſequentes inflāmationē et materie diſſolutionem et proprie in hieme.quia in ea propter pororum opilationeʒ vapores a materia calefacta eleuati non poſſunt educi.nec etiam ipſa materia ſudore educitur et retenta auget febreʒ que tempore calido poris apertis educeret̄. Tertio dicit quod in fine eius ſi neceſſaria fuerit flebothomia aude ſuper eam que neceſſitas poteſt eſſe propter inflāmationem ſanguinis et ebulitionem ſequentē huiuſmodi calidorū adminiſtrationē.Et ex his infertur quoſdam profitentes ſe curare omnem quartanam cum huiuſmodi calidis ſudorem prouocantibus nō habere conſilium de quo hic loquitur Auicenna cum indifferēter exhibeāt huiuſmodi calida in omni ſpecie quartane et omni tempore ipſius tam tempore calido quam frigido:cum Auicenna huiuſmodi ſolum exhiberi precipiat in flegmatica et melancolica et complete digeſta materia et pro magna parte minorata et nō in hieme.ſibi ergo plurimum accidit quod componunt quartanā cum quartana:et interdum egros interimunt. hec autem ſecundum Auicennam miniſtranda eſſent tempore quietis.Si tamen velles facere aliquam experientiā quam vidi ſepe ſuccedere aliquod iſtorum exhibe inchoante paroxiſmo.ʒ.ſ.aut.ij.tyriace aut metridati cum maluatici. ℥.ij.aut.iij.aut.℥.iij.diatrionpipereon cum maluatico.⁊ poſtea ipſum pannis bene cooperiat vt ſudet.vidi enī ſepe ipſos in bina aut trina exhibitione fore ſanatos.

¶ Inquit galenus ſanaui gentem plurimam a quartana ita.Dedi eis in potu poſt digeſtionem ſolutiuum ; deinde dedi eis in potu ſuccum abſint. deinde dedi eis in potu tyriacam.et dico quod aſſa et piper ſingularia ſunt iuuatiua valde quando apparet digeſtio et peruenit ſtatus. Et ciba illum ſahane et elbune et henICuli capparis et ſinapis et almuri et omnibus in quibus eſt virtus ſolutiua cum fortitudine. et fortaſſe erit tibi neceſſarium vt des ei in potu poſt quadraginta dies omni mane quantum eſt nabaca vna de eis que ſunt ſicut medicamen de aſſa . et omni ſero ſimiliter:cum febris non fuerit acuta et materiei radix nō fuerit colerica.

¶ Hic ponit curam Gale.dicens ſe ſanaſſe plurimos a quartana hoc modo. Dabat eis primo in potu poſt digeſtionem ſolutiuū et poſt ſolutiuum ſuccum abſinthij.deinde poſt illū tyriacā.et ſubiūgit quod aſſa et piper ſunt ſingularia: ideſt quodlibet de per ſe ſunt iuuatiua valde quando apparet digeſtio ⁊ prouenit ſtatus:ſcilicet quo ad digeſtionem:et ly prouenit eſt preteriti perfecti temporis. Et ciba eum ſahane ideſt cibatione facta ex piſcibus ſalitis nucis ſpeciebus et oleo.⁊ elbune: ideſt alio ſimili cibo facto ex carnibus ſalſis:et heniculi de capparis ideſt cōdito de capparis et ſinapis ideſt moſtarde et almuri quod eſt ſalſamentum ſepe dictum:et omnibus in quibus eſt virtus ſolutiua ideſt reſolutiua fortiter et fortaſſe erit tibi neceſſarium vt des ei in potu poſt quadraginta dies ſcilicet quando materia eſt complete digeſta ⁊ minorata quantum eſt nabaca que eſt eiuſdem magnitudinis cuius eſt granum vue de eis que ſunt ſicut medicamē de aſſa etiam omni ſero cum febris non fuerit acuta et radix materiei eius non fuerit colera.Fere omnia hec a Galeno dicta ſunt cōformia dictis Auicen.ſed magnā excellentiā ſucci abſinthij in quartana non intelligo.

¶ Et de trociſcis iuuatiuis in hac hora et apud declinationem ſunt trociſci ſecunduʒ hunc modum.Recipe ſucci empatorij ⁊ croci amborum ana pondus.ʒ. iij. ſcolopendrie ariſtologie ⁊ lace ⁊ reubarbari ⁊ ſpodij omniū ana dragmas quinqꝫ et ſeminis acetoſe et ſeminis portulace et roſarum ⁊ ſpice ⁊ ſeminis cuſcute ⁊ ſeminis aniſi ⁊ apij ⁊ radicum capparis ⁊ granorum alben ⁊ ſeminis feniculi omniū ana dragmas quattuor conficiantur cum aqua apij ⁊ fiant trociſci et dentur in potu cum aqua feniculi ⁊ endiuie ⁊ cuſcute:et hec quidem medicina iuuatiua eſt modis pluribus.

¶ Hic deſcribit primo nouem medicinas compoſitas non ſolutiuas.Secundo deſcribit ſolutiuas, ſecunda ibi(Rebulorum) Dicit primo ꝙ de trociſcis iuuatiuis in hac hora et apud declinationem id eſt in fine ſtatus et declinatione ſunt trociſci huiuſmodi. Recipe ſucci eupatorij croci ana dragmas tres ſcolopendrie lace ariſtologie reubarbari ſpodij ana dragmas quiqꝫ ſeminis acetoſe portulace ro.ſpice ſemīs cuſcute aniſi ſemīs apij radicis capparis granoruʒ alben q̄ ſunt grana alben ⁊ ſunt ſolutiua ſeminis feniculi ana .ʒ.iiij.conficiantur cum aqua apij fiant trociſci et dentur in potu cum aqua feniculi endiuie et cuſcute.et iuuāt pluribus modis.ſcilicet aperiendo confortando epar ſplenem et omnia nutritiua prouocando et reſoluendo de materia.

¶ Et ſi digeritur materia tunc fiat iſtud. Recipe myrrhe.ʒ.xv.ſpice.ʒ.xiij. agarici coſti floris ſquinanti omnium ana dragmas quinqꝫ petroſilini.ʒ. xv. aniſi dragmas decem conficiantur cum vino antiquo ⁊ cum melle et zinzibere.

¶ Id eſt digeſta materia.hec eſt ſecunda .exhibe illud mirre dragmas quindecim ſpice dragmas tredecim agarici coſti floris ſquinanti.ana dragmas quinqꝫ petroſilini dragmas quindecim aniſi dragmas decem conficiantur cum vino antiquo et melle zinziber.huliendo mel in quo conditum fuit zinziber cum vino ad vini conſumptionem et reliqua ſecum miſcendo et fac electuarium et magis appropriatur flegmatice.

¶ Et quandoqꝫ datur in potu in fine et conualeſcentibus et apud paucitatem nocumenti in ea et multitudinem caliditatis cum ſubtiliatione materie medicina huiuſmodi.Recipe ſeminis iuſquiami albi mandragore amborū ana ſiliquā.j. et aſſe circiter tertiam fabe vnius.

¶Hec eſt tertia que datur in fine quartane et conualeſcentibus et apud paucitatem nocumenti in ea. quia in vltimo eſt declinationis et multitudinem caliditatis q̄ remāſit in mēbris iam ſubtiliata materia. ℞. iuſquiami albi mandragore ana ſiliquam vnam que eſt pondus quatuor granorum ordei aſſe circiter tertiam partem fabe vnius. Hic temperat per caliditatem iuſquiamum ⁊ mandragoram. aſſa ponitur ad rectificandum malitiam eorum et eſt doſis vna.

¶Et de hoc genere ē vt ſumatur iterū calamenti domeſtici. aure. iiij. et ſeminis vrtice aure. xx. et epithimi aureus vnus fiant trociſci parui valde. et ſit doſis. ʒ. j.

¶Quarta medicina eſt de hoc genere quod conuenit apud declinationem. ℞. calamenti domeſtici aure. iiij. ſeminis vrtice aure. xx. epithimi aure. vnum. fiant trociſci parui doſis. ʒ. j. iuuāt aperiendo prouocando reſoluendo, et ſoluendo.

¶Et ex eis que bona ſunt eis eſt vt adminiſtretur poſt apparitionē digeſtionis vſq̄ ad finem eius iſtud. Sumatur paſſularum de ſemi. aut de alacoen et allij ſilueſtris et mirti recētis omnium ana pars vna. et decoquātur in aqua dulci poſtq̄ infuſa ſunt in ea: deinde buliant exquiſite et coletur et detur de ea. vncia. j.

¶Quinta medicina eſt ex his que bona ſunt poſt apparitionem digeſtionis vſq̄ ad finem eius. ℞. paſſularum de ſemi. aut alaconum. i. illarum regionum. aliter allacoen. i. matricarie allij ſilueſtris mirti recentis. ana. partem vnam buliant in aqua in qua prius infuſe fuerint exquiſite ſicut ad conſumptionem duarum partium aque et coletur et detur de ea. ℥. j.

¶Et iterum ſeminis apij ⁊ aniſi ⁊ cordumeni omniū ana. ʒ. v. origani ſilueſtris eupatorij omnium ana. ʒ. vij. ameos. ʒ. iiij. ſuchaha. ʒ. iij. paſſularum. ʒ. x. decoquantur in tribus libris aque vſquequo redeat ad libram vnam.

¶Sexta medicina. Et iterum. ℞. ſeminis apij aniſi cordumeni. i. cardamoni. vel ſcd̄m Ioā. ſerapionem cui credendum eſt dicitur carui agreſte. ana. ʒ. v. origani ſilueſtris. eupatorij. an̄. ʒ. ameos. ʒ. iiij. ſuchaha. ʒ. iij. paſſularū. ʒ. x. decoquātur in lib. iij. aque donec redeat ad vnā lib. et conuenit in quartana de materia frigida.

¶Et de illis que bona ſunt eis eſt vt ſumantur ameos ſpice ⁊ calamenti omnium ana. ʒ. x. ⁊ carui. ⁊ aniſi. amborum ana. ʒ. vij. ⁊ aſſe pondus. ʒ. v. ⁊ zinziber pondus. ʒ. iiij. ⁊ caſſie pondus. ʒ. iij. conficiantur cum ſufficiētia mellis. ⁊ ſit doſis eius pondus. ʒ. j. cum aqua apij ⁊ feniculi.

¶Septima medicina eſt de illis q̄ ſunt bona eis. ℞. ameos ſpice calamēti. ana. ʒ. x. carui aniſi. ana ʒ. vij. aſſe. ʒ. v. zinziber. ʒ. iiij. caſſie ſcilicet lignee. ʒ. iij. mellis quantum ſufficit doſis. ʒ. j. cum aqua apij et feniculi. et valet in materia frigida aperiendo et prouocando et reſoluendo.

¶Trociſci huiuſmodi. Recipe ſucci eupatorij. ʒ. x. ſcolopēdrie. ſpodij. feniculi. ſpice. croci. omnium ana. ʒ. v. lacce ⁊ reubarbari omnium ana. ʒ. iij. ſeminis cucumeris ⁊ ſeminis portulace omnium ana. ʒ. vj. fiāt trociſci cum aqua apij ⁊ ſumantur in potu cum ſirupo acetoſo.

¶Recipe ſucci eupatorij. ʒ. x. ſcolopendrie. feniculi. ſpodij. ſpice. croci. ana. ʒ. v. lace. reubarbari. an̄. ʒ. iij. ſeminis. cucumeris ſeminis portulace. ana. ʒ. vj. fiant trociſci cum aqua apij: et ſumantur in potu cum ſirupo acetoſo et valent in ſanguinea. eſt enim temperate caliditatis.

¶Et iterū ad flegmaticam mirre. ʒ. xxxv. croci petroſilini amborum ana. ʒ. v. ſpice. ʒ. xlv. caſtorei. ʒ. iij. aniſi. ʒ. iij. ß. ſeminis apij ⁊ carui amborum ana. ʒ. iij. amomi corticum caſſie ſtoracis omnium ana. ʒ. ij. ⁊ tertiā ſiſileos adriani confectionis omnium ana. ʒ. j. et tertias duas.

¶Nona et iterum ad flegmaticam mirre. ʒ. xxxv. croci petroſilini. ana. ʒ. v. ſpice. ʒ. xlv. caſtorei. ʒ. iij. aniſi. ʒ. iij. ß. ſeminis apij et carui amborum ana. ʒ. iiij. amomi et corticis caſ. ſ. lignee ſtoracis. ſ. calamite. ana. ʒ. ij. ⁊ tertiam. ſiſileos adriani. ſ. confectionis deſcriptione Nicolai et Auicen̄. ana. ʒ. j. ⁊ tertias duas. ⁊ ex his poſſunt fieri trociſci miſcēdo cum aliquo liquore. poteſt etiam fieri electuarium miſcendo cum melle.

¶Et quando vehemens fit rigor ē vomitus cū aqua tepida ⁊ ſirupo acetoſo ad illud iuuatiuum. Qd̄ ſi virtutes eius nō obediunt: tunc cum eis quorum rememoratio preceſſit ſcd̄m horā. Et fiat vaporatio cum embrocha in qua decocta ſunt ſchea ſandonicū ⁊ camomilla ⁊ ſimilia. homine cooperto cum pānis laneis aggregantibus calefactionem.

¶Hic curans rigorem dicit in eius vehemētia cōuenire ⁊ conferre vomitum cum aqua tepida ⁊ ſirupo acetoſo. quod ſi virtutes eius rigoris nō obediunt. i. non ſedatur per hoc: tunc curetur cū his quorum rememoratio preceſſit ſcd̄m horam. ſ. digeſtionis materie. Ipſa enim exiſtēte digeſta poſſumus fortiora medicamina adhibere tam vomitiua quam reſolutiua aperitiua et prouocatiua: et vbi minor eſt digeſtio dentur remiſſiora. Secūdo dicit qd̄ euaporatio cum embroca. i. decoctiōe in qua decocta ſunt ſchea que eſt ſpecies abſinthij. et putatur qd̄ ſit ſandonicum id eſt herba lumbricorum camomilla et ſimilia homine cooperto pānis laneis aggregantibus ſupple calefactionem iuuat.

¶Rememoratio ſolutiuorum quibus indiget poſt digeſtionem. Capitulum. lxvj.

Chebulorum.ʒ.vj. epithimi abſinthij amborũ.ana.ʒ.v. mirabolanorum citrinorum ſucci eupatorij: emblici. omnium.ana.ʒ.iiij.ſeminis apij. ⁊ aniſi. ⁊ ſeminis feniculi omnium.ana.ʒ.ij.fiat ex eis decoctio et ſoluatur cum eo cum facilitate.

¶ Recipe kebulorũ.ʒ.vj. epithimi abſinthij.ana.ʒ.v.mirabolanorum citrinorũ ſucci eupatorij emblici.ana.ʒ.iiij.ſeminis apij: aniſi feniculi.ana.ʒ.ij.et fiat ex dictis decoctio et ſoluatur cum facilitate.hec enim medicina erit leuis. et poſſunt dari de ea quatuor aut quinqꝫ.ʒ.

¶ Aut ſumatur abſinthij pondus.ʒ.x.mirabolanoꝝ kebulorũ.⁊ epithimi.oim ana.ʒ.viij.⁊ fumi terre pondus.ʒ.vij.⁊ ſuchaha.⁊ centauree maioris.amborũ.ana.pondus ʒ.vj.eupatorij.et radicis ſquinãti amborũ ana põdus.ʒ.v.decoquãtur cum quinqꝫ libris aque donec redeat ad lib.j.

¶ Secunda medicina abſinthij.ʒ.x.mirabolanoꝝ kebulorũ epithimi.ana.ʒ.viij.fumiterre.ʒ.vij. suchaba centauree maioris.ana.ʒ.vj.eupatorij radicis ſquinanti.ana.ʒ.v.decoquant̃ in lib.v.aque donec remaneat vna.

¶ Pillule leues.Quando adminiſtrantur in omnibus quinqꝫ diebus ſemel ſunt iuuãtes in ea:⁊ ſunt experte.Recipe epithimi ⁊ turbith amborum.ana.ʒ.x.carui.aniſi. amborũ.ana.ʒ.vij.ameos.ʒ.viij.ſeminis apij. et feniculi amborum.ana.ʒ.iij.polipodij.ʒ.vj.agarici albi:quod facile teritur.ʒ.viij.ſalis indi.ʒ.v.yere pigre.ʒ.xv. fiãt pillule cũ aqua mente.Et ſit doſis.ʒ.j.ß.

¶ Tertia.pillule leues quando adminiſtrantur in omnibus quinqꝫ diebus ſemel.℞.epithimi turbith.ana.ʒ.x.carui.aniſi.ana.ʒ.vij.ameos.ʒ.viij.ſeminis apij feniculi ana.ʒ.iij.polipodij.ʒ.vj. agarici albi facile frangibilis.nam he ſunt bone eius conditiones.ʒ.viij.ſalis indi.ʒ.v.yere pigre.ʒ.xv. fiant pillule cum aqua mente.et ſit doſis.ʒ.ſ.5.et ſunt preſtantes maxime in flegmatica.

¶ Et cum materia eſt flegmatica cõferũt iſte pillule.℞.epithimi agarici ameos oim ana.ʒ.viij.ſeminis apij aniſi feniculi omniũ ana.ʒ.iij.ſal' naptici.ʒ.v.yerepigre turbith amborum ana pondus.ʒ.x. doſis pondus.ʒ.ij.ß.

¶ Quarta et cum materia eſt flegmatica cõferũt iſte pillule.epithimi ameos.agarici.ana.ʒ.viij. ſeminis apij. aniſi.feniculi. ana.ʒ.iij.ſalis naptici ſoluentis flegma.ʒ.v.yere pigre turbith.ana.ʒ.x. doſis.ʒ ij.ß.

¶ Et quando eſt cum dolore ſplenis iuuatur hoc medicamine ⁊ ſoluit eũ cũ facilitate.Recipe ſcolopendrie.ʒ.xv.agarici.ʒ.xij. mirabolanorũ nigrorum yere.ana.ʒ.x.kebulorum:abſinthij omnium ana.ʒ.viij.suchaha bedeguar camepitheos ſucci eupatorij omnium ana.ʒ.vij. fructus tamariſci. radicum capparorum amborum ana.ʒ.lv. ſeminis apij:aniſi:ſeminis feniculi omniuꝫ ana.ʒ.iij.fiat confectio aut pillule.

¶ Quinta.et quando eſt cum dolore ſplenis iuuatur hoc medicamĩe ⁊ ſoluit faciliter ſcolopendrie ʒ.xv.agarici.ʒ.xij.mirabola. indorum.yere.ſ.ſimplicis ana.ʒ.x.kebulorum abſinthij.ana.ʒ.viij.ſuchaba bedeguar ſucci eupatorij camepitheos ana.ʒ.vij.fructus tamariſci radicũ capparis ana.ʒ.lv.ſemi.aniſi.apij feniculi ana.ʒ.iij.fiat confectio permiſcendo cum melle aut zuccaro: aut fiãt pillule.et hoc aperit opilatiões ſplenis.et in electuario poſſunt dari.ʒ.viij. et in pillulis.ʒ.ij.potiſſime valet in frigida materia. Et ſi bene conſideres oẽs iſte medicine ſunt leues. Ex quo Auic. nos facit intelligere in curatione humoris melancolici eſſe vtendũ leuibus:quod etiam debet obſeruari in curatiõe cuiuſcunqꝫ humoris groſſi. debent enim eſſe medicine fortes ⁊ debiles ſicut precipit Auicẽna in capitulo de cura tertiane note.

¶ Cibatio patientium quartanarum. Cap.lxvij.

Rectius eſt vt inclinetur regimen eorum in primis ſeptimanis vſqꝫ ad tres ſeptimanas ad ſubtiliationem quandam preterqꝫ deſtruat virtutem. ⁊ illud eſt vt abſtiĩeat a carne et alzumet.hoc enim minorat eorum materias ⁊ alleuiat eos et abbreuiat ſpacium egritudinis eorum.Et poſt illud neceſſarium eſt virtutem viuificare cum eis que ſunt ſicut piſces alcatradie et oua ſorbilia et pulli et altaiegi.Cum ergo peruenit ad tempus in quo ſequuntur in ea alzumet; et non minoratur egritudo tunc neceſſarium eſt cuſtodire virtutem et cibare cuꝫ eo quod eſt fortius ex carnibus gallinarum et pullorum et arietum ⁊ edorum ⁊ auiũ mollis carnis ſicut ſunt pulli ⁊ aduragi ⁊ piſces boni qui nõ ſunt magni.

¶ Hic ponit regimẽ cibandi quartanarios.et primo ponit gradationẽ regiminis in quartana. ſecundo tangit conditiones ⁊ proprietates ciborũ ipſorum.tertio ponit canones in cibatione obſeruandos.ſecunda ibi.(Et ſcias quod cõditio.)tertia ibi.(Sciuiſti iterum.)In prima parte dicit qꝙ rectius eſt vt dieta ſubtilietur a principio vſqꝫ ad tres ſeptimanas aliqualiter: ita tamen vt non cadat virtus. quapropter hoc tempore abſtineat a carne ⁊ vnctuoſis.hec enim ſubtiliatio diete minorat materias:alleuiat egros:et abbreuiat ſpaciũ ſuarum quartanarum.Secundo dicit quod poſt hoc tempus eſt neceſſariũ fortificare virtutem cũ cibis pluris nutrimenti ſicut piſces alcatradie.ſ. parui petroſi:in colerica oua ſorbilia et pulli gallinarum et columborum ⁊ altaiegi.ſ. aues parue. cum ergo peruenit ad tempus in quo ſequũtur in ea alzumet.i.debent ſequi cibaria vnctuoſa.ſ.carnes pingues et ſimilia multi nutrimenti:et nõ minoratur egritudo. immo ſupple videmus ſtatum eſſe diſtantem:tunc neceſſarium eſt cuſtodire virtutem et cibare eum cũ eo qđ eſt fortius.i. pluris nutrimẽti ſicut ſunt carnes gallinaꝝ pullorũ arietum.i.agnoꝝ

tum.i.agnorum et caſtratorum iuuenum et edorū et auium mollis carnis ſicut ſunt pulli.i.columborum et aduragi.i.turturum.et piſces bene conditionati qui nō ſunt magni in ſpecie ſua.quia ſunt difficilioris digeſtionis et groſſioris nutrimenti et magis viſcoſi quā piſces parui. ¶ Notandū ꝙ in quartana et in aliquibus alijs feb. aliquando in principio ſubtiliamus dietā:et poſtea ingroſſamus multis ex cauſis. Primo quia dietamꝰ aliquando ſcd̄m preſentem diſpoſitionē et nō in relatione ad ſtatum.et in hoc caſu quandoqꝫ a principio ſubtiliamus ꝓpter multitudinē materie et poſtea ingroſſamus timore caſus virtutis. Scd̄o quando ignoramus egritudinē a principio ſubtiliamus vt natura cibo nō grauata ſe totam conuertens contra materiā egritudinis ſuperet ipaʒ aut ſaltē manifeſtet. Tertio quando egritudo terminatur per paulatinā conſumptionē materie et materia continue paucificatur. Quarto quando ſtatus eſt valde lōginquus ſicut in quartana a ꝑ̇ncipio ſubtiliamꝰ:ſed nō multū vt natura nō multo cibo impedita ſeſe melius conuertens contra materiam ipſam ſubtiliet et digerat. ſperamꝰ enī ꝙ poſt tres ſeptimanas poterimꝰ ingroſſare dietam donec virtus bene reſtaurata fuerit.et poſtea ſubtiliando procedere vſqꝫ ad ſtatum. Unde propter aliquas aut vnā ex iſtis cauſis Iſaac in tertio fe.in cura quartane dicit abſtineatur a pullis gallinaceis ſtarna et perdice per tres hebdomadas initiantis febris ne cum vnctuoſitate carnis calefiat et nutriatur febris. quia vnctuoſum in febre eſt quaſi oleuʒ in lucerna. Ex quibus inferē ꝙ Alʒumet que prohibet Auic.in ꝑ̇ncipio ſunt cibaria ſic facta ex carnibus vnctuoſis et lardone. aut ex carne ⁊ piſcibus conditis cū oleo ſicut eſt mos ſaracenorū et omnia valde vnctuoſa.et aliquādo per alʒumet intelligunt panem ſuper quem cadit pinguedo carnis cū aſſatur:licet tamen valde vnctuoſa etiā non ꝯueniūt in ꝓceſſu.verū ius galline pinguis:non tamē valde vnctuoſum. ⁊ ſimilia: immo ipſa gallina magis cōueniret in ꝓceſſu ꝙ̄ in principio et hec eſt mens Auic. ¶ Secundo notandum qđ Auic.hic incipit regimen ſubtile ſine carnibus poſtea dat carnes cum ingroſſat dietā. et in hoc ſe confert iſtis.ſuperius autem pro ſubtili dieta incepit ab auibꝰ minutis et in ꝓceſſu ingroſſando ad pullos.et in hoc non eſt ꝯtradictio quoniā vtraqꝫ gradatio eſt poſſibilis in diuerſis hoībus:et in diuerſis diſpoſitionibus vnius hominis.et cum mutatur quartanarius ab abſtinētia a carnibus ad carnes inchoandum eſt a carnibus minoris nutrimenti.⁊ procedendum eſt paulatim ad carnes pluris nutrimēti ſicut de auibus paruis ad pullos et edos. Et econtra ingroſſata dieta et confortata virtute procedēdo verſus ſtatum procedat cōtinue magis ac magis attenuādo dietam.

¶ Et ſcias ꝙ cōditio in eo ex quo cibatur habēs quartanā eſt qđ ſit aggregans proprietates:quarum vna eſt vt non ſit crudū: immo reſoluēs cruditatē quam facit accidere melācolia.et ſcd̄a eſt vt nō ſit groſſuʒ: immo ſubtiliās groſſum. et tertia eſt vt nō ſit conſtrictiuū:imo ſoluēs ventrē.et quarta vt ſit ſanguis ex eo generatus laudabilis et plurimū quidē eſt ita illud qđ habet caliditatem et humiditatem.

¶ Hic ponit quatuor conditiones ciboꝝ patientium quartanā. Primo eſt qđ non ſit crudus.i.materiam incrudans aut generans materiam crudā immo deſtruat cruditatē quā facit accidere melācolia. Secūda eſt vt nō ingroſſet:ſed potius ſubtiliet groſſum. Tertia vt ſit lenitiuus ventris. Quarta vt generetur ex eo ſanguis laudabilis et ſcd̄m plurimū cibi calidi et humidi ſunt tales vt patet diſcurrendo. Hi autem calidi magis conueniunt in melancolia frigida quā calida:immo in multū calida non conueniunt licet humidi in omnibus ſpeciebus melancolie conueniant.

¶ Et tu iam ſciuiſti qūo cibeť ante paroxiſmū et ꝑ quot horas et quare illud.et ſciuiſti iteruʒ qđ quādoqꝫ neceſſarius eſt cibus in paroxiſmo et proximo eius ꝓpter cauſam predictam. verū rectius eſt vt eueniat febris ventre vacuo vt nō occupeť natura cū materia alia niſi cum materia egritudinis donec expellat eam. ⁊ vinum ſit purum ſubtile.

¶ Hic ponit canō.tu iam ſciuiſti in capitulo de cibatione febricitantiū quomodo cibentur ante paroxiſmum et per quot horas ⁊ quare cibantur. Et iterum in eodē capitulo ꝙ quandoqꝫ neceſſarius eſt cibus in paroxiſmo et in principio eiꝰ propter cauſam ibi dictam. Attamē melius eſt vt occurrat febris ventre vacuo vt natura non occupetur cum materia alia preter materiam egritudinis donec expellat eam. ¶ Secundus canō.⁊ vinum ſit purū ſubtile maxime in quartana frigida et proprie in proceſſu.ſed in quartana calida melius eſt vt ſit aliqualiter limphatum et maiorem in ea debemꝰ expectare digeſtionem anteqꝫ detur ꝙ̄ in frigida. et debet eſſe clarum ſubtile et vnius anni tantum vt humectet.

## ¶ Cura quartane continue. Cap. lxviij.

Diſpoſitio huius febris eſt ſecūdum qđ enūciauimus ante ipſam.⁊ canon in ea eſt homogeneus canoni quartane īterpolate et nō diuerſificatur ab ea niſi in rebus paucis. De illis eſt qđ declinatio in illa ad equalitatem in calefacientibꝰ et ad infrigidationē in hac eſt melior propter adherentiam febris:quare oportet vt adminiſtrētur in curatiōe eius ea que ſunt ſicut ſirupus acetoſus cū ſeminibus et geleniabim ⁊ aqua de radicibꝰ equalis ⁊ ſuppoſitoria cū melle. Et de illis eſt qđ flebothomia in hac ē magis neceſſaria:qm̄ materia eſt magis cōprehenſa in venis. Et de iſtis eſt ꝙ licētia in carnibus in hac egritudine eſt minor.ideo caue hoc.

¶ Hic dimiſſis diuiſionibus dicit. qđ diſpoſitio huius febris eſt ſcd̄m qđ dictum fuit in precedēti capitulo:ideſt qđ raro accidit. Secundo dicit qđ eedem ſunt intentiones in cura quartane cōtinue et interpolate ⁊ non eſt differentia niſi in paucis.

